



7

LUDOVICI ANTONII

MURATORII

*OPERA OMNIA.*



ANTIQUITATES  
ITALICAE  
MEDIÆ AEVĪ,  
SIVE  
DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis  
Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate,  
Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referenti-  
bus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR  
INGENTI COPIA DIPLOMATUM  
ET CHARTARUM VETERUM,

*Nunc primum ex Archivis Italiae depromptarum,*

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS  
NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO  
SERENISSIMI DUCIS MUTINAE  
BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arretino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopalis  
alteram hanc editionem curantibus.*

TOMUS DECIMUS.



ARRETI MDCCLXXVII.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impress. Episcop. sub signo PETRARCAE.

---

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.





SERENISSIMO PRINCIPI  
CAROLO CHRISTIANO,  
AUGUSTI III.  
POTENTISSIMI POLONIAE REGIS,  
E T  
ELECTORIS SAXONICI  
TERTIOGENITO.



Uod Quartum hunc Tomum *Antiquitatum Italicarum*, Tibi SERENISSIME PRINCEPS, dicatum voluerim, non longe quaerenda est caussa. Nam postquam Magnanimo Regi Patri tuo, ac Serenissimis Fratribus tuis natu majoribus, praecedentes Tomos sacrauerim, committendum non erat, ut erga Te, ejusdem Regiae Familiae illustre etiam ornamentum, obsequii mei specimen desideraretur. Neque dubito, quin & tuae Celsitudinis gratiam initurus sit ipse Liber, aut saltem offerentis obsequiosa ac humilis voluntas; non enim postrema laus tua est, benignitate excellere, atque omnibus humanitatis officiis te excultum exhibere.

Et

Et quid heic unum te memoro? Dicam quod omnes norunt: admirationis ac voluptatis nobile spectaculum praebet universa Regalis Familia vestra, in qua tanta Pietas, tanta animorum concordia, mores adeo compositi atque elegantes, uno verbo tot Virtutum complexio cernitur, ut si quid video, felicior indoles, meliorque educatio in reliquis Palatiis Regum, immo & in privatorum aedibus, frustra fortasse conquiratur. Haec Regalis Aulae vestrae singularis praerogativa mihi creditur. Qua ex re quantum gloriae effluat in Catholicam Religionem, quam Vos tam sanctè colitis, & quae Vobis praecipua fuit ad Virtutem magistra, nemo non intelligit. Age ergo, SERENISSIME PRINCEPS, donis in Te a Deo liberalissimè conlatis industriam tuam junge, & fac, ut tecum Virtutes una cum aetate adolescant. Ante oculos tuos stant exempla optimi Patris Regis, & piissimae Matris tuae MARIAE JOSEPHAE Austriacae Reginae. Tuum nunc est, Eximiis adeo Parentibus dignum Te Filium praebere egregiis operibus, atque illorum praesertim imitatione. Quod superest, Tibi, NOBILISSIME PRINCEPS, atque universae Regali Familiae vestrae, omnia fausta a Deo Optimo Maximo precor, simul enixe rogans, ut persuasum habeatis, me in Italia obsequio, & amore erga tantos Principes nemini concedere.


SERENISSIME PRINCEPS

Mutinae III. Non. April. MDCCXLI.

*Humillimus, Obsequens, & Adversus. Famulus*  
Ludovicus Antonius Muratorius.

DE AMPLIFICATA  
CIVITATUM  
ITALICARUM  
DOMINATIONE AC POTENTIA,  
DISSERTATIO  
QUADRAGESIMASEPTIMA.





# DISSERTATIO

## QUADRAGESIMASEPTIMA.



Ix se se in Libertatem, consentientibus, aut conniventibus Augustis, ut supra differui, vindicaverunt Italicae Urbes, quum sin-

gulas e vestigio amplificandae potentiae, ac dilatandae dominationis cupido incescit. Innatus enim hic ardor non Principum tantummodo ac Regum animos, sed & Rerum publicarum Rectores quotidie stimulat ac urit; eumque tum solum conquire, atque in nullos erumpere conatus animadvertas, quum nullius lucris spes, aut metus male gerendae rei ab invadendis vexandisve finitimis absterret. Itaque prima cura fuit circumspicere, seduloque rimari, quousque olim Districtus, sive Comitatus fines protenderentur. Sub Roma-

Terr. X.

A nis, Langobardis, & Francis Principibus unicuique Civitati suum erat territorium, in quod jurisdictionem Praeses, sive Judex, sive Comes Civitatis exercebat. *Comitatum & Districtum* posteriora Secula appellavere, statique erant limites, quibus unius Urbis ager ab alterius Urbis agro dirimebatur. Equidem decernere in praesentia non ausim, num sub Imperatoribus Francis Comitatus coepti sint discerpi. Certe sub eorum Successoribus, ac potissimum sub Germanicis, inuenta est, aut amplius indies consuetudo invaluit, ut non solum praedia (quod apud ipsos Romanos in usu fuit) in Beneficium privatis personis concederentur, sed & Villae, Castella, & Oppida; eaque demum ex indulgentia Regum sive Augustorum, erepta jurisdictioni Comitum, atque ab eorum potestate immunita, matricem suam Civitatem

B

C

A

reve-

revereri, ejuſque Praefidibus ac Magiſtratibus obſequi deſinebant. Hinc autem emerſere *Comites pagenſes*, ſive *rurales*, quum nempe Pagus quiſquam, ab urbano territorio praecifus, alicui beneficiario jure tribuebatur, addito etiam titulo *Comitis*, quo pateret, Pago illi, ſive Caſtello, ſuum peculiarem eſſe Praefidem, Comiti ſive Praefidi Urbis nequaquam ſubjectum. Fuere & alia hujusmodi complura, ſive Allodia, ſive Feuda, ab urbano agro avulſa, Comitatus tamen titulo carentia; quippe ſenſim potentes ac divites certabant, ut quamdam autocratiae ſpeciem conſequerentur, & ab unis Regibus ſive Auguſtis pendentes, ſe auctoritati urbanorum Magiſtratum omnino eriperent. Atque hinc paulatim imminutus diſtrictus *Civitatum*, ſive decurtata po-teſtas & juridiſctio *Comitum*, hoc eſt Praefidum Caefareorum, quibus antea integer Urbium ager ſuberat. Immo eò uſque alicubi antiqui Comitatus laceratio crevit, ut fere ad nonnullarum Urbium pomoeria ſe hujusmodi Regulorum ditio extenderet, & ad pauca circum circa paſſuum milia Civitatum earum Praeſes jus diceret. Ad haec fuit in more hiſce pagenſibus Comitibus, ſive Nobilibus, Caſtra, Arces, ſive Rochas, & Caſtella ſibi extruere in agris, Vicis, Curtibus, Podiis, aliſque ejuſmodi locis juridiſctio- ni urbani Comitis ſubtractis; ac proinde ipſis *Caſtellanorum* nomen adhaeſit, eo etiam titulo, quod plerique Urbibus dimiſſis perpetuo in iſdem Caſtellis habitare conſueverunt. *Catanei* quoque, hoc eſt *Capitanei* breviato verbo, appellabantur. Auctor Anonymus Chronici Mediolanenſis MSti, cujus partem publici juris feci in Tomo XVI. *Rer. Italicarum*, ſcribit in parte inedita Cap. 138. diſ-

ſipatum fuiſſe a Landulpho Archiepiſcopo Mediolanenſi circiter Annum Chriſti DCCCCLXXVI. patrimonium Eccleſiae Mediolanenſis, effuſis in Cives Caſtellis, Decimis, & aliis ditionibus ac redditibus: *Quae per nefandam Inveſtituram roboravit, fidelitatis juramenta ab ipſis recipiens. Et iſti dicti ſunt Capitanei, id eſt Plebium, vel Hoſpitalium, vel Oppidorum Capitanei, qui nunc corrupto vocabulo dicti ſunt Catanei. Et tunc iſti omnes Capitanei, dereliſta Civitate, Terras & nobilitates ſuas inhabitantes, numquam de cetero bene fuerunt Civitatis habitatores: unde ſe Cives non reputabant, & Communitati non obediebant. Sic Civitas fuit quamplurimum debilitata.*

Erat haec rerum facies, quum ſe ſe in Libertatem ac ſtatum Reipublicae erexerunt permultae ex Italicis Urbibus. Porro Civibus hujusmodi liberis, ſuamque rem jam peragentibus, intolerandum plane videbatur, tam arctis finibus circumſcribi agrum olim ampliffimum, ad praefidium & decus Urbium conſtitutum, immo iis annonae cauſa neceſſarium. Urebat propterea Cives iſta adeo amplificata Nobilium Caſtellanorum potentia, cui, ut opinor, tribuebant, quod attritum jam fuiſſet Civitatum robur, & incolae deinceps rariores in Urbibus numerarentur, & ſenſim in rura & Caſtella immigraret honor & ditio per tot ſecula Civitatibus attributa ac debita. Quid plura? concitatis animis Cives aut oblatam quamcumque occaſionem arripere, aut minime oblatam quaeritare coeperunt, qua finitimis Proceribus munimenta quaeque eriperent, ſuaeque dominationi jure, vel injuria adjungerent. Praecefſerunt aliquae Urbes exemplo, ſubſequentae ſunt & aliae, pro ut vires ſuppettebant, & virium experiendarum oppor-

opportunitas fuasit. Neque fortassis a veritate longe abibo, si dixerō, Mediolanenses, qui ceteris Lombardis tum Civium numero, tum opum copiā praestabant, non solum primos in Libertatem se se vindicasse, sed etiam recuperandi pristini territorii exemplum reliquis Urbibus praebuisse. Erant circum Urbem *Comites Seprii, Martesanae, Burgariae*, alique non pauci Castellorum aut Pagorum domini. Cunctos aut evertit, aut sibi vestigales effecit, aut in clientelam recepit Mediolanensium potentia, armis minisque adhibitis, sive etiam aequis conditionibus propositis. Vide Gualvanem Flammam in *Manipulo Florum*, cujus verba expendi in *Dissertatione Vigesima prima de Italiae Statu*, ac multa attuli ad dignoscendos alios veterum Saeculorum Comitatus: quippe fuerunt vel sub ipsis Francis in Italia regnantibus regiones inter Urbes praecipuas intermediae, quae Comitatus honore fruebantur; ibique praepositus ab Augustis aut Regibus peculiaris Praefes, hoc est Comes, iustitiam cunctis ministrabat. Si fides Ricordano Malaspinae, & Joanni Villanio, jam tum Anno Christi MX. Florentini Faesulanam Urbem aemulam suam per prodicionem ingressi, solo aequarunt, & Civibus inde abactis communes Florentinae Urbis lares ac honores fecerunt. Qui tamen eiusmodi bella Tuscorum, quae ad Urbes jam Libertate donatas spectare videntur, componi possint cum politico per ea tempora Tusciae statu, aliis perpendendum relinquo. Constat enim, post Hugonis quoque potentissimi Ducis ac Marchionis mortem, alios Duces ac Marchiones, ac praecipue *Bonifacium Mathildis celeberrimae Comitissae patrem*, ipsamque Comitissam, univer-

saе Tusciae diu postea imperasse. Atque hanc eandem difficultatem sensit, sibi que opposuit Scipio Admiratus Libro I. *Histor. Florentin.* Sed an is ipsam sustulerit, satisve saltem emollicrit, aliorum iudicium esto. Illud quidem constat, Anno MXXVIII. in literis Jacobi Faesulani Episcopi apud Ughellium *Civitatem Faesulanam* commemorari, atque in *Diplomate Conradi I. Augusti Anno MXXVII.* apud eundem Ughellium Tomo III. *Ital. Sacr. Comitatum Florentinum* distinctum a *Faesulano* adhuc fuisse. Tradant autem iidem Scriptores, Florentinos Anno MCXXV. in arcem Faesulanam superstitem, sibi que adhuc parere negantem, arma convertisse, eamque ad deditionem coegisse. Id tunc revera factum, mihi nullo negotio persuasum est. Tum Anno MCXXXV. idem Populus aegre ferens, quod Castrum Montis Boni, ubi Bondelmontium nobilis Familia dominabatur, non longe ab Urbe situm, & ab ipsius Urbis ditione sejunctum, quaedam vestigalia a mercatoribus illac praetereredientibus exigeret, obfisione instituta expugnatum dejecit, & agrum suae jurisdictioni subiecit. Anno quoque MCXXXVIII. uti scribit Admiratus junior in *additamentis ad Histor. Florentinam*, iidem Florentini (incertum asperis-ne an blandis verbis) Ugerium Comitem ad pacta foederis ferienda adegerunt, quibus ad utilitatem Reipublicae Florentinae pignori obligavit tria Castella, nempe Collis Novi, Sillani, & Tremali. Sed praecipue circiter Annum MCLXXXII. Florentinorum inter se concordium manus fuere contra finitimos quosque. Montem Grosulum expugnarunt; Empolensem Populum censum polliceri in posterum coegerunt: Castellum Pognae obfio-

dione fregerunt: Comitibus Mengonis, Certaldensibus, Figlinensibus, Semifontensibus, Cataneis, sive Capitaneis Cambiatensibus, aliisque non paucis, quos commemorare nihil in praesentia attinet, jugum servitutis, aut censum, aliaque onera imposuerunt. En ut sensim alas Florentia extendere coepit.

Neque segniores eo ipso Seculo se praestitit Respublica Genuensis. Anno MCXXX. uti Caffarus Lib. I. Annalium Genuens. Tom. VI. Italicarum tradit, *Januenses ad Sanctum Romanum tenderunt, & turrim ibi aedificarunt, & homines illius loci, ac de Bajardo, & de Poipano, & Communitatem Vintimilienam Januam adduxerunt, quoniam Januensibus resistebant, & fidelitatem Sancto Syro, & Populo Januensi in perpetuum iurare fecerunt. Tum Anno MCXXXIII. Castra Lavaniensium destruxerunt, & cum illis ita pacem fecerunt, quod Lavanienses in mercede Consulum se posuerunt, & omni tempore in praecepta eorum stare juraverunt. Anno quoque MCXL. Vigintimilienam Civitatem, & Castra totius Comitatus proeliando ceperunt, & fidelitatem omnibus hominibus Civitatis & Comitatus in perpetuum iurare fecerunt. Potentiâ legentium abuterer, si plura congerere vellem ex Genuensis Reipublicae Historia. Hoc unum meminisse juvabit, Comites, Marchiones, Castellanos, & Populos Genuensibus conterminos, unum post alterum subisse tandem potentissimae Urbis imperium: Populos, inquam; nam praeter Nobiles Oppidis aut Castellis dominantes, fuerunt etiam, uti in praecedenti Dissertatione memini, Pagi & Castella non pauca, quorum incolae Libertatem sive ab Augustis, sive a Marchionibus, pretio precibusve impetra-*

runt, aut in perturbatione temporum animose arripuerunt; neque secus ac Urbes liberae Magistratus suos eligebant, rei publicae commodis fruebantur. Verum ubi constitutum fuit Civitatibus Libertate fruendis protendere fines suos, tunc infirmiores a potentioribus legem accipere coacti sunt, aut sponte etiam ad eos honestis conditionibus accedere. Sigionio teste, Anno MCXXXIII. *Rodiliani, Sanguinetani, & Capriliani, vicini Bononiensium Populi, prosperâ eorum fortunâ permoti, Civitatis Consules adierunt, atque aedificiis quibusdam Ecclesiae & Communi Bononiensi donatis, ut in clientelam reciperentur, orarunt, isque primus ad potentiam parandam ejus Civitatis gradus est factus. Deditionis hujus Chartam superesse adhuc, auctor est Ghirardaccius. Isterum deinde exemplum sequuti sunt & alii. Quod vero audis de una Urbe, a reliquis etiam aut tentatum, aut peractum, sine ulla dubitatione putato: quum unaquaeque ad augendam praecipue potentiam, ceterarum mores ac artes acumularetur. Ita partim vi, partim solertiâ singularae Civitates longe lateque fines suos paulatim protenderunt, & jurisdictionem cum territorio amplificarunt, ita ut pauci jam essent e finitimis, sive Capitanei, & Castellani, sive Populi liberi, qui non earum nutibus obsequerentur. Atque hinc jam habes, cur Otto Frisingensis circiter Annum MCLVI. Lib. 2. Cap. 13. de Reb. Gest. Friderici I. haec de Italicis Urbibus scripserit: *Ex quo fit, ut totâ illa terrâ inter Civitates ferme divisâ, singulae ad commanendum secum Dioecanos compulerint, visque aliquis Nobilis, vel Vir magnus tam magno ambitu inveniri queat, qui Civitatis suae non sequatur imperium.* Paria Gautherus*



therus tradit in Ligurino. Infra addit Frisingensis: *Guillelmus Marchio de Monte errato, Vir nobilis, & magnus, & qui paene solus ex Italia Baronibus Civitatum effugere potuit imperium.* Uti verò in Antiquitatibus Estensibus Par. I. Cap. 41. animadverti, Patavinus Populus Anno MCCXIII. adversus Aldebrandinum Marchionem Estensem insurrexit, atque adeo acriter Castrum Estense obsidione & bellicis machinis pressit, ut *Marchio tamquam devotus ad voluntatem Communis Paduae venire, & sicut Civis Communi Paduae in omnibus obedire fuerit coactus.* Rem literis consignatam habemus a Rolandino Lib. I. Cap. 12. a Maurisio, atque a Monacho Patavino Libro I. Chronici. Rhodigium, aliaque Oppida tunc Atestinis Principibus subiecta ejusmodi procellam minime sensere. Ipsum quoque Oppidum Estense Marchiones uni tantummodo Augustorum ditioni obnoxium possidebant. Sed Patavini ad absorbendum vicinos intenti, conquisitis causis illud bellum susceperunt: quod tamen improbatum est ab Innocentio III. Papa, atque a Frederico II. Imperatore, uti in eisdem Antiquitatibus Estensibus luculenter ostendi.

Sed quando Aldebrandinus Estensis Marchio Patavinis pro Estensi Castrò *sicut Civis* parere coactus est, monet me locus, ut prodam, quid olim foret ritus *Cittadinantiae* (ita enim appellabant) aut ultro, aut propter adhibitam vim, a Nobilibus su-

A sceptae. Nimirum, ut supra innui; consuevere temporibus iis plerique Potentes ac Nobiles viri Castella sua inhabitare, utpote qui Principatus jura ibi exercerent, & in Regno licet exiguo suo, tamen majorem caperent voluptatem, quam in Urbibus plurium consilio & auctoritati subiectis. Eam ob causam quum non paucae e praestantioribus Familiis perpetuo a Civitatibus abessent, atque aliò transfulissent splendorem, quem quaevis Civitas sibi debitum putabat, nihil studii Cives praetermiserunt, ut id Nobilium genus aut amore, aut vi ad incolendas Urbes allicerent, pertraherentve. Nonnullos ergo armis adhibitis non solum sua Castella subdere jurisdictioni urbanorum Magistratum coegere, sed etiam ad habendam in Urbibus domum, ibique per aliquot anni menses habitandum, reliquorum Civium more, ita ut Republicae onera subirent, publicorumque honorum, ac fortunarum participes forent. Neque defuere, qui sponte se alicui Urbi socios ac Cives se addidere; eo enim pacto plura sibi emolumenta, & praesertim Urbis illius patrocinium atque praesidium sibi, suisque rebus, & Castellis comparabant. Proinde diversis conditionibus & pactis iniri *Cittadinantia* consuevit: quam in rem exere nonnulla exempla nunc juvat. Et multa quidem mihi obtulit Archivum Communitatis Mutinae, e quibus haec pauca delibavi.

Capitanei Baiffi constituunt se Cives Mutinae, & ejus defensores futuros contra omnes homines, excepto Duce Guelphone. Et vicissim Mutinenses constituunt se illorum defensores. Anno 1156.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem MCLVI. duodecima die intrante mense Martii, Indictione IIII. Breve recordationis, qualiter Capitanei de Baiffo jurant unusquisque pro se salvare & adjuvare omnes homines Mutine, & eorum bona, ubicumque potuerint sine fraude. Et omnes jurant esse Cives Mutine, & defendere Civitatem infra confines ab omni homine, salvo sacramentis illorum, qui juraverunt DUCI GUELFONI, & salvo sacramentis illorum, qui juraverunt Reginensibus, contra quos non debent adjuvare Mutinenses, si fuerint extra confines Mutine. Ceteri vero, pro ut supra dictum est, jurant contra omnes homines adjuvare Mutinenses, sicut supra dictum est, & omnes jurant, salvo eorum Dominis, quos habent, vel quos sine fraude acquirere debent. Et jurant habitare Civitatem Mutinensem unum in tempore pacis, & duos menses in tempore guerre, nisi remanserit per parabolam vel verbo Rectoris, vel Rectorum Mutine. Et jurant adjuvare de guerra usque ad finem sine fraude. Et jurant facere cartulam proprietatis de Podio Costregnani Communo Mutine, & in Feudum a Communo accipere. Et jurant facere dare boariam omnibus eorum hominibus, quos habent in Mutinense Episcopatu, nuncio Rectoris vel Rectorum Mutine, secundum voluntatem Rectoris vel Rectorum Civitatis, VI. denariorum Lucensium de unoquoque paribonum, exceptis antiquis Castellanis Costregnani, qui cotidie erant habitaturi in predicto Castro, postquam reedificatum erit, & eorum servis & Gastaldioni-

**A** bus sine fraude. Insuper jurant salvare personas & eorum bona hominibus Mutine in Castro Costregnani contra omnes homines; & dare Rectori vel Rectoribus Mutine ad offendendum omnibus inimicis Mutine, sive secundum eorum voluntatem, salva Fidelitate Imperatoris in predicto Castro, tam ex parte Bajesanorum, quam ex parte Mutinensium. Et omnes jurant jurare unoquoque anno sequi Rectorem vel Rectores Mutine, si ab eis requisitum fuerit, sequere & facere jurare hominibus eorum omnibus, quos habent in Mutinense Episcopatu in unoquoque anno deinceps, si requisitum fuerit sequere Rectorem vel Rectores Mutine. Et si pro isto negotio in aliquo tempore guerra Mutinensibus apparuerit, jurant Baesani facere eam usque ad finem sine fraude. Guilielmus vero de Baixio exceptat Bononiam, si fuerit extra confines Mutine. Jurant homines Mutine salvare & adjuvare personas Baesanorum & eorum bona, ubicumque potuerint, sine fraude, salvo eorum Dominis, quos habent, vel sine fraude acquirere debent. Et si Baesani fecerint querimoniam de Gomolensibus de proprietate vel de Feudo, & ipsi noluerint facere justitiam, vel bonum usum, vel convenientiam partibus ambabus placitando coram Rectore vel Rectoribus Mutine, jurant facere eis guerram, & adjuvare de guerra usque ad finem, donec erunt quieti de predicta querimonia. Et adjuvare debent facere Castrum Costregnani, si requisitum fuerit, & dare eis in Feudum. Et in unoquoque anno debent jurare Rector vel

**B**

**C**

**D**

**E**

Recto-

Reſtores Mutine hoc Bajefanis firmum tenere, donec de guerra quieti erunt, niſi pro eis ſteterit, & adjuvare defendere Caſtrum Coſtreguani ab omni homine. Et ſi pro iſto negotio eis guer-ram in aliquo tempore apparuerit, Mutinenſes debent eam facere uſque ad finem. Inſuper ſi Reſtor vel Reſtores Mu- tine cum concordia Reſtorum Fregnanen- ſium & Baëjanorum aliquid addere vel diminuere de Brevibus iſtis voluerint, habeant licentiam faciendi ſine fraude. Unde duo Brevia uno tenore ſcripta ſunt.

Ego Gandulphus Sacri Palatii Nota- rius ſcripſi.

Memorata heic vides juramenta a nonnullis præſtita Duci Guelfoni, quæ intacta ipſi volunt. Nobiliſſimum hunc Principem conſtat fuiſſe Welphonem, ſive Guelfonem IV. ex inclyta Brun- ſvicenſium Ducum ſobole, quæ nunc

A magnæ Britanniae ſceptrum tenet; unamque originem ſortita eſt cum Marchionum Eſtenſium, ſive Mutinenſium Ducum Familia. Ejus reſ geſtas proſequutus ſum ego Part. I. Antiquit. Eſtenſ. præcipue Cap. 30. Is autem Anno MCLII. a Friderico I. Auguſto, hoc eſt a ſororis filio, conſtitutus eſt Dux Spoleti, Marchio Tufciae, Princeps Sardiniae, & Domi- nus Domus Comitiffae Mathildis: quo poſtremo titulo, quum in Italiam veniſſet, a Baiſienſibus quibuſdam, nunc Regienſi Comitatu attributis, juſju- randum fidelitatis recepit. Iſtius Du- cis mentio infra recurret. Accedant interea aliae Chartae, quibus non- nulli ex filiis Manfredi, de quorum

B Familia in Diſſertatione Quadrageſi- maſecunda de Cognominum Origine fa- ctus eſt ſermo, ſe in albo Civium Mutinenſium conſcribendos curarunt.

### Jusjurandum nonnullorum ex Filiis Manfredi, qui ſe conſtituunt Cives Mutinae, Anno 1188.

**I**N Chriſti nomine. Anno a Nativi- tate ejusdem MCLXXXVIII. Indi- ctione VI. die Dominico, VI. Kalendas Julii. „ Ego juro eſſe Civis Mutinae in „ perpetuum, & habitare Civitatem ſex „ menſibus per pacem, & uſque ad fi- „ nem tempore guerre: & defendere „ Civitatem Mutinae contra omnes ho- „ mines, & contra omnem Civitatem; „ & Episcopatum & Diſtrictum Muti- „ ne defendere ſimiliter contra omnes „ homines, ſalva Fidelitate Domini „ Imperatoris & Regis Henrici. Et „ quod ſingulis annis jurabo ſequi Re- „ ſtores Mutinae, infra quindecim dies „ poſtquam a me requiſitum fuerit nun- „ cio vel literis. Et quod nulli Civi- „ ritum ſacramentum faciam contra Ci- „ vitatem & Diſtrictam Mutinae, & a

D „ quo Civitatem Mutinae non excipiam. „ Et domum in Civitate Mutinae ha- „ bere. Et de hoc ſacramento nullus „ poſſit mihi dare parabolam, excepto „ ſolummodo de habitantia & domo ha- „ benda; de quo Reſtores, qui pro tem- „ pore fuerint in concordia Conſilii ad „ campanam ſonatam, poſſint mihi da- „ re parabolam, & hoc tantummodo „ tempore ſui regiminis; & de domo „ habenda, & habitantia facienda non „ teneat, quouſque Patrem habebo, ni- „ ſi a Reſtoribus, qui pro tempore e- „ runt, mihi præceptum fuerit vel li- „ teris vel nuncio eorum. „ Hoc jura- „ mentum, qualiter ſuperius legitur, ju- „ raverunt Ildebrandinus filius Manfre- „ dini Pici, Girardinus filius Manfre- „ di Faate, Ildebrandinus filius Domini

Ugonis

Ugonis de Curtiole, & Azolini Guidoti, in plena Concione Mutine, Domino Carnelvario, Alberto Peldeguerre, Domino Radaldo, & Janello Giberti Consulibus existentibus & presentibus.

Ego Johannes Sacri Palatii Notarius interfui & scripsi.

Al Antea verò idem juramentum praeriterant alii ex eadem Familia, ut e subsequentibus Chartis patebit in vetustissimo Regeſto Communitatis Mutinae ſcriptis.

Filii Manfredi Pius, Paſſapontus, & alii ſe Cives Mutinae futuros jurant, Anno 1178.

„ EGO juro eſſe Civiſ Mutine ſemper & habitator annis ſingulis, ſex meſes tempore pacis, & uſque ad ſinem tempore guere, niſi parabola Conſulum de habitantia data in communi Conſilio majori ſonata per campanam remanſerint; nec mihi parabolam de habitantia dare poſſint, niſi ſolummodo tempore ſui Conſulatus. Et deſcendere Civitatem infra confines contra omnes homines, & habere domum in Urbe Mutine uſque ad Calendas Januarii, niſi parabola Conſulum ſub obſervatione predicti ju-

B „ riſjurandi remanſerint. „ Et iſtud ſacramentum fecerunt filii Manfredi, videlicet Pius, Paſſapontus, Manfredinus, Infans, Albertus de Borzano, Manfredinus de Pizo, & Guidetus. MCLXXVIII. Kalendis Julii, Indictione XII. Domino Martello, & Squarza, & Guizarzo, & Tebertbo, & Poltonerio, existentibus Conſulibus: teſtibus Criſpo, Ugo de Gorzano, Giroldus, Lucius, Garxonus.

Ego Gerardus Sacri Palatii Notarius interfui & ſcripſi.

Sacramentum Cittadinantiae Domini Guidotti de Filiis Manfredi, Anno 1180.

IN Chriſti nomine. Anno a Nativitate ejuſdem MCLXXX. Undecimo Calendas Auguſti, in preſentia Domini Rolandi de Bajamontis, Domini Alberti Piliguere, & Domini Oderici, Conſules ſub Domino Girardo Rangono Mutine Potestate, Domini Guidonis de Pappia Advocati, & Armanini Pegoloſti, Domini Squarcie, & Alberti Ribaldi Maſſarii, & Sullimani, Alberti Aigi, Albertus, Albericus, Johannis Zaccagni, Domini Albrici de Cantone, & aliorum quamplurium, Dominus Guidoſtus filiorum Manfredi juravit habitare Civi-

D tatem Mutine ſex meſes ſingulos, ſi non remaneret parabola Conſulum vel Potestatis in pleno Conſilio ad campanam ſonatam.

Actum Mutine feliciter.

Ego Bernardus ſacri Palatii & iuſtiſſimi Imperatoris Federici Notarius, rogatus ſcribere ſcripſi.

E Sed & ex iſdem Manfredi filiis nonnulli antea Civitati Regii ſe ſe adjunxerant. Chartam vidi in Regeſto ejuſdem Urbis, eamque Lectori exhibeo.

Manfredus & Robertus ex filiis Manfredi constituunt se Cives Regii,  
& ejus Civitatis defensores, Anno 1169.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi, Millesimo Centesimo Sexagesimo Novo, de Mense Junii, Indictione II. in presentia Domini Regini Episcopi Albriconis, & Reginorum Consulium, Propositi de Sesso, Eleazari, Guizoli, Ubaldi, & aliorum, Alberti Roberti, Ugonis Sissi, Normani, Parisii Cambiatoris Vicarii, Guidonis Ubaldi, Muti Granderi. Manfredus Pizonis, & Robertus filiorum Manfredi juraverunt esse Cives & Habitatores Reginae Civitatis duobus mensibus per annum in pace, nisi remanserit parabola Consulium Reginorum pro tempore existentium omnium, vel majoris partis, aut unius; & per Guerram quatuor mensibus. Et de guerra usque ad finem adjuvare & defendere Civitatem Regii & suburbia contra omnem hominem & ipsius Episcopatum contra omnes alias Civitates: & salvare personas & avere Civium Regii ubicumque poterunt bona fide sine aliqua fraude. Et jurabunt sequi Consules Reginae pro tempore existentes infra quindecim dies, postquam appellati fuerint per eos vel per illorum Missum; & quod facient hostem & iter Reginae, ubi Commune fecerit, sine fraude ad suum dispendium & per-

**A**ditam. Et quod omnes homines de Episcopatu Regii, qui sunt de suo Districtu, facient jurare salvare personas & avere Civium Reginae, & facere eis hostem, ubi Commune Regii fecerit, sine fraude. Et dederunt atque concesserunt Communi Regii de hominibus, quos in montaneis in suo Districtu habebant vel habuerint, & de cetero, a  
**B** omni anno habeant, firmaverunt, & facere dare in perpetuum promiserunt sex Lucenses pro fumante, qui parium bonum habuerit, & qui unum habuerit, tres Lucenses, exceptis Militibus, & assiduis in Castris habitantibus, Masnaldis, & Gastaldionibus. De illis de plano duodecim Meliolanenses pro paribus bonum, exceptis Masnaldis, & Gastaldionibus. Et hoc totum bona fide sine  
**C** omni fraude in perpetuum observare talis sacrosanctis Evangeliiis juraverunt.

Ego Bonus-senior Sacri Palatii Notarius interfui & scripsi.

**D** Denique accedat & Charta Gerardi de Carpeneta in Civem Mutinensem cooptati, quam mihi suppeditavit praeclaudatum Regestum nostrae Civitatis.

Paeta, per quae Gerardus de Carpeneta Nobilis Capitaneus constituit se Civem & defensorem Mutinae contra omnes homines, excipiendo Guelphonem Ducem, Anno 1173.

**I**N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCLXXIII. Indictione VI. undecimo Kalendas Aprilis die Jovis. Gerardus de Carpeneta juravit, quod ab illo die in antea stabit singulis annis

Tom. X.

**E** Mutine per duos Menses per pacem, & per tres menses per guerram. De duobus vero mensibus per pacem possint ei Consules Mutine dare parabolam de suo tempore sui Consulatus; de alio ve-

B

20

rd non possint ei parabolam dare, nisi palam in Concione in concordia Consilii. Et si aliqua alia Civitas staret in Episcopatu Mutino per malum facere, vel per Castrum facere, ipse Gerardus semper stabit & habitabit Mutine, donec illa Civitas stabit in Episcopatu Mutine. Et salvabit & guardabit omnes homines Mutine de Civitate Mutine, & omnes homines de Episcopatu Mutine, quos Mutinenses voluerint, in persona & avere in omnibus suis terris, & in omnibus suis aquis & alibi, ubicumque poterit. Et faciet jurare omnes suos homines ad voluntatem Consulatus Mutine, qui habitant in suis terris, ubicumque habitent, salvare & guardare omnes homines de Civitate Mutine & Episcopatu, quos Mutinenses voluerint, in persona & in avere in tota sua terra, & in tota sua aqua & alibi, ubicumque poterit. Et si Mutinenses dederint ei aliquid, non vendet illud, nec impignorabit, nec infendabit, nec aliquo modo alienabit, nisi fecerit parabolam Mutinensium Consulatum vel Potestatis, qui fuerint per tempora, datam in Concione palam in concordia Consilii Mutine. Et pro amore & fiducia, quam vult habere contra homines de Mutina, de sua propria Camera dabit quinquaginta Libras Imperialium in terra uque ad annos quinque, circa Mutinam inter Situlam & Scultennam, vel tam de superius a Mutina, vel tam de inferius, sine fraude, vel alibi, ubi fuerit Mutinensium Consulatum & Consilii concordia. Et haec omnia predicta observabit, excepto contra Imperatorem, & DUCEM WELFUS, & Episcopum Veronensem, & Episcopum Ferrariensem, & Parmam. Et faciet suos homines facere ostem & iter Mutinensibus ad voluntatem Potestatis & Consulatum Mutine, perditam & dispensio Mutine. Et ipse in sua persona faciet o-

A stem & iter Mutine ad suam dispensio & suam perditam, sicut alius Civis Mutine. Et adjuvabit per se, & per suos homines, Mutinenses homines, & ostem eis faciet contra omnes homines, & contra omnem Civitatem ad voluntatem Potestatis & Consulatum Mutinensium, excepto contra Imperatorem & DUCEM WELFUS, & Episcopum Veronensem, & Episcopum Ferrariensem, & Parmam. Et non studebit per se nec per alium, quam Imperator nec alia persona extrahat illum de isto sacramento, quod non sit districtus in omnibus, que supra dicta sunt. Et nullus de Consulibus Mutine, vel Potestas possit eum abolvere ab hoc sacramento, nec parabolam dare, nisi tamdiu quamdiu in Mutinensi Consulatu steterit. Et haec omnia ab hinc in antea observabit in perpetuum. Et in Curia omnibus & Parliamentis Communi Mutine bene ibit, & bonam fidem habebit; nec illud aliquo modo ibi conservabit. Si Deus illum adjuvet ad sancta Dei Evangelia. Hoc autem iuramentum factum est Mutine iuxta Ecclesiam Sancti Geminiani in plena Contione ab ipso Girardo in propria persona, tactis sacrosanctis Evangelis. Presentibus ibi Mutinensibus Consulibus, Johanne de Bonifacio, Alberto Pelleguerra, Guido de Rolando, Uberto de Gajo; & in testimonio Maladobati de Parma, Gerardi Unzole, & Gerardi de Canosa, Bernardi Malveccii, Alberti de Gordo, Manfredi Pizi, Alberti Manzini, Guidonis Judicis, & Bellonis, & Gandulsi, & Arloti, Rainerii de Buccabata, Alberti Tonsi, Gulielmi Asti, Allamani.

Ego Martinus Domini Frederici Imperatoris Notarius, his omnibus interfui, & iussu predictorum Consulatum scripsi.

Jamque ex hisce monumentis didicimus, qualibus conditionibus & patetis

Etis nobiles olim Capitanei in Cives Urbium adsciscerentur. Varia tamen erant pacta, per quae potentes Nobiles, antea pendentes ab uno Rege Italiae, sive Imperatore, sua subdebant Castella Civitatibus liberis. Alii subditos suos ad onera aut tributa sustinenda adigebant, aut ad opem tantummodo tempore belli conferendam, nullo propterea homagio praestito, neque jurisdictione immunità. Anno MCCCVIII. uti scripsit Joannes Villanius Lib. 8. Cap. 100. *Histor. i Signori Ubaldini s' accordarono co' Fiorentini, e vennero a Firenze a fare riverenza alle comandamenta del Comune, e sodarono la Cittadinanza di tenere il passaggio dell' Alpi sicuro per buoni malevadori. E' il Comune di Firenze perdonò loro, e dimise ogni misfatto; e accettogli per Cittadini, e disrettuali loro Fedeli, e Terre, che in ogni atto e bisogno dovessero fare le fattioni del Comune, come Disrettuali e Contadini. Ubaldini antea Vassi tantum Imperiales, fini-*

A timi Florentinorum erant. Ita alij aliis conditionibus *Cittadinantiam* jurabant, uti constabit ex diversarum regionum exemplis. Quanta praeteritis Seculis fuerit nobilitas Familiae *de Camino*, quae Tarvisio quoque dominata est, ut omittam Tarvisinae Historiae Auctores, sat Rolandinus vetustissimus Scriptor in Chronico Patavino Lib. 2. Cap. 2. Tomo VIII. Rerum Italicar. expressit, recensens eam inter quatuor ceterarum nobilissimas ac splendidissimas in Marchia Tarvisina. Nobiles ergo viri Caminenses, *Wecello* sive *Guecello*, & Gabriel illius filius, incertum nuda coacti armis, & impellente iniqua temporum fortuna, an potius permoti blanditiis & potentia Tarvisinae Urbis sibi honori ac utilitati duxerunt, si eà Civitate donarentur: idque honestis aliquot conditionibus impetrarunt. Acta hujus rei in tribus membranis scripta feliciter oblivioni eripuit, & adhuc servat Archivum *Estense*, unde ea descripsi.

Juramenta & Pacta *Guecellonis de Camino* & *Gabrielis ejus filii*, per quae constituunt se Cives *Tarvisii*, Anno 1183.

Hoc est sacramentum & pactum, quod Dominus *Wecello* & *Gabriel* ejus filius *de Camino* fecerunt hominibus & Communi *Tarvisii*: quod pactum & sacramentum filii predicti *Gabrielis*, quando erunt ad estimum, nisi fuerint Clerici, debent facere. Nos *Wecello* & *Gabriel* ejus Filius facimus & constituimus nos Cives & Habitatores Civitatis *Tarvisinae* hoc modo: quod nos *Wecello* & *Gabriel* ejus filius juramus habitare in Civitate *Tarvisii* omni anno in pace per duos menses, & per *verram* tres menses, nisi remanserit *parabolà* omnium *Consulum*.

D „ vel majoris partis, & cum Consilio „ Sapientum, vel nisi remanserit *parabolà* Potestatis, si fuerit cum Consilio Sapientum; ita tamen de habitatione, quod si unus nostrum habitationem fecerit, alter non teneatur habitare. Et juramus nos *Wecello* & *Gabriel* filius ejus facere rationem & justitiam pro *Consulibus* *Tarvisii*, vel Potestati, si fuerit. Et juramus similiter aperire omnia Castra in pace & *verra* hominibus *Tarvisii* pro faciendis *verris* suis inimicis, salva securitate *Episcopatus* *Bellunensis*, quam fecimus *Castro* *de Zumellis*,

„ tantum quantum de Castro de Zu-  
 „ mello. Et juramus bona fide & sine  
 „ fraude wardare & salvare homines  
 „ Tarvisii & res eorum pro Communi  
 „ in omnibus nostris locis, in Castris  
 „ & in Villis, & in omni nostro Di-  
 „ strictu, & in plano & in monte, &  
 „ ubicumque presen . . . . . Et jura-  
 „ mus similiter facere hostem & caval-  
 „ catam nos & nostri homines, qui sunt  
 „ a Lipientia huc usque sine fraude  
 „ Communi Tarvisii, tam liberi quam  
 „ servi, ubicumque homines Tarvisii fa-  
 „ cient. Et juramus facere collectam  
 „ de bonis nostris, ubicumque habemus,  
 „ quantum spectabit ad nostras perō-  
 „ nas, & ad podere nostrum, quando  
 „ Consules vel Potestas Tarvisii facient  
 „ Collectam in Civitate pro Communi.  
 „ Et si contingeret, quod Consules, vel  
 „ Potestas si fuerit, fecerint collectam  
 „ vel boateriam extra Civitatem su-  
 „ per rusticos, illud idem volumus quod  
 „ nostri rustici, qui sunt a Lipientia  
 „ huc usque debeant facere mandato  
 „ Consulium vel Potestatis, si fuerit.  
 „ Et juramus bona fide & sine omni  
 „ fraude dare operam & consilium, ut  
 „ homines de Coneclano conveniant ad  
 „ concordiam cum Communi Tarvisii,  
 „ & ut faciant hoc idem sacramentum,  
 „ quod nos facimus. Et juramus nos  
 „ Wecello & Gabriel filius ejus, sequi  
 „ Consules Communis Tarvisii, vel Po-  
 „ testatem, si fuerit, sicuti alii Cives  
 „ jurabunt, infra quindecim dies, post-  
 „ quam nobis requisitum fuerit. Et ju-  
 „ ramus specialiter facere jurare decem  
 „ nostros homines pro unaquaque nostra  
 „ Curia, quos Consules vel Potestas e-  
 „ legerint, sequi Consules vel Potesta-  
 „ tem, & rationem pro eis facere, vi-  
 „ delicet iis Curias viginti homines in  
 „ Belluno jurabunt, decem ad Saravalle,  
 „ decem in Valle de Mareno, de-  
 „ cem ad Crudignanum, decem ad Ca-

„ minum, decem ad Cefaltum, decem  
 „ ad Colense, cum. Viginti homines in  
 „ Cadumbrio jolummodo jurare debent  
 „ tantum, quod wardabunt & salva-  
 „ bunt bona fide & sine fraude homi-  
 „ nes Tarvisii, & res eorum. Haec  
 „ omnia, que superius leguntur, jurave-  
 „ runt predicti, scilicet Dominus Wecello  
 „ & Gabriel bona fide & sine fraude at-  
 „ tendere & observari Communi & homi-  
 „ nibus Tarvisii. Et inuper predictus  
 „ Dominus Wecello & Gabriel ejus filius  
 „ fecerunt datam & investituram cum Ve-  
 „ xillo uno Domino Johanni Boneparti,  
 „ & Domino Henrigitto Bu . . . . . Con-  
 „ sultibus Tarvisii, accipientibus Datam &  
 „ Investituram vice Communis Tarvisii  
 „ de omnibus, que superius leguntur. Et  
 „ inuper predicti Dominus Wecello &  
 „ Gabriel fecerunt Datam & Investitu-  
 „ ram cum jam dicto Vexillo predictis  
 „ duobus Consulibus, accipientibus Datam  
 „ & Investituram vice & nomine Com-  
 „ munitatis, de omnibus aliis suis hominibus  
 „ tam liberis quam servis, secundum quod  
 „ superius legitur, ut ipsi & Communi  
 „ Tarvisii debeant jurare sequi Consules  
 „ vel Potestatem, & rationem pro eis  
 „ facere, & ut Commune Tarvisii, scili-  
 „ cet Consules vel Potestas, habeant ple-  
 „ nam potestatem distringendi eos ad hoc  
 „ faciendum. Preterea predicti Consules  
 „ pro Communi Tarvisii, & Dominus We-  
 „ cello & Gabriel fecerunt sibi finem &  
 „ pacem, secundum quod continetur in  
 „ chartula concordie facte Domino Wecel-  
 „ lioni & Gabrieli a Communi Tarvisii.

Actum est hoc totum in Civitate Tar-  
 visii in majori Ecclesia in plena Con-  
 cione, MCLXXXIII. Indictione Prima,  
 die Lunae quintodecimo exeunte Janua-  
 rio.

Ego Oto Sacri Imperii Notarius ad  
 omnia predicta, & ut superius legitur,  
 scripsi.



In Christi nomine; Anno Domini MCCIX. Indictione XII. ego Litaldinus sacri Imperii Notarius, hoc ex authentico Otonis Notarii iurum, nil addens nec minuens, exemplavi, signoque meo corroboravi.

In Christi nomine. Ego Jacobus de Varage, Imperialis Aulae Notarius, hoc iurum ex authentico Otonis Notarii exemplatum & subscriptum per Litaldinum Notarium exemplavi, nil addens vel minuens, quod sententiam mutet, meoque signo corroboravi; ex precepto Domini Nicole quondam Domini Zacharie de Ymola Judicis & Assistentis Domini Jobannis Tempoli Comitibus Aprensis, Potestatis Tarvisi, sub MCCLXIV. Indictione VII. die Veneris XV. introeunte Augusto, in presentia

A Hengelerii de Amigio, Spinelli de Lavazola, & Jobannis de Liuto, Notariorum, & aliorum.

B Non ignota fuere hujusmodi pacta Johanni Bonifacio Scriptori Historiae Tarvisinae, qui tamen ea tantummodo innuit. Verum subsequitis temporibus discordia atque inde bellum inter Rempublicam Tarvisinam, & Caminenses exarsit, eaque de causâ exciderunt foedera antea facta. Sed quum Anno MCXCIX. pax iterum sancita fuisset, tunc nova pacta intercessere, & utraque pars una alteri sese obstrinxit, uti fidem facient geminae Chartae uno die conscriptae, & in eodem Estensi Tabulario adservatae.

Concordia inter Guecellonem & Gabrielem fratres de Camino, & Commune Tarvisinum, constituentibus illis sese Cives Tarvisi cum nonnullis conditionibus & pactis, Anno 1199.

IN Christi nomine. Anno Domini MCXCIX. Indictione II. duodecimo die intrante Junio, in presentia Comitibus Ugizonis, Vincentii Judicis de Civitate Vicentie, Comitibus Rambaldi, Bonifacini de Crispinaga, Andree de Resiano, Torengi de Angarone, Philippi de Girardo, Abriani Notarii, Petri de Perabiago, & aliorum plurimorum Clericorum & Laycorum, presentibus etiam Maynente, & Waldestino Judicibus, Gomberto, Hospinello Jobannis Dondi, Conrado de Albertino, Andrea de Todemario, tunc Consulibus Tarvisinis, in Civitate Tarvisi, in publica Concione talem postam & concordiam fecerunt Wecello & Gabriel filii quondam Gabrielis de Camino cum Domino Wilielmo de Pusterla Mediolanensi, Potestate Tarvisi, recipiente nomine Communis Tarvisi. „ Nos Wecello & Ga-

D „ briel de Camino constituimus nos & „ nostros heredes in perpetuum Cives „ Tarvisi, sicut quilibet Civis illius „ Civitatis. Et promittimus habitare „ in Civitate Tarvisi per duos menses „ per pacem, & tres per werram, nisi „ si remanserit parabolâ omnium Consulium Tarvisi, vel majoris partis, „ vel Potestatis, pro ut pro tempore „ fuerit, cum Consilio Sapientum illius „ Civitatis. Et si contigerit, quod „ E „ Consules, vel Potestas fecerint colle- „ ctam, vel boateriam accipient, illud „ idem extra Civitatem faciemus om- „ nes homines nostri Districtus facere „ ad voluntatem Consulium vel Potesta- „ tis, qui pro tempore fuerint, excep- „ ptis hominibus habitantibus ultra „ Liguenciam, & hominibus habitanti- „ bus in Cadumbrio, qui ad coltam „ vel boateriam dare non debent Com- „ „ munis

„ muni Tarvisii &c. Et damus & con-  
 „ cedimus plenam jurisdictionem vobis  
 „ Domino Wilielmo Potestati Tarvisii  
 „ nomine Communis Tarvisii cum Ve-  
 „ xillo uno omnium nostrarum Terra-  
 „ rum & Curiarum, & omnium nostro-  
 „ rum hominum tam liberorum quam  
 „ servorum, exceptis predictis habitan-  
 „ tibus ultra Liguenciam, & exceptis  
 „ hominibus de Cadumbrio; de quibus  
 „ si rationem non fecerimus hominibus  
 „ Tarvisii & ejus Districtus infra se-  
 „ xaginta dies a tempore depofite que-  
 „ rimonie, Consules vel Potestas Tar-  
 „ visii, qui pro tempore fuerint, ha-  
 „ beant plenam facultatem faciendi ju-  
 „ stitiam de predictis hominibus de Ca-  
 „ dumbrio; & excepto quod viginti  
 „ homines de Cadumbrio, quos Commu-  
 „ ne Tarvisii elegerit, debeant jurare  
 „ omni anno salvare homines Tarvisii, &  
 „ ejus Districtus, & res eorum in tota  
 „ sua forcia. Et faciemus finem & re-  
 „ missionem vobis Domino Wilielmo de  
 „ Pusterla Tarvisino Potestati nomine  
 „ Communis de sententia lata per Ve-  
 „ ronenses & Mantuanos inter Commu-  
 „ ne Tarvisii ex una parte, & Bia-  
 „ quinum fratrem nostrum ex altera,  
 „ vel patrem nostrum, vel vos, si....  
 „ reperiemus, & si in aliquo predicta  
 „ sententia nobis prodesset; & sponta-  
 „ nea voluntate omni juri, si quod no-  
 „ bis vel hominibus nostris ex ipsa sen-  
 „ tentia competeret, renunciamus. In-  
 „ super facimus vobis finem & pacem  
 „ nomine Communis, & remissionem de  
 „ omnibus maleficiis, dampnis, & inju-  
 „ riis datis seu illatis nobis vel homi-  
 „ nibus nostris tam liberis quam servis,  
 „ a tempore cepte werre infra, vel  
 „ occasione werre per homines Tarvisii  
 „ vel ejus Districtus tam liberos quam  
 „ servos pro Communi de Tarvisio. Et

A „ renunciamus omni juri, quod nobis  
 „ competeret, vel competere posset, spe-  
 „ cialiter pro posta sive concordia, que  
 „ facta fuit inter Commune Tarvisii ex  
 „ una parte, & ex altera parte Do-  
 „ minum Wocellonem avum nostrum, &  
 „ Gabrielem patrem nostrum. Et hec omnia  
 „ supradicta per nos & nostros heredes  
 „ & nostros homines tam liberos quam  
 B „ servos in perpetuum firma & illiba-  
 „ ta observare promittimus. Et si pre-  
 „ dicta omnia per nos & nostros here-  
 „ des non observarentur, & contra ve-  
 „ niremus, penam quatuor millia Li-  
 „ brarum Venetianarum vobis Domino  
 „ Wilielmo nomine Communis soluturos  
 „ promittimus per nos & nostros here-  
 „ des; pro his omnibus supradictis obli-  
 C „ gamus vobis Domino Wilielmo nomine  
 „ Communis omnes nostras possessiones,  
 „ & damus vobis, sive Consulibus, vel  
 „ Potestatibus, sicut pro tempore fue-  
 „ rint, ut nomine Communis Tarvisii  
 „ sua auctoritate intrent in tenutam  
 „ sive possessionem nostrarum rerum, &  
 „ percipiant exinde omnes fructus, quor-  
 „ sque predicta pena in integrum fue-  
 „ rit soluta. Et ita jurare promitti-  
 „ mus. Et promittimus renovare sacra-  
 „ mentum omni decimo anno infra quin-  
 „ decim dies, ex quo requisitum fuerit  
 „ per Potestatem vel Consules, qui pro  
 „ tempore fuerint, aut eorum nuncios,  
 „ & nullo modo contraveniemus occasio-  
 „ ne minoris aetatis vel alia occasione,  
 „ etiam profitentes nos majores esse vi-  
 E „ gintiquinque annorum. „ Et ibi ita  
 „ juratum fuit attendere per omnia: un-  
 „ de plura Instrumenta in uno tenore  
 „ scribi rogarunt.

Ego Litaldinus sacri Imperii Notarius interfui & scripsi.

In Christi nomine. Ego Jacobus de Varge, Imperialis Aulae Notarius &c.

**Paſta, quæ Potestas & Conſules & Commune Tarviſi jurant  
Wecelloni & Gabrieli fratribus de Camino, conſti-  
tutis Civibus Tarviſi, Anno 1199.**

**I**N Chriſti nomine. Anno Domini MC-  
XGIX. Indiſſione II. duodecimo die  
intrante Junio, in Civitate Tarviſi,  
in Concione publica, præſentia Comitum  
Ugicionis, Vincencii Judicis de Civitate  
Vicencie, Comitum Rambaldi, Boni-  
facini de Criſpinago, Andree de Toſa-  
no, Torengi de Engarono, Philippi de  
Girardo, Obrioni Notarii, Vitalis No-  
tarii, Petri de Peribiago, & aliorum  
plurimorum Clericorum de Tarviſo;  
preſentibus etiam Maynente, & Valfre-  
do Judicibus, Gomberto, Hoſpinello Jo-  
hannis Dondi, Conradi de Albertino,  
Andrea de Thodemario, nunc Conſuli-  
bus Tarviſinis, talem paſtam & concor-  
diam fecit & obſervare promiſit Do-  
minus Wilielmus de Puſterla, Potestas Tar-  
viſi nomine Communis Tarviſini, Da-  
mino Wecelloni & Gabrieli filiis quon-  
dam Domini Gabrielis de Camino. Nos  
Wilielmus de Puſterla, Potestas Tar-  
viſi, voluntate Conſulum Tarviſi,  
promittimus ſalvare & manutene-  
re vos Wecellonem & Gabrielem de Ca-  
mino & veſtros heredes; & hoc i-  
dem debent facere noſtri Succeſſores,  
qui pro tempore fuerint in regimine  
Civitatis, tanquam quolibet Cives  
Civitatis Tarviſi, bona fide & ſine  
fraude, & veſtra omnia Caſtra &  
loca, & omnes homines in prædictis  
locis & Caſtris veſtris habitantes,  
tam liberos quam ſervos. Et ſi ali-  
quod Caſtrorum veſtrorum deſtrueretur  
a Communi Tarviſi, ſeu occa-  
ſione Communis Tarviſi, infra an-  
num eque bonum per Commune Tar-  
viſi, per nos & noſtros ſucceſſores  
reediſicare promittimus, niſi veſtrâ

**A** licentiâ & bonâ voluntate datâ hoc  
remanerit. Et non impediemus vos,  
neque noſtri ſucceſſores vos neque ve-  
ſtros heredes de veſtro Comitatu, ſci-  
licet de omnibus querimoniis & cau-  
ſis, quas actor apud vos vel veſtros  
heredes deponere voluerit ſeu depo-  
ſuerit. Pugnas vero omnes in Comi-  
tatu veſtro ortas ante vos & veſtros  
heredes eſſe promittimus, & de his  
vos vel veſtros heredes per nos vel  
per noſtros Succeſſores non impedi-  
emus, etiam partibus volentibus ante  
nos vel noſtros Succeſſores pugnam fa-  
cere. Et ſi aliquâ cauſâ per nos vel  
per noſtros Succeſſores pugna iudicata  
eſſet ſuper homines veſtri Comitatus,  
eos ad vos remittemus ad pugnam  
faciendam. Et de cauſis libertatis  
motis hominibus veſtri Comitatus nul-  
lo modo nos intromittemus. Et ſi nos  
intromiſerimus, ſtatim cum cognove-  
rimus eum eſſe de veſtro Comitatu,  
ad vos vel veſtros heredes cauſam il-  
lam libertatis remittemus. Et faci-  
mus ſuam nomine Communis vobis  
Wecelloni & Gabrieli pro vobis &  
hominibus veſtris tam liberis, quam  
ſervis habitantibus in locis veſtris  
& hominibus illis, qui ad concor-  
diam Tarviſi vobiscum venerunt, de  
omnibus maleficiis, dampnis & inju-  
riis datis ſeu illatis hominibus Tar-  
viſi, & ejus Diſtrictus a tempore  
werre cepte infra, vel occaſione werre  
cepte. Et facimus ſuam & remiſſionem  
de omnibus penis & duplis Communi  
Tarviſi commiſſis, & nominatim de  
quinque millibus Libris, quas Com-  
mune Tarviſi dedit Wecelloni de  
Ca-

„ Camino Avo vestro. Et facimus finem  
 „ nem & pacem Nicolao, & promitti-  
 „ mus bona ejus pro Communi vendita  
 „ ei restituere. Et facimus finem U-  
 „ geto filio quondam Salvarisis Nota-  
 „ rii de pena Banni Communis; &  
 „ vobis nomine ipsius Ugeti & aliorum  
 „ forbannitorum omnium facimus finem  
 „ & pacem de omnibus maleficiis &  
 „ bannis & injuriis & damnis datis  
 „ a tempore cepte werre & occasione  
 „ werre hucusque. Insuper promittimus,  
 „ quod non reedificabimus per nos vel  
 „ per nostros Successores Castrum seu  
 „ domum Salle. Et promittimus per  
 „ nos & nostros Successores nomine Com-  
 „ munis, quod non distringemus vos  
 „ Wecellonaem vel Gabrielem, vel ve-  
 „ stros heredes ad rationem faciendam  
 „ de aliquo maleficio vel dampno, quod  
 „ Wecello vel Gabriel, aut aliquis pro  
 „ eo daret vel faceret hominibus suis,  
 „ qui fuerunt Comitisse Sophie, vel de  
 „ quarterio, quos in vobis retinuistis,  
 „ & alienati non sunt. Et non distrin-  
 „ gemus homines vestros habitantes ul-  
 „ tra Liguenciam & in Cadubria, ex-  
 „ cepto si rationem non faceretis de  
 „ hominibus de Cadubria infra sexa-  
 „ ginta dies, quod possimus eos distrin-  
 „ gere ad rationem faciendam homini-  
 „ bus de Tarvisio & ejus Districtus,  
 „ & excepto quod viginti homines de  
 „ Cadubrio debent jurare salvare &  
 „ custodire homines Tarvisii & ejus  
 „ Districtus, & res eorum in tota sua  
 „ forcia, si requisitum fuerit, ut in  
 „ postea a vobis Communi Tarvisii fa-  
 „ cta continetur. Et hec omnia predi-  
 „ cta firma & illibata per nos & no-  
 „ stros Successores in perpetuum obser-

A vare & non contravenire promitti-  
 mus; & si non observaretur & con-  
 traveniremus per nos vel per nostros  
 Successores, penam quatuor millia Li-  
 bras Venetorum vobis nomine Com-  
 munis dare promittimus, bona Com-  
 munis vobis exinde pignori obligan-  
 tes, ita ut vestra auctoritate in bo-  
 na Communis intrare possitis, & fru-  
 ctus ex eis percipere, quousque in-  
 tegrum predicta pena vobis fuerit  
 soluta. Et ita nos & nostri Succes-  
 sores, qui pro tempore fuerint, ju-  
 rare debent & observare. Et centum  
 Milites & ducenti Pedites, quos ele-  
 geritis, jurare debeant ita observa-  
 re: quod sacramentum centum Mi-  
 litum & ducentorum Peditum omni  
 C decimo anno debeat renovari infra  
 quindecim dies, quando per vos vel  
 per vestros nuncios fuerit requisitum.  
 Et juravit predictus Potestas ita atten-  
 dere toto tempore sue Potestarie, &  
 quod faciet, cum exierit de Potestaria,  
 jurare Successores. Et plura instrumenta  
 uno tenore scribi sunt rogata.

D Ego Litaldinus sacri Palatii Nota-  
 rius interfui & scripsi.

Haec etiam pacta memorantur Jo-  
 hanni Bonifacio, qui praeterea ad  
 eundem Annum MCXCIX. innuit,  
 Wecellonaem de Suligo, atque alios  
 Nobiles Marchiae Tarvisinae viros,  
 immo & ipsos Cenetensis Oppidi Ci-  
 ves, necessitate compulsos, consilium  
 cepisse se adjungendi more Civium  
 ad Rempublicam Tarvisinam. Eju-  
 smodi Actorum memoria in perga-  
 menis Archivi Estensis latens, suum  
 heic habere locum meretur.

Charta paſtorum, per quae Wecello de Suligo, alique Nobiles  
conſtituunt ſe Cives Tarviſii, Anno 1199.

**I**N Chriſti nomine. Anno Domini  
MCXCIX. duodecimo die menſis Ju-  
nii, Indictione II. „ Nos Wecello de  
„ Suligo, & Liazarus, & Sanzano-  
„ meu, pater & filii, & Naſurwerra  
„ de Fara conſtituimus nos Cives &  
„ Habitatores Tarviſii, ſecundum quod  
„ continetur in articulis poſte ſacte in-  
„ ter Commune Tarviſii & Homines  
„ de Coneclano. Et facimus vobis Do-  
„ mino Wilielmo de Puſterla Poſtati  
„ Tarviſii ad partem Communis finem  
„ & pacem & remiſſionem de omnibus  
„ maleficiis, dampnis, & injuriis, pe-  
„ nis & duplis & ſecuritate factis vel  
„ nobis, vel hominibus noſtris a Com-  
„ muni, vel ab aliqua alia perſona no-  
„ mine Communis, dampnis datis &  
„ illatis nobis vel hominibus noſtris ab  
„ hominibus Tarviſii pro Communi vel  
„ pro diſiſo, a tempore werre cepte  
„ infra. Et promittimus obſervare poſ-  
„ ſtam factam inter Commune Tarviſii  
„ & illos de Coneclano, ſecundum quod  
„ conſortes obſervare tenentur. Verſa  
„ vice, Nos Willelmus de Puſterla Po-  
„ teſtus Tarviſii nomine Communis fu-

**A** „ cimus vobis Wecello de Suligo &  
„ Liazarus & Sanzanomini, & Na-  
„ ſurwerra finem & pacem recipienti-  
„ bus veſtro nomine, & omnium veſtro-  
„ rum hominum tam ſervorum, quam  
„ liberorum, de omnibus maleficiis, in-  
„ juriis, & dampnis datis ſeu illatis  
„ a vobis, vel ab hominibus veſtris,  
„ hominibus Tarviſii tam pro Communi  
**B** „ vel diſiſo a tempore werre cepte  
„ infra; ita quod nos vel Commune  
„ Tarviſii propter hoc nullo modo de-  
„ mus dampnam vobis vel hominibus  
„ veſtris tam liberis, quam ſervis in  
„ perſonis vel in Caſtro, aut in rebus  
„ veſtris. Et remittimus vobis Wecello-  
„ ni & Naſurwerra bannum & penam  
„ banni, in quo clamati fuiſtis per  
**C** „ Conſules Coneclani.

Adum in Civitate Tarviſii in Con-  
cione publica, in praesentia Comitum  
Ugucioni, Vincentii Judicis de Civitate  
Vicencie, Comitum Rambaldi, Torengi  
de Engerano, Andree de Roſano, &  
aliorum plurium militum & peditum.

Ego Litaldinus ſacri Imperii Nota-  
rius interſui & ſcripſi.

Paſta, per quae Homines Cenetenſes conſtituunt ſe Cives Tarviſii,  
& viciffim Commune Tarviſii eos recipit, Anno 1199.

**I**N Chriſti nomine. Anno Domini  
MCXCIX. Indictione II. die Mar-  
tis XV. intrante Junio. Praesentia We-  
cellonis de Camino, Gabrielis ejus fra-  
tris, Gerardini de Criſſinaga, Alber-  
geti Panismilii, Siniforti, Inglerii de  
Racione, Vivioni, Wilielmi de Straſſo,  
Federici, Nicole Blandi, Johannis Nu-  
nariii, Walpertini de Raſano, Wiziiani

**D** de Bellengarda, Tomaxini de Capite  
Lupo, Weceſi de Conſtantino, Zanegol-  
di, Marquardi de Caniſtro, Baldini  
Judicis Brage, Jacobi ejus fratris, Ro-  
berti de Elmo, Vitalis Notarii de  
Sancto Andrea, & aliorum plurium.  
Haec concordia inter homines de Cene-  
ta ex una parte, & ex alia Commune  
Tarviſii.

„ In nomine Domini. Nos Homines  
 „ de Geneta spontanea voluntate consti-  
 „ tuimus nos Cives Tarvisi, sicut qui-  
 „ libet alius Civis Tarvisi; supponen-  
 „ tes nos per omnia jurisdictioni Civi-  
 „ tatis Tarvisi. Et promittimus nos  
 „ salvare homines Civitatis Tarvisi  
 „ & ejus Districtus, & res eorum in  
 „ tota nostra forcia, & stratas securas  
 „ facere & mercata in tota nostra for-  
 „ cia. Et jurabimus sequi Dominum  
 „ Wilielmu de Pusterla Tarvisi Po-  
 „ testatem, & Successores ejus, qui  
 „ erunt pro tempore in regimine Civi-  
 „ tatis Tarvisi, a quindecim annis  
 „ superius, & a sexaginta annis infe-  
 „ rius, cum requisiti fuerimus per  
 „ nuncium Tarvisi, vel per Maricum  
 „ nostrum: & quod Maricus teneatur  
 „ facere jurare homines, ut dictum est  
 „ superius, omni anno. Et collectam &  
 „ boateriam dabimus ad voluntatem  
 „ Potestatis, vel Consulium, qui pro  
 „ tempore erunt in regimine Civitatis  
 „ Tarvisi, quando collectam vel boate-  
 „ riam colligent extra Civitatem. Et  
 „ quando Commune Civitatis Tarvisi  
 „ faciet hostem & iter & cavalcata,  
 „ faciemus & ibimus ad voluntatem  
 „ Potestatis Tarvisi, vel Consulium,  
 „ qui pro tempore erunt in regimine  
 „ Civitatis Tarvisi, & Rocham Cene-  
 „ te dabimus in virtute Potestatis  
 „ Tarvisi. Nec erimus in facto seu in  
 „ consilio, quod Commune Tarvisi per-  
 „ dat prefatam Rocham, donec etiam  
 „ retinuerit; & si sciero aliquem, qui  
 „ contra hoc facere vellet, bona fide &  
 „ sine fraude disturbabo. Et hanc pos-  
 „ tam seu concordiam bona fide & sine  
 „ fraude ratam & firmam tenebo, &  
 „ non violabo. Et si sciero aliquem,  
 „ qui violare vellet, bona fide & sine  
 „ fraude disturbabo. Et faciemus finem  
 „ & remissionem vobis Domino Wiliel-  
 „ mo de Pusterla Tarvisi Potestati,

„ recipienti nomine Communis Tarvisi,  
 „ & pro Communi Tarvisi & diviso,  
 „ de omnibus maleficiis & dampnis &  
 „ injuriis datis seu factis a tempore  
 „ werre hucusque hominibus Genete.  
 „ Et promittimus omnia predicta atten-  
 „ dere & observare sub pena &c. ita  
 „ tamen quod de hac pena non tenea-  
 „ mur, postquam Episcopus Genete non  
 „ venerit ad concordiam Communis Tar-  
 „ visi, & Rocha pro Communi Tarvi-  
 „ si eidem Episcopo fuerit restituta.  
 „ Verba vice Nos Wilielmus de Pu-  
 „ sterla Tarvisi Potestas nomine Com-  
 „ munis promittimus wardare & al-  
 „ vare homines de Geneta, qui jura-  
 „ bunt & observabunt postam seu con-  
 „ cordiam inter Commune Tarvisi &  
 „ illos factam. Et promittimus & ju-  
 „ rabimus, quod non destruamus Ro-  
 „ cham Genete, si nobis dederint. Non  
 „ erimus in consilio vel facto, quod de-  
 „ struatur, donec eam Commune Tar-  
 „ visi retinuerit. Non prohibemus ho-  
 „ mines Genete, quin Corpus Beati  
 „ Ticiani, & alias suas sacras Reli-  
 „ quas vel ubi sunt custodiant, vel  
 „ alibi portent ad voluntatem suam;  
 „ nec eis auferam Corpus Beati Ticia-  
 „ ni. Et hoc sacramentum faciam ponere  
 „ in quaternione Communis, ut Succes-  
 „ sores meos de hoc sacramento tenean-  
 „ tur, quousque Commune Tarvisi pre-  
 „ dictam Rocham tenuerit. Et faciam  
 „ jurare quinquaginta Milites, & de-  
 „ cem Milites Coreclani, & centum  
 „ Pedites, quos illi de Geneta eligere  
 „ voluerint, hoc sacramentum facere  
 „ pro Communi. Et facimus finem &  
 „ remissionem pro Communi Tarvisi  
 „ hominibus Genete, qui hanc postam  
 „ seu concordiam jurabunt de omnibus  
 „ maleficiis & dampnis &c. Et quod  
 „ non vendemus nec alienabimus predi-  
 „ ctam Rocham pro Communi Tarvisi  
 „ alicui persone. Et quod restituemus

„ Rocham Cenete isto Episcopo, qui  
 „ modò est, vel illi, qui pro tempore  
 „ erit, postquam devenerit ad concor-  
 „ diam Communis Tarvisi.

„ Et hec omnia predicta nos homi-  
 „ nes de Ceneta imperpetuum firma &  
 „ rata tenere & observare per nos &  
 „ nostros heredes juramus. Sannella,  
 Walterius Notarius, Egidius filius Ri-  
 cherii de Scoriores, Marici de Ceneta,  
 Vidonis filius Geli, Ardemannus Nota-  
 rius, Robertus de Aldino, Robertus de  
 Cempo, & Cluradius nepos Litvini,  
 nomine Communis Cenete, & suo no-  
 mine promiserunt per se & suos here-  
 des Domino Wilielmo de Pusterla Tar-  
 visino Potestati nomine Communis Tar-  
 visii, supradicta omnia attendere &c.  
 & spontanea voluntate constituerunt se  
 Cives Tarvisi, sicut quilibet Civis  
 Tarvisii &c. Et versa vice Dominus  
 Wilielmus de Pusterla Tarvisii Pote-  
 stas nomine Communis juravit se omnia  
 Statuta attendere & observare versus  
 supradictos de Ceneta, & versus illos,  
 qui jurabunt observare supradictam con-  
 cordiam.

Actum in Mandre in plena Concione.

Ego Litaldinus sacri Imperii Nota-  
 rius interfui & scripsi.

Ita nobilibus ac potentibus viris  
 intra Urbes habitare per aliquam  
 saltem cujuslibet anni partem co-  
 actis, novis insuper confluentibus in  
 Civitatem colonis ex gente aut pro-  
 fligatâ, aut in clientelam receptâ,  
 singulae Urbes liberae novum acce-

A pere incrementum Populi, aedificio-  
 rum, majestatis, atque potentiae.  
 Auctor etiam est Rolandinus supra-  
 laudatus ad Annum MCC. Berthol-  
 dum Aquilejensem Patriarcham fa-  
 ctum fuisse Paduanum Civem, eâque  
 occasione se poni fecit cum aliis Civibus  
 Paduae in Coltam sive Datiam. Hoc  
 est, ditionem suam, quae longe la-  
 teque excurrerat, tributis Reipublicae  
 Patavinae consuetis supposuit.  
 Ejus etiam exemplum imitati sunt  
 Episcopus Feltrensis & Bellunensis  
 atque Eccelinus de Romano, crude-  
 lissimus deinde Tyrannus. Potentis-  
 simus sane Princeps tunc erat Pa-  
 triarcha Aquilejensis, atque ab uno  
 Romanorum Imperatore, quod est  
 C ad temporalia bona, Investituram  
 recipiebat. Attamen vides, ab eo  
 quaesitam Patavinae Urbis Cittadi-  
 nantiam. Et ne quis de Rolandini  
 narratione dubitet, Acta ipsa eo  
 tempore conscripta exeram, quae le-  
 guntur in Statutis MStis Civitatis  
 illius exaratis in pergamena Anno  
 MCCCLXIX. apud egregium virum  
 D Stephanum Varesium Civem Patavi-  
 num, uti certiorum me fecit mei  
 amantissimus vir Adamus Pivatus,  
 mihi non semel laudatus in Colle-  
 ctione Rerum Italicarum. Non ac-  
 cepti Cittadinantiam Philippi Episcopi  
 Feltrensis & Bellunensis. Ejus tamen  
 loco prodibit, quae Algerio ejus  
 Successori concessa fuit Anno MCC-  
 E LX. quam puto non dissimilem a  
 praecedenti.

Bertoldus Patriarcha Aquilejensis Civitate Patavina sub quibusdam  
 conditionibus donatur, Anno 1221.

**I**N nomine Domini, amen: ejusdem  
 Nativitatis MCCXXI. Indictione  
 IX. die XI. intrante Septembres in

eorum presentia quorum nomina conti-  
 nentur inferius. Coram Domino Ber-  
 nardo Barone de Sancto Miniato, Pote-  
 state

state Padue in plena Concione, in Sala  
 maioris Palatii ad sonum campanarum  
 Communis & vocibus preconum congregata. Nos Bertoldus divina favente  
 gracia sancte Sedis Aquilegensis Pa-  
 triarcha, licet terra nostra, & sta-  
 tus terre nostre persone in meliori  
 sint statu, quam olim fuerint, tamen  
 propter nimiam dilectionem, quam  
 erga Civitatem & Cives Paduanos  
 gerimus & habemus, cupientes pre-  
 fatam Civitatem Padue, & quosque Ci-  
 ves pre ceteris honorare; & illud,  
 quod antecessores nostri fecerant, su-  
 cere amplius reminiscentes beneficio-  
 rum receptorum ab eis, volumus esse  
 Cives Padue, & facimus nos Padue,  
 promittentes nomine Aquilegensis Ec-  
 clesie pro nobis & gente nostra tota-  
 liter infra muros emere Civitatis  
 terram duorum hominum estimatio-  
 nem, in qua duodecim Palacia fieri  
 faciemus, valentia unumquodque mil-  
 le Libras ad minus. Videlicet qua-  
 tuor Palacia in presenti Potestaria,  
 & alia quatuor infra, & alia qua-  
 tuor in proxima tertia Potestaria,  
 nisi parabola Potestatis vel Consilii  
 remiserit. Que Palacia nullo modo,  
 vel occasione aliquâ debeant alienari  
 vel obligari, nec in feudum dari: &  
 si acceptatum fuerit, ipso jure non  
 valeat, sed libere Communi Padue  
 remaneant. Et quod faciemus duode-  
 cim de melioribus & majoribus Mi-  
 litibus terre nostre bona fide sine  
 fraude in Civitate Padue esse quin-  
 decim diebus ante festum Sancti Pe-  
 tri de Junio, qui jurabunt se mi Po-  
 testatem Padue, sicut alii Cives Pa-  
 duani; & per nos & per nostros,  
 quando Civitas Padue guerram habe-  
 bit, quod Deus avertat, jurabimus  
 eam contra omnem hominem, exce-  
 ptis Domino Papa, & Rege, cum  
 quinquaginta Militibus per tres men-

A „ ses annuatim quandiu guerra dura-  
 „ bit. Et jurabimus Civitatem Padue  
 „ cum omni & tota nostra potencia  
 „ versus terram nostram. Et quando.  
 „ cumque Civitas Padue in corpore  
 „ Civitatis & in Comitatu suo com-  
 „ munem duciam fecerit pro Libris du-  
 „ centis milibus, duciam solvens se-  
 „ cundam quod pro miliario in Civita-  
 „ te dabitur. Hec autem faciemus Do-  
 „ minum Papam, & nostros Canonicos  
 „ omnes laudare & confirmare. Peti-  
 „ mus quoque a vobis quatenus reci-  
 „ piatis nos amicum & Citem Padue,  
 „ & nos & terram nostram & gentem  
 „ nostram, ita quod adjuretis nos tam-  
 „ quam Citem vestrum. Et ea, que  
 „ habet Ecclesia Aquilegensis in omni-  
 „ bus locis, seu etiam jurisdictionibus  
 „ ad manutenendum. Et si qua sunt  
 „ admissa, bona fide pro po'e ad recu-  
 „ perandum nos adjurabitis per terram  
 „ Foro-Julii & verus Paduam. Et hec  
 „ compositio firmabitur sacramento no-  
 „ stre gentis hinc inde. Et hic contra-  
 „ ctus firmus habeatur in perpetuum,  
 „ & ponatur in Statuto Communis Pa-  
 „ due, & nunquam sub aliqua fraude  
 „ vel occasione deleatur. Hoc autem  
 „ facientes nostre Aquilegensis Ecclesie  
 „ corporaliter tactis sacro an'tis Evan-  
 „ geliiis juramus omnia predicta & sin-  
 „ gula predictorum bona fide attendere,  
 „ observare, & observari facere, &  
 „ nulla ratione vel occasione seu aliquo  
 „ ingenio, vel aliqua fraude contrave-  
 „ nire. Et hec nos Bernardus Baronus  
 „ de Sancto Miniato Potestas Padue de  
 „ con'ent'u & laudatione totius Concio-  
 „ nis, Communis Padue nomine, omnia  
 „ supradicta & singula predictorum pro-  
 „ mittentes & facientes & recipientes  
 „ nomine istius Communis, attendere &  
 „ observare bona fide sine fraude, ta-  
 „ ctis sacro'an'tis Evangeliiis juramus,  
 „ & nulla ratione vel occasione, seu  
 „ aliquo



„ aliquo ingenio & aliqua fraude con-  
„ trahere.

Actum fuit Padue in plena Concione  
in Communi Palacio. Testes interfue-  
runt, Dominus Jordanus Episcopus Pa-  
due. Dei gratiâ, Dominus Philippus  
divina permissione Feltrensis & Bellu-  
nenfis Episcopus. Dominus Florianus  
Archipresbyter Padue, Dominus Eupel-  
lus Canonicus Padue, Dominus Jacobus  
de Corrado Canonicus Padue, Dominus  
Christianus de Sancta Maria de Monte,  
& Veglus de Phisico, Judices Potestatis:  
Ubertellus Miles Potestatis, Tyto Pa-  
due Comes, Jacobus de Carraria, Al-

A bertinus eius frater, Vitalianus Mat-  
thei de Limizonibus, & Patavinus de  
Orato, Baxilius, & Patavinus de  
Medio Abbate Judices, Nicolaus Egi-  
dioli de Vislo, Bernardus de Bragiola,  
Jacobus Falrotus, Byaquinus, Jaco-  
bus de Uliana, Lytardus Notarius,  
Henricus de Mazzano, Conradus de  
Osovest, Ottolinus juvenis de Cremona,  
B Armannus de Precano, Ottolinus de  
Cucagna, Leonardus de Trecano, Er-  
bordus de Pestentano, Henricus de Ro-  
degno.

Rogatus Petrus de Abbate de prae-  
scriptis fecit Instrumentum.

### Instrumentum Cittadinantiae Patavinae susceptae ab Algerio Feltrensi & Bellunenfi Episcopo, Anno 1260.

**I**N nomine Domini, amen; MCCLX.  
Indictione III. die IV. intrante Fe-  
bruario, Padue in Communi Palacio,  
in camera ubi fit majus Consilium,  
preente Domino Tyssone de Campo San-  
cti Petri, Ugolino Advocato, Petro  
Trapola, Pace Judice, Bonifacio a So-  
lurio, Rolando de Henglesco, Tomasio  
Cavaccia, Martino Guidoti, Lenizo  
Caue, Bartholomeo Alverii, Vanni de  
Zacho, & aliis multis in majori Con-  
silio Communis Padue ad sonum cam-  
pane more solito congregato. Dominus  
Guido de Monte Potestas Padue de vo-  
luntate, consensu & laudatione totius  
Consilii pro Communi Padue recepit  
venerabilem patrem Dominum Algerium,  
Dei gratiâ Feltrensem & Bellunensem  
Episcopum per se & suos Successores pa-  
ctis infra scriptis videlicet. Quod ipse  
Dominus Episcopus & Successores sui  
sint Cives Padue & Habitatores, &  
jurent Cittadinanciam Padue, ut Do-  
minus Patriarcha consuevit jurare. Et  
quod ipse Dominus Episcopus infra mu-  
ros Civitatis Padue unum Palacium he-

C dificare debeat usque ad proximum fe-  
stum Sancti Andree, quod constet mille  
& quingentas Libras, computato in il-  
lis MD. Libris precium pro terre &  
domorum, que emerentur arbitrio duo-  
rum virorum per Potestatem Padue eli-  
gendorum, ubi Palacium edificaretur.  
Item in Paduano Districtu emere tenea-  
tur tot alias possessiones immobiles usque  
ad unum annum, que constent Libras  
D mille. Palacium vero & possessiones nun-  
quam possint vendi in toto vel in par-  
te, nec aliquo modo alienari vel obli-  
gari. Item quatuor Milites de terris  
predictis omni anno per octo dies ante  
festum Sancti Petri, & per octo dies  
post, habitare debeant in Civitate Pa-  
due, qui pro Domino Episcopo jurent  
E sequi Potestatem Padue, ut supra di-  
ctum est. Item Dominus Episcopus de-  
beat solvere daciâ Communis Padue  
pro septuaginta millibus Libris, quan-  
do alii Cives solverint Communi Pa-  
due. Item quando Commune Padue fe-  
cerit exercitum generalem seu commu-  
nem, Dominus Episcopus Feltrensis cum  
tota

tota sua fortia & virtute exercitum  
 generalem faciet & communem cum  
 Comuni Padue. Si vero Commune Pa-  
 due aliter fecerit cavalcantam cum Mi-  
 litum quantitate, idem Dominus Epi-  
 scopus teneatur servire cum viginti  
 quinque Militibus, vel majori summa  
 ad voluntatem Domini Potestatis Padue,  
 qui pro tempore fuerit, secundum quan-  
 titatem Militum Padue, qui a Com-  
 muni mittentur in cavalcantam. Hec  
 quidem omnia Dominus Episcopus cum  
 tota sua fortia & omnibus viribus fa-  
 cere teneatur contra omnes homines,  
 salva fidelitate Ecclesie & Imperii.  
 Item quod inimici Communis Padue sint  
 inimici Domini Episcopi supradicti &  
 suorum.

Et teneatur Dominus Episcopus eli-  
 gere semper vel facere eligi, & habere  
 Potestates de Padua in Feltrina & Bel-  
 luno, salvo quod si vult ipse habere in  
 dictis Terris in propria persona, vel  
 aliquem in Potestatem & Rectorem, vel  
 Consulem, seu Consules, vel Judices de  
 dictis Terris, eligere, & habere ei li-  
 ceat. Et Potestas Padue teneatur ei  
 dare Electum de Padua & Paduana in  
 Potestatem & Judicem infra mensem.  
 Et quod Paduani habeant Mercatum in  
 tota terra Domini Episcopi libere &  
 absolute absque theloneo & pedagio. Et  
 procurare debeat Dominus Episcopus bo-  
 na fide, sicut potuerit, ne aliquis illos  
 impediatur eundo & redeundo cum mer-  
 cato vel sine mercato. Et quod dictus  
 Dominus Episcopus non faciet societatem  
 aliquam vel Citadinanciam cum aliqua  
 Civitate vel homine. Hec quidem omnia  
 suprascripta presatus Dominus Episcopus  
 debeat eligere quatuor, vel plures de  
 utraque Civitate, qui juramento te-  
 neantur facere predicta juramenta, &  
 singulis quinquenniis similia juramenta  
 facere renovari. Et Dominus Episcopus  
 teneatur facere Dominum Papam, &

A Dominum Patriarcham omnia prescripta  
 laudare & confirmare usque ad festum  
 Sancti Petri. Salvo quod Potestas Pa-  
 due, qui pro tempore fuerit, de volun-  
 tate Consilii majoris Padue possit dare  
 parabolam dicto Domino Episcopo de  
 quolibet capitulo ex predictis. Et pre-  
 dictus Dominus Episcopus juravit Cita-  
 dinanciam Padue, & omnia suprascri-  
 pta attendere, & plene observare. Com-  
 mune vero Padue teneatur ipsum Do-  
 minum Episcopum, & Civitates suas  
 Feltrum & Bellunum, & totam ter-  
 ram suam adjuvare & manutenere, &  
 jura sua & Episcopatus sui, & ad ho-  
 norem & statum ejusdem Domini Epi-  
 scopi & Episcopatus servare & defendere  
 bona fide & sine fraude in his,  
 que possidet vel quasi possidet contra  
 omnes homines, excepto Domino Pa-  
 pa, & Domino Imperatore, & Do-  
 mino Patriarcha. Item quod omnes  
 Feltri & Belluni & totius terre Do-  
 mini Episcopi habeant mercatum Padue  
 in Padua & districtu Paduano libere  
 & absolute absque theloneo & pedagio;  
 & procurare debeat Commune Padue  
 bona fide, ne aliquis eorum impediatur  
 eundo & redeundo cum mercato & sine  
 mercato. Item quod inimici Domini E-  
 piscopi sint inimici Communis Padue.  
 Hec quidem omnia poni debeant in Sta-  
 tutis Communis Padue; & juramenta  
 Potestatis Padue teneatur observare. Ibi-  
 que Petrus de Ricio prece in manibus  
 Domini Potestatis nominati & Populi  
 Paduani pro ipso Potestate & Populo  
 Paduano, de laudatione & consensu ip-  
 sius Potestatis & predicti Consilii jura-  
 vit omnia hec predicta attendere &  
 plene observare.

Zambonus de predictis fecit Instru-  
 mentum.

Neque tamen hisce incrementis  
 contenti liberarum Urbium Cives  
 fuere:

fuere: quis enim libidini dominandi modum facile statuat? Quae Civitates opibus, gente, ac viribus supra finitimas sese pollere sentiebant, animum quoque adjecere ad invadendos fines alienos, sibi que subdendas Urbes potentiâ impares. Ita Mediolanenses Anno MCXI iurato Laudensibus bello, Civitatem acri oblatione pressam ad deditionem compulserunt. Tum ab Anno MCXVIII. usque ad Annum MCXXVII. Comensibus infesti, tam pertinaci bello eorum jugulis insisterent, ut tandem desperatione fractos sub jugum venire coegerint. Insuper Anno MCXXX. ad deficientium a Cremonensibus Cremonenses sollicitatos, sibi adjunxerunt: unde bella teterrima exorta maximo fuere incommodo Lombardis omnibus. Quae dilatandi imperium semper irrequieta cupido denique singularum Urbium conterminarum odia atque iram in Mediolanenses attraxit, potissimamque causam eorum calamitatis praebuit sub Friderico I. Augusto. Certarunt in eodem stadio postea Genuenses, Florentini, Bononienses, Patavini, immo quaelibet alia Civitas, cui majores vires, quam conterminis, fortuna contulisset: contigitque nonnullis inferioribus suo subjugare atque adicere imperio: qua ex felicitate mirum in modum earum robur ac dignitas crevere. Quid inter tot armorum tumultus & Civium pro amplificanda ditione perpetuos conatus, continentemque laborem, Ecclesiasticis Proceribus acciderit, satis significasse infra mihi videor in Dissertatione Septuagesima secunda de Causis imminut. Eccles. Potest. Attamen haec etiam memoria repetendum duco, ne ipsam quidem Religionem obstitisse, quominus liberae Civitates antiqua Epi-

A scoporum, Abbatum, aliarumque Ecclesiarum Regalia usurparint. Episcopis nonnullis conlata fuerat Comitatus dignitas in Urbibus, hoc est Praefectura Civitatum. Ipsis etiam, & permultis Abbatibus, & Collegiis Canonicorum, Castella suberant & Arces, quae ab Urbium Magistratibus, ditione & agro penitus praecisa, sub jure seu tutela tantum erant Imperatorum, a quibus eorum Investitura peti consuevit. Hos ergo sacros viros pari ardore suis exspoliare juribus aggressi sunt Cives liberarum Civitatum, eoque eventu res acta est, ut vix pauci ab illorum impotentia evaserint. Nam Ecclesiastici ipsi aut gloriam bellicam interdum affectantes, & lucra inde sperantes, non invitae correptis armis in bella convolabant; aut necessitate ducti, bella gerentibus vicinis, praesidia aliena recipere, foedera contrahere, tutores adfiscere cogebantur. Neque deerant aliae occasiones rerum novandarum, nonnullis inhiantibus ad Clericorum ac Monachorum patrimonia voranda. Rem paucis exemplis expediam. Pars olim Comitatus Mutinensis Nonantulanum Oppidum fuit, ut alibi ostendi. Sensim celebris illius Coenobii Abbates ditionem, sive Imperatorum dono, sive alia ratione, adquisierant in Oppidum illud, atque in alias quasdam Villas; aut certe is Populus in libertatem sese asseruerat. Contra, contendente Republica Mutinensi, ad se locum pertinere, aliisque controversiis de jure aquarum ferventibus: Bononienses in omnem rem intenti Anno MCXXXI. ex hujusmodi discordia profecere; nam Populum Nonantulanum ita deliniverunt; ut sese iis in clientelam tradiderit, & tributum licet leve quotannis Republicae Bononiensi

noniensi fuerit pollicitus. Exarsere in bellum, his intellectis, Mutinenses, quod pluries sopitum, pluries quoque recruduit, donec servatâ Abbati duntaxat ditioe spirituali, ac ingenti pecuniae summâ persolutâ, conquievit Oppidum in potestate Mutinensium, cujus Principibus adhuc paret. Juvat heic adferre pacta, qui-

A bus Nonantulani sese primo subdidere Bononiensi Reipublicae; ea quippe indicata a Sigonio Lib. 3. Histor. Bononiensis, integra habere cupiens, curâ praeclarissimi viri Marchionis Francisci Zambeccarii Senatoris Bononiensis, descripta e Tabulario illius Urbis accipi.

Charta pactorum, per quae Populus Nonantulanus Reipublicae Bononiensi se subdit, Anno 1131.

De quibusdam rationibus Communi Bononiae concessis a Populo Nonantulae.

„ **N**Os quidem Populus Nonantulae,  
 „ & omnes, qui sumus in Doni-  
 „ catu Abbatiae, juramus Populo Bo-  
 „ noniae deinceps in perpetuum, semper  
 „ nos esse & stare ac studere ad hono-  
 „ rem Bononiae, quemadmodum una ex  
 „ quatuor Portis Bononiae. Et insuper  
 „ omnia facta, omneque expensas, sive  
 „ collectas, pro communi honore Bononiensis Civitatis nos Nonantulani facere semper, ut una ex quatuor Portis Bononiae. Ceteri Castellani, & Villae Abbatiae, ut habitantes infra Comitatum sacram quos Nonantulae, idest Ecclesiarum omnium & Clericorum, qui sunt sub Abbatia Nonantulae Ecclesiae. Nos insimul secundum quod habetur per decretum a sancta Romana Ecclesia, in perpetuum damus sanctae Bononiensis Ecclesiae jus quoque & facultatem dandi Chrisma & Oleum Sanctum nostris Ecclesiis & Clericis, & praedictae Ecclesiae Bononiensi in perpetuum largimur. In unoquoque anno in Kalendis Decembris per unamquamque casam Nonantulae & totius Abbatiae, quae scilicet in Donicatu & Districtu Nonantulanæ Ecclesiae stare videtur, qua-

B „ tuor Denarios Lucenses Populo Bononiensi dabimus. Neque in facto, neque in consilio, quolibet modo vel ingenio deinceps erimus, quod Populus Bononiae vel Ecclesia Bononiae praedicta omnia in totum vel pro parte aliquo modo vel ingenio perdat. Et si perdiderit, per bonam fidem sine fraude & malo ingenio id, quod perdidit, recuperare, & recuperatum semper retinere adjurabimus contra omnes homines, exceptâ tamen personâ Imperatoris. Et apud eum fidelissimis precibus & supplicationibus praedictum Populum & jam dictam Ecclesiam adjurabimus. Post recessionem vero Imperatoris praedicta omnia firmissime semper observabimus.  
 C „ Item super inimicos Bononiae cum Bononiensi Populo equitabimus & ibimus cum nostro dispendio, scilicet cum nos omnes milites & pedites migraverimus in expeditionem, cum soli milites in servitio praedicti Populi ierint, qui dispendio Bononiensis Populi veniant. Dimnum vero, si quid vobis, vel vestris amicis in nostro servitio acciderit, pro quarta parte vobis infra duos menses reficiemus.  
 D „ Si

„ Si in vestro exercitio nobis damnum  
 „ apparuerit, pro quarta parte nobis  
 „ id imputabimus. Homines Bononien-  
 „ ses de Civitate & de Burgis, atque  
 „ de Comitatu Bononiae, & eorum res,  
 „ saluos & securos esse a nobis in omni-  
 „ bus nostris regionibus juramus: & si  
 „ quis eos offenderit, per bonam fidem  
 „ offensiones passos contra omnes homi-  
 „ nes adjuvabimus. Si qua discordia  
 „ inter nos & vos, vel nostros amicos  
 „ apparuerit, in laude Consulum Bono-  
 „ niae stabimus. Item si milites Bono-  
 „ niae, vel arcatores, aut pedites sine  
 „ Populo in nostro juramine venerint,  
 „ nostro dispendio eos retinebimus. Si-  
 „ militer & Consules, cum pro nobis  
 „ venerint. Cum civibus Mutinae nul-  
 „ lam treguam, nullumque finem cer-  
 „ tam sine Bononienſi Populo & ejus  
 „ iussione faciemus. Haec omnia obser-  
 „ vabimus seuper Populo Bononienſi  
 „ & post pacatam licentiam inter nos &  
 „ Mutinenses, hoc sacramentum facie-  
 „ mus Populo Bononiae & Ecclesiae Bo-  
 „ nonienſi in omni sine decem annorum  
 „ ab aetate scilicet quatuordecim anno-  
 „ rum in posterum.

Quod heic animadvertas, non Ab-  
 bas, non Monachi Nonantulani dedi-  
 tionem faciunt, sed Populus illius  
 Oppidi; ac proinde confirmata vi-  
 des, quae in Annalibus Veter. Mu-  
 tin. Tom. XI Rerum Italicarum scri-  
 pta sunt ad Annum MCXXXI. vi-  
 delicet: Nonantulani dederunt se per  
 prodicionem Communi Bononiae, qui  
 prius erant in temporalibus & spiri-  
 tualibus Abbatiae Sancti Silvestri de  
 Nonantula, de Comitatu & Dioecesi  
 Mutinae, & sub ejus protectione. Eju-  
 smodi verò pacta ostendunt, non foe-  
 dus inter amicos Populos, sed justam  
 deditionem, honestis quidem condi-  
 tionibus, peractam. Quod quantope-

Tom. X.

re, & quam non immerito, Muti-  
 nensium animos exacerbarit, atque  
 ad arma excitarit, nemo non intel-  
 ligit, quum certe Bononienſes, pro-  
 latis adeo finibus suis, ipsius Civi-  
 tatis jugulo prope imminerent, ac  
 pejora fata non obscure minitarentur.  
 Diu instauratum est ea de caus-  
 sa bellum, idque variâ fortunâ. Et  
 quoniam persequendo jura sua tem-  
 perare Mutinenses nequibant, Anno  
 MCXLVI. teste Sigonio, Nonantu-  
 lani, teu potius Bononienſes sagaci  
 consilio usi, Eugenium III. ita in  
 tuam sententiam, partesque suas per-  
 traxere, ut Mutinensem Urbem Epi-  
 scopatus dignitate privarit, atque  
 hanc Dioecesim inter vicinos Epi-  
 scopos partitus fuerit. An visa fue-  
 rit insueta, minusque justa hujusmo-  
 di poena eorum temporum mortali-  
 bus, Historiae minime tradunt. Sa-  
 ne quodies Episcopus sut rebellionem  
 inibat, aut Schismati adhaerebat,  
 mos etiam fuit poenas ab eo posce-  
 re, rarissime vero ab ipsis Ecclesiis.  
 Guntherus Lib. 2. Ligurin. de Fri-  
 derici I. Augusti gestis haec scribit:

*Quin & Pontifices Halberstadenſis,  
 & ille,  
 Sub quo Brema fuit, tali Regalia  
 jura  
 Amere notâ; personae scilicet ipsae,  
 Non tamen Ecclesiae. Neque enim  
 quod Pastor inique  
 Gesserit, Ecclesiae fas est in damna  
 refundi.*

Verum heic neque Episcopus, neque  
 Ecclesia Mutinensis, quidquam deli-  
 querant, & si quid erat criminis, in  
 Reipublicae capita rejiciendum vide-  
 batur; nisi potius dolori justo id con-  
 donandum, quum ii antiquam suam  
 ditionem in vicinorum potentiorum-

D

que

que manus translata dolerent, ac ferre non possent. Sed hisce dimissis, certum rei peractae, sive tentatae monumentum profero, literas videli-

et archetypas, quas Mutinae in suo Tabulario adservant Monachi Benedictini Coenobii Sancti Petri.

**Eugenii III. Papae Bulla, qua Monasterio Sancti Petri Mutinensis confirmat omnia illius bona, Anno 1148.**

**E**ugenius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Placido Abbati Monasterii Sancti Petri, quod foris Mutina situm est, eoque Fratribus tam praesentibus, quam futuris, Regularem vitam professis in perpetuum. Sicut devoti & humiles filii sunt paternae affectionis solatio confoventi, ita rebelles & elati pro delictorum suorum merito puniendi. Inde est, quod Mutinensium contumaciam, & graves excessus, quos diu contra mandata Sedis Apostolice commiserunt, communicato consilio Fratrum nostrorum tam Cardinalium, quam aliorum Episcoporum, Mutinensem Ecclesiam in perpetuum Episcopali Dignitate privavimus, & ipsius Parochiam per vicinos Episcopatus divisimus. Monasterium beati Petri, in quo divino mancipati estis obsequio, in ius & proprietatem sancte Romane Ecclesiae reeravimus. Ipsum itaque cum omnibus bonis suis sub beati Petri & nostra protectione susceptum, praesentis scripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaecumque possessiones &c. secundum formam consuetam; in quibus haec nominatim diximus exprimenda. Terram videlicet ipsam, in qua idem Monaste-

**B**rium constructam est, cum finibus suis, quemadmodum in scriptis vestris continetur. Ecclesiam Sancti Iohannis Baptiste, & Decimas & Sepulturas, quas infra Civitatem ex antiquo habetis. Duo molendina cum aqueductibus suis juxta Civitatem. Ecclesiam Sancte Marie de Masa. Ecclesiam Sancte Marie de Muniano. Ecclesiam Sancti Geminiani de Saviniano. Ecclesiam Sancte Marie de Ambiliano. Ecclesiam Sancti Geminiani de Turre. Ecclesiam Sancte Marie juxta Castellum Vetus. Ecclesiam Sancte Marie de Silva. Ecclesiam Sancti Michaelis de Palude. Castellum de Adriano cum Ecclesiis Sancti Michaelis, & Sancte Marie. Curticellam, que dicitur Abrica, cum Ecclesia Sancti Georgii. Ecclesiam de Alliano. Arcem que vocatur Cornetulum, cum Ecclesia Sancti Martini. Ecclesiam Sancti Michaelis de Sorbetulo. Terram, quam habetis in Crespellano, & in Curte Pragatuli. Quaecumque preterea habetis in Episcopatibus Regino, Ferrarienti, Veronensi, & Paduano. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat &c. sacra Dioecesanorum Episcoporum canonica iustitia &c.



*Bene valete.*

*Ego Eugenius Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.*

*Ego Conradus Sabinensis Episcopus subscripsi.*

*Ego Ymarus Tusculanus Episcopus subscripsi.*

*Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli Sancte Praxedis subscripsi.*

*Ego In.... baldus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Johannis & Pauli subscripsi.*

*Ego Jordanus Presbyter Cardinalis tituli Sancte Susanne subscripsi.*

*Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum subscripsi.*

*Ego Otavianus Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano subscripsi.*

*Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli subscripsi.*

*Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sancte Marie nove subscripsi.*

**Datum** Viterbi per manum Guidonis Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis & Cancellarii, sexto Idus Februarii, Indictione XI. Incarnationis Dominice Anno MCXLVIII. Pontificatus vero Domni Eugenii III. Pape Anno II.

Non diu tamen suâ Dioecesi spoliata jacuit Mutinensis Ecclesia; prætereaque tempore procedente, ut supra innui, post varias concertationes, transactionibus tandem initis, Nonantulana ditio a Mutinensibus recuperata, pacifice a multis Seculis Atestinorum Principum imperio subest. Spectatissimum quoque olim fuit ex antiquitate & opulentia *Pomposianum Coenobium* inter Ferrarienses & Comaclenses fines fundatum, cujus etiam meminit Johannes VIII. Papa

A in Epistola Anno DCCCLXXIV. ad Ludovicum II. scripta, atque a Baluzio edita Tomo V. Miscellaneorum. Toti Insulae Pomposianae, atque adeo nonnullis Vicis ex concessione Augustorum dominabatur Abbas, non minus a Comaclensis quam a Ferrariensis agri limitibus exclusus. Cujus rei testem dabo Diploma Friderici I. Augusti, quale mihi oblatum est in Archivo Estensi, nempe exemplum, notis Chronologicis omissis olim scriptum.

**Friderici I. Imperatoris Diploma, quo omnia jura ac Privilegia confirmat Monasterio Sanctae Mariae de Pomposia Anno 1177.**

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator & sen-

per Augustus. Transitorii Regni dignitas Imperialis potestas ac sublimitas ad hoc potissimum ab omnium Regum De-

mino concessa est, ut servos & milites Christi, quos propria voluntas propter amorem Dei omnipotentis inopes facit existere, atque in presenti Seculo abjectos remanere, haecenus debeamus defendere, & sub nostra Imperiali protectione condignis honoribus reorere. Hoc etenim si fecerimus, cum Regnum terrenum transeundo defecerit, celestis & indeficientis Regni culmina procul dubio sublimiter obtinere non ambigimus. Quapropter omnium Christi, nostrorumque fidelium universitatem scire volumus, qualiter nos ob amorem Domini nostri Jesu Christi, & ejus Genitricis Virginis Beatissime Marie, eterneque beatitudinis remunerationem, & per interventum & petitionem dilectorum Principum nostrorum, ceterorumque fidelium nostrorum, Monasterium & Abbatiam sanctissime & beatissime Theotocos Virginis Marie, sitam in Insula, que vocatur Pomposiana, ab antecessore nostro Imperatore Ottone a Frederico Ravenatis Ecclesie Archiepiscopo juxta utriusque placitum ad Imperialem subjectionem proprietatis concambiatam, ac postea ab Henrico nostro altero antecessore corroboratam, & ab **UGONE MARCHIONE** magnifice ditatam, & in ceteris nostris antecessoribus, scilicet Conrado Imperatore, & in tribus Henricis Imperatoribus, & in Lothario Imperatore, boneque memorie patrum nostrorum Conradum Regem successione Imperii & legali jure hereditatam, dehinc eodem jure ac ad nostre Imperialis dominationis manus recepimus una cum omnibus suis pertinentiis; ipsumque Monasterium Pomposianum cum eadem tota ex integro Insula Pomposse, omnemque ejusdem Monasterii Pomposiani pertinentiam, omnesque obedientias supradicti Monasterii Pomposiani intra totum nostrum Regnum Italicum ubicumque constitutis, sub nostre auctoritatis defensio-

nem, & Imperialis dignitatis tuitionem & mundiburdium suscipimus. Statuentes, ut quaecumque possessiones, seu jura possessionum, quaecumque bona in presentiarum possidet, aut in futurum largitione Imperatorum aut Regum, concessione Pontificum, Principum, Marchionum, oblatione aliorum quorumlibet fidelium, seu aliis quibuslibet justis & legitimis modis poterit adipisci, nostra Imperiali auctoritate confirmata ac roborata usibus memorati Monasterii Pomposiani, & Fratribus ibidem Deo & Beate Marie pro tempore famulantibus proficiant, quicquid videlicet predicta Abbatia per aliquod munimen cartarum vel traditionum detinet, vel eidem pertinet ab Ecclesia Romana & Rheimate, aut ab aliqua alia, seu etiam quicquid jure proprietatis detinet, aut in futuro acquirere potuerit.

Quibus itaque generaliter confirmatis, futuras insidiantium occasiones timentes, specialiter predicto Monasterio firmissima & preceptali corroboracione Imperiali concedimus & confirmamus, idest totam Insulam integram, que vocatur Pomposia, cum omnibus rebus infra se habentem, que ad nostram respiciunt functionem, & cum omnibus lateribus suis; a primo latere Pado percurrente in mare, a secundo latere Flumen Gauvo percurrente in mare, a tertio vero latere mare & piscaria, que vocatur Voluna, cum portu integro a Rivo Badarino & Gaucleriam majorem ad ipsam piscariam pertinentem cum porticellis, sicut olim intraverunt in mare ex utriusque partibus usque in mare. Et Massam integram, que vocatur Lacus Sanctus, cum omnibus pertinentiis & lateribus suis, a primo latere Fossam Molendini de Volta Latoni descendente in Aquiliolo, & a Fluvio Triba usque Meliam, & per paludem usque mediam Curbam, utraque Curbam



ban usque Padum, & ultra Padum usque Gazium Episcopi sancte Comacensis Ecclesie in uque Fluxium, qui vocatur Cesi; a secundo latere Cirola descendente in Concha Agatule, & per ipsam in Gaurum; a tertio latere paludem, que pergit intus Rivum Angeli, & Mansizaticam usque Monticellos & Vedetosa currente in Pado; a quarto latere Vaculino & Argere Malo, & Calle de Vincarito pergente Julaterdam. Et Curtem unam integram, que vocatur Husulatus, cum omnibus pertinentiis & lateribus suis, & fundum unum principalem integrum, qui vocatur Bauria, cum omnibus rebus & pertinentiis ac lateribus suis, a primo latere Pado percurrente; a secundo latere Fossa & fundo, qui vocatur Carlo, & Laco, qui vocatur de Berlito, & Valle, que vocatur Roginalda; a tertio latere Rupta, que vocatur Zubianosa, & fundo, qui vocatur Petriolo, in quo continentur Ville Catinaris & Boarie, cum omnibus rebus ac pertinentiis suis & lateribus; & quintam integram partem de fundo Rustigano de Canario, & duodecimam partem de fundo uno integro, qui vocatur Rustizana de Rucina, & septimam partem de fundo uno principali integro, qui vocatur Rucina, & medietatem Castri Rucine; & fundum unum principalem, qui vocatur Pavignanus, cum omnibus rebus & pertinentiis & lateribus suis; & fundum unum principalem integrum, qui vocatur Gardapiana, cum omnibus rebus & pertinentiis ac lateribus suis. Quicquid etiam habet aut acquirere in futuro Deo annuente poterit infra Padum & Attesu fluxium, vel infra Padum & Sandolum, & quantacumque in Apostolice Sedis Privilegio releguntur; verum etiam queque habet, aut acquirere in

**A** chatu & territorio ejus poterit, & infra totum Comitatum Comacensem, & Gavellenem, & Ferrariensem, & Mutinensem, & Bononienem, & Cornelianem, & Faentinum, & Licinianensem, & Pupilianensem, & Celenatem, & Montemferetranum, & Ariminensem Fanensem, Peauriensem, Urbiniensem, Castellanzum, Gubinum, Perusinum, Mantuanum, Brissenensem, Cremonensem, Astensem. Et nominatim Curtem, que vocatur Cerri, quam olim dedit supra scripto Monasterio Berta Comitissa. Ac etiam quicquid habet, vel acquirere Deo annuente potest infra totum Comitatum Veronensem, Vicentinum, Paduanensem, Tarvisinensem, Cenetensem, Cortordienensem, & in omnibus quoque locis per totum nostrum Regnum Italicum constitutis: cum arvis, edificis, Castris, Capellis, silvis, pratis, pascuis, paludibus, saleis, olivetis, vineis, montibus, vallibus, planitiebus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, salinis, & cum omni utilitate, que vel nominari vel scribi potest, tam in Civitatibus quam in earum partibus, seu quibuslibet locis persistentibus, ut supra diximus, firmissima & Imperiali corroboracione constituimus & confirmamus.

**D** Preterea concedimus & Imperiali auctoritate decernimus, ut supradicti Monasterii Fratres liberam facultatem habeant a quolibet adipiscendi possessiones & recuperandi, videlicet si possessiones quoquo modo sibi pertinentes ab aliquo vel ab aliquibus injuste detinentur, & tertio a Fratribus aut ab aliis ex nomine epe dicti Monasterii, vel etiam uno peremptorio edicto a nostro Judice, vel Auctoribus illius, quod petitur, fuerit commonitus, si justitiam facere noluerit, liceat Fratribus ejusdem Monasterii Imperiali Privilegio munitis, cum omni justitia, & sine

**E**  
nulla

Nulla lege contradicente, ipsas ingredi possessiones. Insuper indulgemus, & Imperiali edicto statuimus, ut nulla prescriptio, nisi centum annorum eis opponatur, & ut prescriptione quadraginta annorum se ab omnibus tucantur. Ad hoc decernimus, & Imperiali lege intractabiliter sancimus, ut nulli Clerici vel Monachi, nulli Laici Monasterii Sancte Marie in Pomposia, neque cuiuscumque sue obedientie, per se vel per suos Advocatos de cetero in quacumque controversia iurjurandum compellantur aliqua ratione subire, sed nostra Imperiali lege ab omni iuramento omnes immunes existant. Sed ipsum Monasterium cum suis obedientiis ab omni iniestatione seu molestia immune existens, nec Civitati nec alicui Potestati, collectam, fodrum, albergariam persolvat, sive ad muniendam Civitatem, seu ad Castrum edificandum, sed nec pro adventu Imperiali vel Regali, vel etiam alicujus Principis, nulla denique gravamina alicujus occasionis obtemptu sentiat. Nec in tota Insula Pomposiana sine voluntate & jussu ac licentia Abbatis ejusdem supradicti Pomposiani Monasterii persona aliqua capiatur, nec res alicujus violenter auferantur, prout circumdatur a Fluminibus Pado scilicet & Gauri & Mari; nec non in ipsorum litoribus & ripis, nec infra mare ad unum milliarem, nec infra totam Massam, que vocatur Lacus Sanctus. Preterea amore ejusdem intemerate Genitricis Dei Virginis beatissime Marie, per Imperialem auctoritatem atque Regalem dignitatem, constituimus & ordinamus, atque irrefragabiliter firmiterque precipimus, ut numquam locus ipse aut res ad ipsum pertinentes alicujus submittantur personae, nisi Regiae vel Imperiali ditioni, nullusque mortalium preter Imperialis potestatis cultum in prefato Monasterio Pomposiano, aut in Curti-

bus, Castellis suis, in Plebibus aut Cellis, seu Villis, vel omnibus rebus mobilibus & immobilibus ipsi pertinentibus, nemo in servis domini, aut in famulis utriusque sexus, sive etiam in liberis super terram ejusdem Monasterii residentibus, aliquam ordinationem aut jurisdictionem vel potestatem tenere, aut conversationem Monachorum impedire, seu molestiam inferre praesumat, vel in aliquibus locis ipsius districtum habere seu placitum tenere, aut rem Monasterii invadere, vel quovis modo alienare, aut fodrum vel paratas, seu aliquas publicas functiones exigere aut requirere audeat. Ipsius quoque proprietatem Monasterii, totam Insulam Pomposianam, in qua manet prefatum Monasterium, & totam Massam, que vocatur Lacus Sanctus, & totam Curtem Husalati, tam a potestate Archiepiscopi Ravennatum, quam omnium mortalium, preter Regie sublimitatis irrevocabiliter subtrahimus, & liberam esse cenemus, Regali tantummodo vel Imperiali submissum ditioni vel defensionem. Liceat igitur Johanni Abbati prefato Monasterio Pomposiano, ejusque successoribus prefatam Abbatiam regulariter regentibus, ipsum Monasterium cum omnibus sibi pertinentibus rebus, quo legitimo modo voluerint tractare, omnium personarum contradictione remota, & nullius magne, modice vel minime persone contradictionem timere, & nullius persone parve vel magne, nisi nostre de placito respondentes, & ab omni angaria sive fodro tam nostro quamque Missorum nostrorum, seu omnium secularium potestatum cum suis omnibus remoti. Hec autem omnia sepe dicta Monasterii Pomposiani cum suis obedientiis & Fratribus ibidem Deo & beate Marie pro tempore servientibus, omni contradictione procul remota, vobis perficere eternaliter statuimus, Imperiali

periali auctoritate jubemus, & sub pena ducentarum Librarum auri purissimi prohibemus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicescomes, Capitaneus, Vavassor, Consul, Rector, sed nec aliqua Civitas aut Potestas, nullaque Regni nostri magna seu parva perona de his omnibus aliquid intringere vel diminuire presumat. Et si aliquis, quod absit, aliter presumpserit Imperiali banno subiaceat, & ducentas libras auri purissimi componat, medietatem Camere nostre, & alteram partem sepe dicto Monasterio Pomposiano. Quod ut ratum & inconculsum omni tempore in posterum permaneat, presentem paginam Sigilli nostri impressione communimus.

In Summario MSto Privilegiorum Pomposiani Monasterii duo ejusdem Friderici I. diversa Diplomata commemorantur, ambo data Venetiis Anno MCLXXVII. In altero, ut ibi legitur, exstat Bulla aureo Sigillo pendenti munita. Ab altero pependisse olim creditur Sigillum plumbeum. Vide infra Dissertat. LXX. de Cleri Immunit. ubi ejusdem Friderici alterum Diploma producam. Verum quum

A hinc inde hostes Pomposianis Monachis imminerent, eorumque jura invaderent, satius tandem iis visum est, subdere Ferrariensi Populo, ejusque Principibus Insulam suam, eo denique successu, ut nunc uni Ferrariae illa regio subsit, & illuc etiam translati sint Monachi, nunc Monasterium Sancti Benedicti incolentes; spiritualis autem jurisdictio inter Praepositos Pomposianos (quorum electio jure patronatus ad Serenissimos Duces Mutinae spectat) & Episcopum Comaclensem adhuc sit controversa. Cenetensis quoque Episcopus olim in omnes fere terras ac homines suae Dioecesis temporalem auctoritatem exercebat. Conspicati Tarvisini finitimi opportunum tempus, nervos omnes intenderunt, quo opulentam hanc praedam ad se pertraherent. Itaque armorum terrore, caedibus ac rapinis Cenetensem agrum adorti, tandem Matthaicum Episcopum Anno MCXC. ad concordiam adegere; cujus exemplum Archivo Estensi ego acceptum refero; mihi verò referent, quicumque legere amabunt.

B

C

D

Concordia Matthaei Episcopi Cenetensis cum Communi Tarvisii,  
per quam ille Tarvisinorum jurisdictioni Terras Episcopatus  
sui subjici patitur Anno 1190.

IN Christi nomine. Anno Domini MCXC. Indictione VIII. die Lune VIII. intrante Julio: presentia Widonis de Ainordo, Florii, Johannis Boni Divitis, Johannis Bonitorarii, Montemarii, Maynenti, Uberti, Magistri Johannis, Fulconis Judicum, Bonepartis, Capituli Lupi, Comitio Rambaldi, Bartholomei de Furlana, Aberani, Gomberti, Constantini de Herirobutto, Gerardini Novelli, Philippo de Girardo,

E Odorici de Nordiglo, Aliati de Varda, Lazerini de Sizone, Tonfi de Porta, Leonardi Capitalis, Jacobini de Turco, & aliorum. Dominus Mattheus Cenetensis Episcopus sustinebit & subportabit, ut Commune Tarvisii exerceat super omnes Terras sui Episcopatus, & Terras Canonice, & habitatores sui Episcopatus, & habitatores Canonice a montibus infra, & Liguencia infra, talem jurisdictionem & potestatem in

inte-

integrum, qualem Commune Tarvisii habet in propriis, & Terris Coneclani; & idem juris teneatur & ejusdem summae de justitia faciendi in supradictis Terris coram dicto Episcopo, quod teneatur de Terris Coneclani, excepto hoc quod spiritualis per omnia Episcopi, & spirituales persone Canonorum Cenetenſium non teneantur facere aliquam collectam, seu dadeam, seu & expeditionem vel publicum Communi Tarvisii. Ad hec memoratus Dominus Episcopus in plena Concione propria manu juravit, se omnia supradicta toto tempore vite sue observaturum in integrum, & neque per se, neque per aliquam submissam personam sub aliqua occasione contraventurum. Et si aliquis contra hoc statim venire vellet, & Commune Tarvisii impedire, juravit boni fidei obstaturum. *Vi e versa Dominus E.... Tarvisii Potestas pro se & Communi Tarvisii in plena Concione juravit, regere & custodire homines Episcopatus, Terras Episcopatus, & homines & terras Canonice, sicuti jurat homines Tarvisii regere, & continetur in quaternione Communis Tarvisii, & specialiter manutenere Episcopum Cenetenſem, & omnes suos in sua justitia, nec contra*

**A** hec venire. Et quod ista sacramenta fient ab omnibus Consulibus & Potestatibus post eum venientibus; & jurabunt omnes Consules & Potestates, qui post eam pro tempore venient. Et faciet hoc ponere in quaternione Communis Tarvisii.

Actum Tarvisii in Curia Majori in plena Concione.

**B** Ego Litaldinus sacri Imperii Notarius interjui & scripsi.

**C** Supra vidimus, adductos fuisse & ipsos Cenetenſes Anno MCXCIX. ad accipiendam Cittadinantiam Tarvisinae Urbis, multaque onera subeunda. Quam tamen aut impotentius se Tarvisini in novum Populum gererent, aut pacta religioſe nequaquam fervarent, aut etiam quod Episcopus quae invitus fecerat, exinde improbaret: inter istum ac Tarvisinos gravis discordiae semina pulularunt, atque iterum bello decertatum est. Resistere non valens Episcopus, Anno MCCIII. nova concordia inita, finem tot turbis imposuit. Ejus autem exemplum ex eodem Archivo Estensi petiitum, omnibus spectandum heic exhibeo.

Concordia altera inita inter Matthaeum Cenetenſem Episcopum,  
& Commune Tarvisii super jurisdictione Tarvisinorum  
in Terras Episcopatus Cenetenſis, Anno 1203.

**A** Nno Domini MCCIII. Indictione VI. die Sabbati XIII. intrante Decembri. Haec est postea inter Dominum Matthaeum Cenetenſem Episcopum ex una parte, & ex altera Dominum Nicolaum de Foro, Tarvisii Potestatem nomine Communis Tarvisii, ita videlicet quod Dominus Matthaeus Cenetenſis Episcopus subportabit & sustinebit, & non deſendet, quod Commune

**E** Tarvisii exerceat talem jurisdictionem super Terras Episcopatus Cenetenſis & Comitatus, & eorum districtus, qualem exercet super Terras Episcopatus Tarvisii & Comitatus & eorum districtus, salvo omni Comitatu ipsi Episcopo, & salva jurisdictione, quam habebat tempore sui recessus & discordiae inter ipsum & Commune Tarvisii, & salvo eo quod Commune Tarvisii possit exercere

cere talem jurisdictionem super Terras A  
Episcopatus Cenetensis & Comitatus,  
qualem dictum supra. Hoc excepto,  
quod omnes habitatores de uno districtu  
habeant potestatem & possint deponere  
querimoniam coram Potestate vel Con-  
sulis, qui pro tempore fuerint in regi-  
mine Civitatis Tarvisi, de qualibet  
re & summa. Et quod aperiet Castra  
& Terras sui Episcopatus Communi B  
Tarvisi per pacem & werram, &  
quacumque hora vel Communi Tarvisi,  
vel alii personae, quae Communi plu-  
cuerit, bona fide & sine fraude. Et  
salvabit Commune Tarvisi in rebus &  
personis per totum suum Districtum Et  
faciet finem & pacem ac remissionem  
Domino Nicolao Tarvisino Potestati pro  
Communi Tarvisi, & toti suae parti  
recipienti, de omnibus injuriis, ma-  
lificiis, & dampnis datis per homines  
Tarvisi & suae partis nomine Commu-  
nis, ipsi Episcopo vel hominibus sui  
Districtus. Et si aliqua querimonia fa-  
cta fuerit de ipso Episcopo & suis co-  
ram Potestate vel Consulis Tarvisi,  
qui pro tempore fuerint in regimine  
Civitatis Tarvisi, quod facient ratio-  
nem sub eis, secundum quod Episcopus  
Tarvisinus & Cenetensis faciunt. Et hoc  
totum fecit idem Episcopus verbo &  
consensu Domini Ugerii, Domini Ripol-  
di, Milidioni Cenetensium suorum, &  
ipsis praesentibus. Quae omnia praedi-  
cta attendere & observare, ut superius  
dictum est, & nulla occasione contrave-  
nire idem Dominus Episcopus Matthaeus  
suo sacramento firmavit, & propria ma-  
nu juravit. Et vice versa Dominus  
Nicolaus Tarvisi Potestas pro Commu-  
ni Tarvisi promisit & juravit atten-  
dere & observare ipsi Episcopo secun-  
dum quod continetur in postea facta in-  
ter ipsum Episcopum & Commune Tar-  
visi sub Potestria D. E..... ut in  
ipsum postea continetur, & ut dictum est  
Tem. X.

supra. Et quod promittet exercere Co-  
mitatum suum & jurisdictionem secun-  
dum quod pro tempore discordiae inter  
ipsum & Commune Tarvisi exercebat,  
salvo eo quod est detractum, & quod  
dictum est supra in postea, quam Com-  
muni Tarvisi idem Episcopus debet  
servare. Et quod non contradicet nec  
prohibebit ipsum Episcopum exercere  
spiritualia & omnia alia, quae ad spi-  
ritualia pertinent & expectant. Et  
quod restituet ipsum in omni possessione  
vel quasi, in qua erat tempore recessio-  
nis a suo Episcopatu propter discor-  
diam inter ipsum & Commune Tarvi-  
si, quae constabat tunc possidere; & si  
aliqua dubitatio de ipsa possessione vel  
quasi, emergerit, tunc possessio illa re-  
maneat apud ipsum possidentem, donec  
dictus Episcopus probaverit se possedisse  
pro dicto tempore recessiois, salvo jure  
pignoris vel domini vel quasi. Et fe-  
cit finem & pacem ac remissionem &c.

Actum Tarvisi in Ecclesia Majori  
praesentia Domini Ambrosii Tarvisini  
Episcopi, Domini Almengerii Decani,  
Presbyteri Martini, Presbyteri Euvici,  
Domini E..... de Romano, Comitis  
Rambaldi, Comitis Anedisi, & Fra-  
tris Wecellona de Camino, Biaquini  
fratrum, Johannis Bonopartis, O. de  
Nordiglo, Florii, Johannis Boni Divi-  
tis, Dapoldi, Fulconis Judicum, Mi-  
chaëlis Mansfredini, Petri Decladella,  
Almerici, Wilielmi, Leonardi, & alio-  
rum.

Ego Turcus Domini Friderici Impe-  
ratoris Notarius interfui, & jussu di-  
cti Episcopi scripsi.

Procedente tamen tempore quum  
nullus esset bellorum modus, quod  
reliquum ditionis erat, ereptum fuit  
Episcopo Cenetensi. Ita nihil reve-  
rentiae ferreis illis Saeculis habeba-  
tur sacris personis & locis: sed qui-  
sque,

sq̄ue, utcumque poterat, ex eorum spoliis ditescerebat. Fuerunt sane tunc nonnulli ex Ecclesiae Proceribus, qui non secus ac Laici militarem animum induentes, dubiam subire bellorum aleam, & inducere in proelium cohortes minime sibi religioni duxerunt. Si laevam fortunam experti in praedam victoris ivere, ereptasque ditiones non amplius recuperarunt: nil profectò mirandum. Quod tamen non ita dictum velim, quasi victoribus licuerit quae in jure Ecclesiarum erant, sibi tribuere ac perpetuo retinere. Nam vel secundum Leges Imperii, uti supra innuebam, ubi Episcopus vel Abbas feudum ab Imperatore seu Rege datum habens, ob rebellionem aliave crimina deliquerit, ei quidem dum vivit, beneficium adjudicatur; *post mortem vero ejus ad successorem ejus revertitur feudum*, uti habetur Lib. II. Feudor. Tit. 40 l. haec sunt capitula. Idque non immerito, quia ut scribit Otto Frisingensis Libro II. Cap. 12. de gest. Friderici I. *Ecclesiarum feuda non personis, sed Ecclesiis perpetualiter a Principibus tradita sunt*. Verùm plerique e sacris Praefulibus, quamquam a bello abstinentes atque abhorrentes, neque justam ullam irae

A causam finitimis Urbibus, aliisque potentibus viris praebentes, suarum nihilominus ditionum jacturam sunt passi. Ea nimirum tempora currebant, quibus humana ambitio & cupiditas plus virium in cordibus mortalium habuere, quàm Religio & pius divinae justitiae metus; & tunc certe turbidi hujusmodi affectus ultra modum publicam societatem turbarunt, sed maxime omnium Ecclesiarum patrimonia sus deque vertebant. Quantum a bello ac turbis abessent sacri Virginum religiosarum coetus, nemo non intelligit. Olim & illis fuere Castella, Arces, & Oppida ex piorum hominum, aut Regum & Augustorum dono: sed ne sic quidem illae communem calamitatem evasere. Lectorem non pigeat accipere, quibus olim Castellis imperarent insignia duo Ticinensium Sanctimonialium Collegia. Asceterium Senatoris antiquissimum, quia Anno DCCXV. Liutprando regnante conditum, adhuc ibi splendide floret, & nobiles virgines Ordini Benedictino addictas alit. Earum Abbatissae Sinelindae Privilegium hoc impertitus est Fridericus I. Augustus, cujus exemplum mihi Ticini olim agenti suppeditatum est.

Fridericus I. Imperator Monasterio Monialium Ticinensium;  
quod appellatur Senatoris, omnia privilegia & jura  
illius confirmat, Anno 1161.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Federicus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si religiosis petitionibus facilem praebuerimus assensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum, & si locis divinis cultibus mancipatis aliquod ex nostrae liberalitatis munificentia

E praesidium vel beneficium impendimus & ad Imperii nostri dignitatem, & ad utriusque vitae felicitatem nobis profuturum non ambigimus. Quapropter omnium Christi fidelium tam futurorum quam praesentium solertis industria noverit, qualiter Monasterium, quod dicitur Senatoris, infra Ticinensem Ur-

brem constructum & in honore beatæ A  
 Dei Genitricis semperque Virginis Ma-  
 riae Deo dicatum, ob remedium animae  
 nostrae, & interuentu venerabilis Ab-  
 batissae Sinelindae, nec non sedulae per-  
 sonae Wolranci Marchalchi nostri, no-  
 strae libertatis, & donuo, sicuti semper  
 Regalis fuit, restituimus, & more an-  
 tecessorum nostrorum Regum & Impera-  
 torum eidem almae Congregationi con-  
 firmationis & tuitionis praeceptum fieri  
 iussimus, eo videlicet tenore & ordine,  
 ut Sinelinda Abbatisa, ceteraque, quas  
 Deus ibi ordinaverit, cum omni sua  
 Congregatione integram teneat Abba-  
 tiam cum omnibus suis adjacentiis &  
 pertinentiis suis in'ra Regnum Itali-  
 cum, cum omnibus mobilibus & immo-  
 bilibus rebus, quae dici vel nominari  
 possint, liberis & servis utriusque se-  
 xus, aldionibus & aldiabus ejusdem  
 Senatoris Coenobii terram habitantibus;  
 ut nulla magna parvaque persona nostri  
 Regni eosdem homines liberos & servos  
 legem facere aut distingere pro aliquo  
 minus facto compellat, nisi Advocatus,  
 cui ipsa Abbatisa injunxerit officium,  
 ipse auctoritate ex nostro praecepto ha-  
 beat potestatem, omnem rationem homi-  
 num saepe dicto Coenobio subditorum  
 definiendi, sicut ante nostram prae-  
 sentiam, aut nostri Comitum Palatii, vel  
 nostri Missi, Castellis, Capellis, & Cas-  
 sis, tam infra Civitates quam extra,  
 ubique locorum possitis. In primis Eccle-  
 sias & casas & hortos infra Ticinon-  
 sem Civitatem & de foris; reliquas E  
 quoque res jure pertinentes infra Re-  
 gnum nostrum adjacentes, videlicet Cur-  
 tem, quae vocatur Porlicia cum Alpe  
 in Camusia, & cum omni reliqua inte-  
 gritate sua, cum picaria & portu:  
 Curtem etiam Res, quae est supra La-  
 cum Cumanum cum omni sua in e ita-  
 te: Curtem Mandina, cum omni ut in-  
 tegritate seu obsequio, quod unquam ad

partem publicam facere consuevit, vel  
 ibi facere visa est: Curtem Ranaversa  
 cum Castro, quod dicitur Ruptaripa,  
 cum omni sua pertinentia: Curtem Su-  
 lario cum Capella Sancti Johannis sita  
 in Monteferrato cum omni sua pertinencia:  
 Curtem Castellae cum Castro & cum  
 omni sua pertinentia, ita ut de ipso  
 Castro teloneum nullus exigat, nec dis-  
 trictum aliqua publica potestas ibi fa-  
 ciat, sed tantum Ministerialis vel Missi  
 ipsius Abbatisae, quae modo est, vel  
 futura est: Curtem etiam Casale cum  
 Sala, & Sancto Hilario, & Castro,  
 quod dicitur Viqueria, cum omnibus il-  
 larum pertinentiis, teloneis vel distri-  
 ctis: Curtem Sarmadas cum Semeniam,  
 & Puteoalso, cum omnibus earum inte-  
 gritatibus: Curtem Rivonigro, quod di-  
 citur Massa Damiani cum omni sua  
 pertinentia: Partem etiam quartam Cas-  
 telli de Monte Dondono cum omni per-  
 tinentia, & cum iis, quae in futuro  
 legitime acquireret; adeo ut supradictas  
 res cum omnibus earum integritatibus  
 & pertinentiis praesata Abbatisa, suc-  
 cessore,que ejus, quae pro tempore fue-  
 rint, & secundum loci utilitatem, te-  
 neant; & specialiter naves & portus,  
 & quae necessaria sunt, per Lacum  
 Luena cum potestarie & absque ulli in-  
 quietudine vel detentione, vel ulla alia  
 exactione publica deervire, vel.... li-  
 ceat, ubicumque utilitatis deveniant;  
 in quas nullus praesumat nostri Regni  
 incola ingredi ad hospitandum, paratas  
 seu parafredas sive fidejussores tollendas,  
 aut ullum teloneum exigendum.

Nec Papiensis Episcopus praesens;  
 aut qui successor ejus fuerit, praelibatae  
 Sinelindae Abbatisae, aut suis suc-  
 cessoribus aliquam molestiam inerat,  
 nec causam celebrandi aliqua Officia in-  
 tra teneatur Monasterium, seu sacratio-  
 nem ejus, verum etiam aliquam subie-  
 ctionem exquirere, nisi supradictae Ab-

batissae aut successorum ejus petitione, aliquo modo praesumat, sed sicut in testamento Senatoris definitum est, inconcussum permaneat. Volumus & jubemus firmiter, Casis, Curtis, hortis, vineis, pascuis, pratis, cultis & incultis, silvis propriis, & a nostris Antecessoribus concessis, ut in Carbonaria, & in Gajo, secundum Abbatissae libitum, cadere ligna libeat, omnium hominum remota contradictione, buscalibus, stallaricis, viis publicis, venationibus, piscationibus fluviorum & lacuum, praesertim in Pado, & in Ticino, & in Lacu Luanasco, seu in Cumano, tam in Portu Cutio, quam in Portibus antedictorum Fluviorum aut Lacuum in cujusvis ripis, aut ubicumque necesse fuerit figere naves aut consistere abque redditu & tolonatico omni tempore liceat. Confirmamus etiam eidem Coenobio duo Vada ad piscandum in Flumine Padi, unum quod nominatur a Cerro de sine Caput Lactis usque in Flumine Corionae simul cum ripariis, alterum verò in Kallendasco de sine Caput Liardi usque in sinem Caput Hominis desuper, una cum ripariis & molendinis, aquis, aquarum ductibus, fontaneis, amputatis omnium hominum fatigationibus. Confirmamus Curtem in Sala, unde jam multae altercationes contra partem hujus Coenobii non naturali lege exortae fuerunt, sed legaliter pars hujus Coenobii videlicet extitit, ac ita fruatur & potiatur, nostra Regalis dignitas adstipulatur, absque inquietudine alicujus hominis aut Episcopi Dertonensis, aut in circum locis positus, videlicet tam infra Castrum Vigueriae, quam extra in mansionibus aut aquarum ductibus, seu viis publicis. Praeterea corroboramus tria Massaria a bonae memoriae Majoris Ottonis dono, & Adelegide Imperatrice huic Monasterio concessa, sita in loco, qui Roncalia dicitur, integre cum omnibus pertinentiis,

A & ad se prospicientibus, ut securiter teneat omnium hominum sublata contradictione; eà gratià, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, aut alicujus Reipublicae exactor, parvaque, magnaue nostri Regni persona inquietare, discespire praesumat de supradictis rebus illius Senatoris Coenobii praenominatam Abbatissam sive successores ejus, aut sibi subditos, liberos aut servos utriusque ordinis, salta per omnia Imperiali justitià nostrà. Et si inventus fuerit, qui contra hoc praecceptum hujus confirmationis facere se offenderit, sciat se compositurum centum libras auri optimi, medietate n Camerae nostrae, & medietate n praedictae Abbatissae & successoribus ejus. Et ut verius creditur, diligentiu que ab omnibus observetur, praesentem paginam sigilli nostri impressione muniri jussimus.

Signum Domni Federici Romanorum Imperatoris incisi simi.

Ego Ulricus Cancellarius vice Rainaldi Coloniensis Archiepiscopi recognovi.

Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXI. Indictione IX. Regnante Domino Federico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni ejus . . . . . Imperii verò VII.

Datum Papiæ, XIII. Kalendas Maji, feliciter. Amen.

E Alterum sacrarum Virginum Coenobium, insigne & ipsum, sub regula Sancti Benedicti nostris quoque temporibus Ticini visitur, quod olim Monasterium Reginae, & Sancti Salvatoris, nunc Sancti Felicis appellatur. Plura illi collata fuere ab Ottone II. Augusto; sed quoniam sub oculis habui Diploma autographum, illustribus iis Sanctimonialibus ab Ottone III. concessum, atq e in earum Tabulario, ut par est, solcite adservatum, eidem in praesenti Dissertatione sit locus.



Donatio seu confirmatio multorum Castrorum ac Villarum facta ab  
Ottone III. Imperatore Monasterio Monialium Ticinensium  
Salvatoris, sive Reginae, Anno 1001.

**I**N nomine sancte & individue Tri-  
nitatis. Otto Tertius servus Apo-  
stolorum. Omnium fidelium nostrorum  
tam presentium & futurorum uocerit  
universitas, quod nos ob Dei omni-  
potentis amorem, & anime nostre reme-  
dium, atque ut a peccatorum nexibus  
absoluti veniam mereamur eternam,  
Monasterio Domini & Sancti Salvato-  
ris, quod dicitur Regine, in quo ha-  
betur preciosum Lignum sancte Crucis,  
quod temporibus gloriosi atque victoriosi  
Imperatoris II. Ottonis a bone memo-  
rie Benedicto Episcopo eterne Urbis Hie-  
rosolymis inventum est, dedimus, & con-  
firmamus medietatem de duabus parti-  
bus ex Castellis vel Curtis seu Villis,  
cum aliis utriusque sexus, atque cum  
emibus pertinentiis, nomina quorum  
vel quarum hec sunt; Quoronate, Ca-  
stronovo, Rocca; item Coronatem, &  
Castro Insula, que nominatur Majore  
infra Lacum Majorem, Lexa, Valle  
Summoico, Mezanuga, Villa Bulgari,  
Colonaco, Sebiate, Passeriano, Verde-  
rio, Veduseto, Salimputeo, Tricio, Con-  
eisa, Ambreciaco, Ambeciaco, Bugena-  
co, Bo'onaco, Curunasto, Terrentissi,  
Vigueria, Pinioli, Morenise, & Fagi-  
nasce, Bibliano, Sparoaria, Strisxia,  
Bavena, Cariciano, Leocarni, Yerce-  
jam de duabus portione medietate, sci-  
licet de casis & tribus Capellis, que  
sunt consecrate una in honore Dei &  
Domini Salvatoris, alia in honore san-

**A**cte Dei Genitricis Marie, tertia in  
honore Sancti Romani, cum curtibus vel  
ortibus seu pudteis ibi habentibus, que  
videntur esse in Civitate Pavia tam  
ad locum ubi dicitur Monasterio Ber-  
nardi, quamque in reliquis locis infra  
predictam Civitatem. Item alia Curte  
que dicitur Stazona, seu Castelli, &  
Paniano, cum servis & aliis utriu-  
sque sexus. **B** Quo omnia dedit & con-  
cessit nobis Liutefredus Tertonenis E-  
piscopus ob hoc, quod omnipotens Deus  
sibi concessit victoriam, nec non propter  
rectum iudicium, quod fecimus inter  
eum & Richardum atque Waldradam  
ex iam pronomiatis rebus. Unde hec  
omnia in omnibus ad utilitatem dona-  
mus, ad usum scilicet & usum Mo-  
nacharum Deo militantium in loco, ubi  
ipsius Crucis Domini patrocinia habere  
videntur, in quo Abbatissa Donna Gep-  
pa, vel sibi successere, preesse dinoscun-  
tur. **C** Si quis igitur hoc preceptum vio-  
lare aut corrumpere sine legali iudicio  
temptaverit, componat centum libras  
auri cocti, medietatem Camere nostre  
& medietatem predictae Abbatisse Dom-  
ne Geppe, suisque successoris; ipseque  
**D** violator & huius precepti contemptor  
anathemate perevni sit constrictus, vel  
cum omni maledictione, que in Novo aut  
in Veteri Testamento habetur, perben-  
niter interemptus. Et ut traditio fir-  
ma permaneat, hanc paginam manu pro-  
pria roborantes insigniri precepimus.

Signum Domini Ottonis




Cesaris Invicti.

*Heribertus Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognovi.*

*Data XI. Kalendas Decembris, Anno Dominice Incarnacionis Millesimo Primo, Indivisione XV. Anno Tercii Ottonis, Regni XVII. Imperii VI. feliciter.*

*Actum Ravennae.*

Pendet Bulla plumbea



Egregium appellare mihi liceat hujusmodi Diploma, quum adhuc ibi cernatur Bulla plumbea, in cujus antica parte occurrit effigies juvenis Imperatoris cum literis AVREA ROMA. In postica verò parte legitur ODDO IMPERATOR ROMANOR. Pendet ipsa Bulla ab extremo pergameneae per vittam oblongam, sive fasciolam membranaceam, quae per medium plumbum transiens, illud connexum Diplomati retinet. Id quidem rarum mihi visum est. Clarissimus Fontaninus in Libro, cui titulus *Diseña Seconda del Dominio temporale della Sede Apostolica sopra la Città di Comacchio*, alterum Diploma Ottonis III. Augusti, jam evulgatum ab Ughellio, Margarino, & aliis, in quo habetur *concanbium* Monasterii Pomposiani, quantis potuit viribus exagitavit, & confictum prorsus esse contendit: cuius tamen vindicias dedi ego Cap. XVI *Plenioris Expositionis Jur. Imperial. & Epiac. in Comac.* easque confirmare in praesentia non inutile fuerit. Insolens omnino Censori videbatur Inscriptio Pomposiani Diplomatis, nempe *Otto Tertius Servus Apostolorum*. Antea ego alia exempla ejusmodi depromsi; sed omnium vice erit Diploma nunc mihi editum, in quo totidem literis

A idem titulus occurrit. Risum quoque Censori movebat illud *Actum Ravennae, X. Kal. Decembris Anno MI.* quod in Pomposiano Diplomate legitur; non enim veri videbatur simile, Ottonem III. Ravennae fuisse die 22. Novembris Anno MI. quum Januario mense sublequentis Anni MII. Romae versatus fuerit, & die 23. ejusdem mensis Paterni e vita excefferit. Atqui jam Lector videt, istud quoque Diploma datum fuisse ab Ottone III. *Ravennae XI. Kalendas Decembris, Anno MI.* ideoque evanescere umbras ab exorbitanti censurae studio excitatas. Illud solum praeterire nolim, Pomposiano Diplomati subscripsisse *Heribertum vice Petri Episcopi Archicancellarii Italiae*: quod aliis permultis exemplis factum ostendi; at heic eundem quidem Heribertum subscribere, sed *vice Willigisi Episcopi*. Temere nos plane agamus, si veterum quorundam rituum atque actorum male conscii, ideo falsi crimen Chartis inscribimus, quod in iis exolicare obscura quaeque nescimus. Vide alterum simile Diploma, quod infra dabo in *Dissertatione LXVI. de Monast. Monial. Tertium addo, quod autographum in Erensi Archivo adservatur.*


Dona-

Donatio duorum Monasteriorum in Urbe Polensî positorum, facta  
Friderico Archiepiscopo Ravennati ab Ottone II. Augusto,  
Anno Ch. 1001.

**I**N nomine Sanctæ & individuae Tri-  
nitatis. Otto Tertius, Servus A-  
postolorum, Imperator Augustus Roma-  
norum. Noverit omnium sanctæ Dei  
Ecclesiæ, nostrorumque fidelium univer-  
sitas, qualiter nos piæ petitioni dile-  
ctissimi nostri, scilicet Friderici Raven-  
natis Archiepiscopi, assensum præben-  
tes, quoddam Monasterium intus Civi-  
tatem Pola, in honore Sanctæ Mariæ  
semper Virginis constructum, simul cum  
Monasterio & Abbatia Sancti Andreae  
Apostoli, foras eandem Civitatem in  
Insula maris sita, per nostram Imperia-  
lem munificentiam in regimen perpetuum  
Ravennatis Archiepiscopi, pro ut iuste  
& legaliter possumus, ad Altare Ec-  
clesiæ sanctæ Resurrectionis donavimus,  
atque per hanc nostri Præcepti auctori-  
tatem, cum omnibus præfatae Abba-  
tiæ & Monasteriorum legalibus perti-  
nentiis in integrum confirmamus: ut  
illam potestatem præfatus Fridericus Ar-  
chiepiscopus, &ique Successores in per-  
petuum habeant in jam prædictis Mona-  
steriis, quam habent in Monasteriis San-  
ctorum Apollinaris, Vitalis, & in aliis  
Monasteriis. Confirmamus videlicet cum

**A** cultis, silvis, venationibus, pratis, pa-  
scuis atque compascuis, aquis, aquarum-  
que decursibus, paludibus, piscationibus,  
Cellis, Capellis, colonis, mansis, atque  
massariis, & cum omnibus rebus mo-  
bilibus & immobilibus, quæstis & in-  
quirendis, sive aliis, quæ iuste dici  
possunt appendiciis. Precipientes igitur  
precipimus, ut nullus Dux, Marchio,  
**B** Comes, Archiepiscopus, Episcopus, Ab-  
bas, Prepositus, Castellio, Sculdafus,  
sive Villicus, seu aliqua Imperii nostri  
magna parvaque persona, præscriptum  
Archiepiscopum Fridericum, suoque Suc-  
cessores, vel eorum Ministeriales, de  
rebus prædictæ Abbatiae, & Monaste-  
riorum pertinentiis, in nullo inquietare,  
nec sine legali iudicio audeat mole-  
stare. **C** Quod si quis violare & hanc no-  
stri Præcepti auctoritatem temerare præ-  
sumpserit, sciat se compositurum auri  
colli Libras centum, dimidium Came-  
ræ nostræ, dimidium supra memorato  
Archiepiscopo, suisque Successoribus. Quod  
ut melius credatur, ac diligentius ob-  
servetur, hanc cartam nostræ traditio-  
nis propria manu scriptione roboratam  
**D** nostra bulla subter iussimus insigniri.

Signum Domni Ottoris



invictissimi Imperatoris Augusti.

Heri-

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi recognovi.

Data II. Idus Decembris, Anno Incarnationis Domini MI. Anno Domni Ottonis Tertii, Regni XVII. Imperii VI. Indictione XV.

Actum Ravenne.

Foramen chordulae, cui appensa erat Bulla Imperialis deperdita.

Interim ex geminis Diplomatis, nunc a me juris publici factis, intelligere licet, ad jus Sanctimonialium Ticinensium pertinuisse plura Castella & Vicos, quorum nonnulla nostris quoque temporibus vigent, immo & a multis celebrantur ob eorum splendorem. Verum Novocomenses, in quorum finibus ea sita fuerunt, suae cupiditati temperare non potuerunt, quominus haec etiam mansuetissimis Virginum coetibus erepta, suae tandem potestati adjungerent. Ita Civitatum Liberarum Populi in Italia, quacumque occasione oblata, sive iusta sive iniusta, dum vires suppeterent, in vicinos, suosque etiam fratres, debacchati sunt; & ex eorum spoliis publica res crevit; donec & ipsi intestinis bellis attriti aut sponte adscivere, aut coacti acceperunt novos Dominos: qua de re infra in peculiari Dissertatione erit mihi sermo. Nuper verò monui, indicatos a me fuisse in Dissertat. XXI. de Statu Ital. Comitatus aliquot, inter nobiles Urbes antiquissimis etiam temporibus constitutos. Nunc addendum est, eos post Annum Christi Milleimum aut in unius Familiae illustri dominatione constituisse, aut in plures Toparchias divisos, cessisse in ditionem Capitaneorum (quos *Cattaneos*, aut *Cattaneos* etiam appella-

A runt) *Vavassorum*, *Castellanorum*, aliorumque hujusmodi nobilium virorum illius aevi; denique verò singulos hosce minores Comites ac Regulos, aut vi aut sponte, colla sensim submisisse Civitatum liberarum majori potentiae. In ea Dissertatione prae ceteris commemoratus est mihi comitatus *Feroniani* in montibus, nunc *il Frignano*, sive *il Fregnano*, ad meridiem Mutinensis agri situs, & conterminus Bononiensi, Pistoriensi, atque Lucensi. Jam Anno MCL. universa illa regio, Castellis fortissimis, Oppidis, Villis, ac Arcibus abundans, varios dominos acceperat, sive ii Populorum deditione voluntaria, sive armorum calore, sive Imperatorum munere atque Investitura locis illis dominarentur. Obortà verò inter eos Castellanos discordia Mutinensis Respublica, quae fortasse contendebat, non secus atque Episcopalis Dioecesis, Comitatum quoque Urbis olim illuc se protendisse, non segniter ad incendium accurrit, factionemque eorum praecipuam (*Corvulorum* nomen ii assumerant) adduxit, ut sese Cives Mutinae constituerent, ipsiusque Civitatis dominationi subderent. En Chartam ex antiquissimo Regesto MSto Communis Mutinae descriptam.

**Paſta, per quae complures Nobiles Capitanei Provinciae Friniani  
constituunt ſe Cives Mutinae, excipiendo contra omnes  
homines Guelphonem Ducem, Anno 1156.**

**I**N nomine Domini noſtri Jeſu Chri-  
ſti. Anno ejuſdem MCLV. duodeci-  
ma intrante Menſe Martii, Indictione  
IV. Breve recordationis, qualiter Ca-  
pitanei de Fregnano, videlicet omnes  
illi, qui appellantur **Corvuli**, jurant  
unusquisque pro ſe ſalvare & adjuvare  
homines Mutinae & eorum bona, ubi-  
cumque potuerint, ſine fraude. Et ju-  
rant omnes eſſe Cives Mutinae, & de-  
fendere Civitatem infra confines ab  
omni homine, exceptis tamen illis,  
qui juraverunt Fidelitatem **DUCI  
GUELFONI**, ſi venerit in Longo-  
bardiam, & habebit dominium Poſ-  
ſeſſionis Comitiffe Matildis, quo da-  
minio amiſſo, contra omnes homines.  
Poſtea & exceptis illis, qui ſunt Ci-  
ves Bononiae, qui non debent adjuvare Mu-  
tinenſes a Bononiensibus, ſi erunt extra  
predictos fines Mutinae. Que nomina  
ſunt Henricus, & Raſſacane, & Rai-  
naldinus; & Radaldus cum ſuis filiis.  
Omnes vero alii jurant ſalvis eorum  
Dominis, quos habent vel ſine fraude  
acquirere debent, & eorum Vaſſallis,  
quibus non debent facere guerram cum  
Mutina. Et ſi Mutinenſes ad eorum  
domos eos inquietaverint, non tenean-  
tur, quominus eis ſuſſragium parare  
non poſſint. Et jurant habitare Civi-  
tatem Mutinae abſque Uxoribus unum  
menſem in unoquoque anno tempore pa-  
cis, & duos in tempore belli, niſi ver-  
bo Reſtoris vel Reſtorum Mutinae re-  
manſerit. De guerra vero adjuvare ju-  
rant uſque ad finem ſine fraude. Et  
inſuper jurant jurare in unoquoque an-  
no omnes ſequi Reſtorem vel Reſtores  
Mutinae, ſi ab eis requiſitum fuerit.

Tom. X.

**A** Et jurant facere jurare omnes eorum  
homines ſine fraude ad voluntatem Re-  
ſtorum vel Reſtoris Mutinae, vel ad  
voluntatem certi nuncii predicti Reſto-  
ris vel predictorum Reſtorum in uno-  
quoque anno deinceps. Et jurant ſtra-  
dam Mutinenſibus per totam eorum ter-  
ram ſine fraude ad voluntatem Reſtoris  
vel Reſtorum Mutinae. Et jurant face-  
re dare boatiam denarios ſex Lucentis  
ex unoquoque pario boum omnibus eo-  
rum hominibus, exceptis illis Caſtella-  
nis, ſine fraude, qui ſemper cotidiano  
uſu habitant per Caſtella. & exceptis  
eorum ſervis & Gaſtaldionibus ſine frau-  
de, in unoquoque anno ſic debent dare  
boatiam, ut ſupra dictum eſt, omnes  
eorum homines. Et jurant facere car-  
tulam proprietatis de Caſtro Saxi Mar-  
cii & de Curte & de Caſtro Galliadi  
& Curte, Communo Mutinae, excepta  
parte Scaculini, & Falculini, quam ſi  
acquiſierint, ſimiliter dare debent per  
cartam Reſtori vel Reſtoribus Mutinae,  
qui pro Communo accipiant. Et ſi Com-  
munum Mutinae aliquod in predictis Cur-  
tis acquiſierit, eis in feudum dare de-  
bet omnibus. Predicta vero Caſtra de-  
bent dare Reſtori vel Reſtoribus Muti-  
nae ad offendendum omnibus eorum ini-  
micis contra omnes homines ad volunta-  
tem Reſtoris vel Reſtorum Mutinae, ad  
hoc, ut eorum culpa, Caſtra non amit-  
tant. Et jurant ſalvare & adjuvare  
perſonas & eorum bona omnibus homi-  
nibus Mutinae in predicta Caſtra contra  
omnes homines. Et ſi pro iſto negotio  
Mutinenſibus guerra in aliquo tempore  
apparuerit, Fregnanenſes jurant facere  
eam ſine fraude uſque ad finem.

F

Ju-

Jurant Mutinenses salvare & adjuvare personas & eorum bona Fregnanensibus, ubicumque potuerint, sine fraude, falsis eorum Dominis, quos habent, vel quos sine fraude acquirere debent, vel aquisituri erunt. Et si Fregnanenses fecerint querimoniam de Gomolensibus de Fendo, vel de proprietate, & ipsi facere noluerint justitiam, vel bonum usum, vel convenientiam partibus ambabus placitam coram Rectore vel Rectoribus Mutine: tunc Mutinenses debent facere guerram & adjuvare eos usque ad finem, donec predicti Fregnanenses erunt quieti de predicta querimonia sine fraude. Et Galladium & Curtem, & Sassum Marcium & Curtem dare debent eis in feudum, & adjuvare, defendere & retinere ab omni homine sine fraude. Et guerram Gualandorum debent facere & adjuvare eos usque ad finem. Et postquam quieti erunt de predicta guerra, si de predicta Castra aliam eis apparuerit guerram in aliquo tempore, usque ad finem similiter eos adjuvare debent sine fraude. Et denarii illi, quos Mutinenses habuerint de predicta Fregnanensium boacia usque ad annos sex debent dare in terram juxta Mutinam, & de eorum propriis nummis tot quot erunt illi de boacia, cum illis nummis de boacia in terram dare; & debent eos nummos deponere apud Abbatem Sancti Petri. Quam terram non debent vendere, nec pignori alicui dare sine voluntate Rectoris vel Rectorum Mutine. Et si Fregnanensibus pro isto negotio in aliquo

A tempore guerram apparuerit, Mutinenses jurant facere eam usque ad finem. Insuper etiam si Rector vel Rectores Mutine concordiam Rectorum Fregnanensium & Baësanorum aliquid addere vel minuire de Brevis illis voluerint, habeant licentiam sine fraude. Et in unoquoque anno debent jurare Rector vel Rectores Mutine, & hoc pactum Fregnanensibus firmare, donec de guerra quieti erunt, nisi pro eis steterit. Unde duo Brevis uno tenore conscripta sunt.

Ego Gandulfus Notarius Sacri Palatii scripsi.

C Iterum heic nobis occurrit Guelfo Dux, cui videlicet ob Castra aliquot ad hereditatem Comitissae Mathildis pertinentia Nobiles ii sacramentum fidelitatis praestiterant. Hoc ab aliis quoque eo tempore, & subsequendis annis factum, uti supra innui, & non paucis exemplis antea ostendi Par. I. Cap. XXX. Antiquitat Estensium. Novam nunc adtexo Chartam ex Archivo Estensi descriptam, in qua de ipso Guelfone Duce, ejusque filio altero Guelfone Duce agitur, qui duos ante annos in obsidione Romae finem vivendi fecerat. Atque heic noris, spectare ista ad hereditatem Comitissae Mathildis, quam non minus Romani Pontifices, quam Imperatores sibi tribuebant. Tunc autem in deterius iverant res Friderici I. Augusti, ita ut Lombardi, & qui cum eis foedere juncti erant, secundam fortunam suam uterentur.

Hildeprandi S. R. E. Cardinalis, & Apostolicae Sedis Legati Sententia super controversia Sortis de Fano, quam Guelfo filius Guelfonis Ducis Monasterio de Marola concesserat, cum examine testium, Anno 1169.

Notum sit presentibus & futuris, quoniam nos Hildebrandus, Dei gratia sancte Romane Ecclesie titulo Sanctorum duodecim Apostolorum Presbiter Car-

Cardinalis, & Apostolice Sedis Legatus, Mandatum speciale & Literas Domni Pape Alexandri, cujus legatione in tota Lombardia fungimur, suscepimus, ut cognosceremus de Terra que dicitur Sors de Fano, si DUX GUELFO minor concefferit Monasterio de Marola, & DUX GUELFO Pater ejus post parvum tempus contulit Monasterio Canosino, utroque facto per eundem Dominum Papam in irritum revocato, predictam Terram Monasterio de Marola sub annua pensione concederemus, & Canosinum Abbatem ab ejus infestatione omnimodo prohiberemus. Quod ut cunctis clarius fieret, ipsas Literas Domni Pape nostre scripture inseruimus. „ Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Ildebrando, Basilice duodecim Apostolorum Presbytero Cardinali, Apostolice Sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos, quod GUELFO Filius Nobilis Viri DUCIS GUELFONIS, Monasterio de Marola Terram Sortis sitam in Curia Bibianelli receptam pecuniâ triginta Librarum concessit, & post modicum intervallum eandem Canosino Abbati pariter sub definito precio contulit. Unde quoniam predictus Dux non nisi tempore suo prescriptam Terram, quam a nobis tenebat, concedere potuit vel largiri; nos utramque donationem cassamus. & irritam esse decernimus. Verum quia tam Abbas quam Fratres predicti Monasterii de Marola pluribus indigent, & majoris Religionis habentur, volumus & mandamus, ut si ita est, pro ut superius diximus, tum obtentu devotionis, tum etiam intuitu Religionis sue. eis prenominatam Terram sub certa pensione auctoritate

A „ nostra concedas, & Abbati Canosino ex parte nostra & tua interdicimus, ne ipsis eandem Terram impedire vel disturbare presumat. Datum Beneventi, Nonis Julii. „ Unde utraque parte in nostra presentia propter hoc constituta, Instrumentum publicum ex parte Monasterii de Marola inductum vidimus & legimus; in quo continebatur quomodo Dux minor concefferat predictam Terram Monasterio Marole, & ad majorem fidem testes, qui nominabantur in Instrumento, Nobiles viros presente utraque parte juratos accepimus, videlicet Guilielmum de Baise, Guidotum de Baise, & Albertum de Baise, & Rolandum de Canossa, & Enricum Notarium, qui composuit Instrumentum; nec pars Abbatis Canosini in aliquo testibus contradixit. Ex quibus omnibus manifeste cognovimus, quod ita erat, sicut Dominus Pape in suis literis scripserat. Mandatum ergo Domni Pape observantes, Monasterium de Marola a petitione Abbatis Canosini abolvimus, & predictam Sortem de Fano sub pensione quinque Solidorum Lucensium annuatim Summo Pontifici solvenda jam dicto Monasterio de Marola concessimus. Nec non Abbatem Canosino ex parte Domni Pape & nostra interdiximus, ne de cetero Fratribus de Marola predictam Terram impedire vel disturbare presumeret. Et ut verius credatur, & ab omnibus illese conservetur, sigillo nostro proprio Cartam istam insigniri jussimus, & auctoritate nostra conscribi precepimus. Quod factum est Anno Domini Millesimo Centesimo Sexagesimo Nono, V. die intrante Mense Madio, Indictione II. Bononie in claustro Sancti Salvatoris.

Guilielmus de Baise juratus dixit, quod nunquam audivit, quod Abbas Canosinus habuerit aliquod jus in ista Terra, que dicitur Sors, unde controversa

sa est, ante istum contractum. Et Abbas Canosinus erat in Curia Ducis, quando contractus fiebat, & mediante & presente me Guilielmo, dedit Dux totam & integram Sortem de Fano Monasterio de Marola, hoc modo quod predictus Abbas de Marola daret ei trigintas Libras Imperialis, que sibi tunc erant necessarie pro eadem Terra recuperanda, & pro alio suo negotio, & quinque Solidos Imperialis annuatim solveret in Nativitate Domini, vel infra Octavam ejus; quam pensionem & fructus eidem Ecclesie donavit, qui superessent a quinque solidis pro remedio Anime sue, suorumque predecessorum. Requisitus de Manu de Fano, quod continetur in Privilegio Abbatis Canosini, respondit, quod Abbas Canosinus habet Manum in Fano, quem credit Mansum illum quod Abbas hodie tenet, & dicit, quod eo presente Dux precepit Notario super his publicum Instrumentum facere Monasterio de Marola. Et dicit, quod Dux sibi reservavit, quod si aliquando vellet predictam Terram recuperare, debebat triginta Libras solvere, & hanc Terram non debebat istis auferre, ut alii daret, sed sibi retinere. Addidit, quod dicebat Dux, sive recuperaret Terram illam, sive non, tamen volebat reddere istam pecuniam Monasterio. Tamen antequam contractus iste completeretur, dixit Dux, quod si Rolandus de Canossa vellet eam recuperare, solutis triginta Libris posset. Sed in completionem contractus nihil dixit, secundum quod credit. Et dicit, quod Dux precepit Preposito de Castellarano & Guidoni de Mandra, ut essent cum Notario ad Cartam dictandam. Et Dux dedit Rolandum de Canossa, ut mitteret Monasterium in possessionem predictae Terre, & defenderet contra omnem hominem.

A Guidotus de Baije juratus dixit idem quod Guilielmus, excepto de Manso, qui continetur in privilegio, quod nihil scit. Et addidit, quod Dux dixit ei, ut portaret Literas suas Abbati Canosino, in quibus continebatur, ne infestaret Abbatem de Marola de predicta Terra. Et ipse respondit: Ego sum Vassallus Abbatis Canosini, & ideo, si placet vobis, nolo deferre. Et Dux dedit eas Alberto, & ipse detulit.

B Albertus de Baije juratus dixit idem quod Guidotus, & addidit, quod Dux post mortem Filii misit Literas ad Abbatem Canosinum, quas ipsemet detulit, & dedit eas Nuncio Ducis, qui erat apud Bibianellum, reddendas Abbati Canosino. In quibus literis Dux mandabat eidem Abbati, nullam molestiam facere super Terram, que vocatur Sorc, quam Filius ejus dederat Abbati de Marola, usque ad adventum ejus in partes has.

C Rolandus de Canossa juratus dixit idem quod Guilielmus, excepto quod dixit, quod audivit Abbatem Canosinum multo tempore ante contractum istum dixisse, quod nisi esset timore Guidonis de Canossa, ipse daret operam ad istam Terram recuperandam; & audivit, & credit Literas missas a Duce, quas Albertinus detulit Abbati Canosino.

D Henricus Notarius juratus dixit, quod Dux precepit ei, ut Instrumentum publicum faceret, quomodo ipse conceperat totam Sortem de Fano Monasterio de Marola; & quia aliquantulum ipse Notarius erat infirmus, dedit ei in adiutorium Guidonem de Mandra & Prepositum de Castellarano. Ipse autem cum consilio & adiutorio istorum composuit Cartam istam, quam Abbas de Marola producit, secundum quod Dux precepit ei bona fide, & bene recognoscit Cartam istam sua manu conscriptam.



Que autem attestationes facte sunt ex iussione Domni Ildebrandi Presbyteri Cardinalis Basilice Sancti Petri duodecim Apostolorum, in presentia Magistri Petri de Sancto Gemini, & Domni Ubaldi de Pisis, & Egidii de Novis, in Civitate Bononie in claustro Sancti Salvatoris, Anno Domini MCLXIX., quarto die intrante Mense Madio, Indictione II.

Ego Albertus Imperatoris Frederici, nunc quoque Communis Bononie Notarius interfui & scripsi.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen. Anno Dominice Incarnationis MCLXIX. tempore Alexandri Pape, Frederici Imperatoris, die V. intrante Mense Madii, Indictione II. Actum Bononie in claustro Sancti Salvatoris. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, qualiter Donnus Ildebrandus Dei munere sancte Romane Ecclesie Cardinalis, dum resideret in iudicio de litigio cuiusdam possessionis, quod erat inter Donnum Jeronimum Priorem Ecclesie de Marola vice Abbatis sui Johannis, & Donnum Manfredum Abbatem Canosinum; visis hinc inde rationibus utriusque partis, & auditis, Donnus Ildebrandus Cardinalis, quia Dominus Papa Alexander ei per suas litteras mandavit, auctoritate Domini Pa-

**A**pe & sua, quia ex Literis Domni Pape cognovit, concessit possessionem istam sitam in Curte Bibianelli, que Sors vocatur, de qua erat controversia, Domino Priori Jeronimo vice Abbatis sui Johannis. Et Donnus Ildebrandus Cardinalis ex parte Domini Pape & sua Abbati Canosino interdixit, ne Donno Abbati Ecclesie de Marola supradictam Terram sitam in Curte Bibianelli, que Sors vocatur, impedire vel disturbare presumat, & nullam violentiam ei inferat. Notitia & nomina testium super hec, qui intersuerunt, Donnus Guido Prior Sancte Marie de Reno, Magister Petrus Sancti Gemini Romane Curie Subdiaconus, Prepositus Ecclesie de Ferraria, Petrus Prepositus Castellarani, Conradus Cremonae Capellanus Domni Ildebrandi Cardinalis, Ugolinus seruiens Domni Abbatis de Fenonica, Presbyter Guido Sancti Barbatiani, Manfredus Camerarius Domni Cardinalis.

**B** Et ego Petrus divina gratia Ficarionensis Notarius, iussu Domni Ildebrandi Cardinalis, ibi presens sicut audivi, scripsi & dedi.

**C** Attamen renovata fuerit paullo post eadem controversia oportet, quando Acta alia subsequens Anni in eodem Estensi Archivo se mihi obtulere, quae lucem & ipsa a me petunt.

### Examen quorundam, testium pro lite Sortis de Fano inter Abbatem Canossae & Priorem Monasterii de Marola, Anno 1170.

**D**onnus Ardicius juratus dicit, se fuisse coram Apostolico Adriano, & petisse ex parte Abbatis Canossae & Fratrum, quod concederet Monasterio Terram, que dicitur Sors de Fano. Ipse interrogatus, si erat Curie pro se, respondit: Non. Et prece predicto Don-

**E**no Ildebrando, ut poneret in Privilegio hanc Terram, sicuti aliam, que in eodem continetur. Interrogavimus eum, si posset tenere. Respondit: Poterimus bene; & numquam vidi Ecclesiam Canossae tenere hanc Terram.

Tignosus juratus idem dicit; sed de tenuta dicit, quod fuit ibi, ubi miserunt nuncium ad Imperatorem petendo hanc Terram. Et ipse dedit nuncium & erodem, qui deberet Abbatem mittere & tenuit. Sed non fuit, ubi daretur; & credit, quod jam data fuerit possessio Comiti & Duci ab Imperatore. Et ambo dicunt, quod Privilegium firmatum fuit ab Apostolico.

Rolandinus juratus dicit, quod fuit, ubi Sigibotus ex parte Ducis misit Abbatem in possessionem hujus Terre in uno loco prope Ecclesiam, & ibi pro tota, nec prius ea nec ante vidit tenere.

Lazarus juratus dicit se fuisse, ubi Lodoicus Massarius Ducis misit Abbatem in tenuta hujus Terre a la Prugna pro tota alia; & vidit partem hujus Terre pro Abbate arari, nec vidit Abbatem fructus hujus terre. Interrogatus de tenuta a Sigiboto data, idem quod Rolandinus, & dicit, quod fuit, ubi major Dux dedit hanc terram Monasterio Canosse, & precepit Cartam, quam Abbas habet, fieri; & cum Lodoicus dabat possessionem Abbati, vidit boves Maraule arantes supraddictam terram, & fecit eos expellere. Nec antea nec postea vidit Abbates aliter tenere.

Tholomeus juratus dicit idem, quod Rolandinus, quod vidit quemdam Nuncium, qui dicebat se esse Nuncium Imperatoris, mittere Abbatem in tenuta hujus terre in uno loco pro tota, & pro terra & arbore, nec ante nec postea vidit Monasterium aliter tenere.

Dominicus juratus idem dicit, quod Tolomeus.

Presbiter Lanfrancus juratus dicit, se fuisse ubi Nuncius Ducis Lodoicus

A misit Abbatem in tenuta hujus terre in uno loco pro tota, & partem esse, ubi dicitur la Prugna..... fecit & juravit verum mihi presenti dixit quod hoc faciebat parabolam majoris Ducis & minoris; & Cartam idem fieri fecit.

Donnus Julianns juratus idem dicit, quod Presbiter Lanfrancus, & .... dicit, quod contradixerit Priori, & Donnus Julianus Abbati & Conventui.....

B Presbiter Lanfrancus..... sed..... fuerint a minore Duce Marolenses, sed credit quod pecuniam nondum solverint.

Actum presentia Prepositi Carpineti, & .... de Mandra. MCLXX. de Mense Junii, Indictione III.

C Redeo nunc ad Chartam, in qua Corvuli Friniates, in Civitatem Mutinensem adsciti, multa polliciti fuerunt quibus videatur concordia illa speciem referre potius Foederis, quam subjectionis. At certum est, ea illic interferi quae veram superioritatem ac jus imperii translatum in Mutinensem Rempublicam evincunt; & praesertim tributum Boatiae, hoc est obligatio quotannis solvendi aliquot Solidos pro quocumque jugo boum, more Civium reliquorum. Quum verò alii Friniatis sive Feronianensis regionis Castellani essent, qui nondum sese tradiderant dominationi Civitatis, sensim & ipsi ducti sunt ad reliquorum conditionem, ut ex aliis Chartis in eodem Regesto Communis Mutinae exaratis patet. Unam tantummodo adjiciam, quod in ea sermo sit de Clarissima Montecuculorum Familia, cujus spectata nobilitas jam tum multis opibus ac ditio in aliquot Feroniani Castella florebat.

Jusjurandum Gerardi de Montecuculo, aliorumque Feroniani Castellanorum, per quod se Cives Mutinae constituunt, Anno 1173.

„ **E**go juro esse Civis Mutinae sem-  
 „ per & Habitator per unum men-  
 „ sem omni anno tempore pacis, &  
 „ duos tempore guerre, & absque Uxo-  
 „ re si voluero, nisi parabola Consulum  
 „ Mutinae, qui tunc erunt solummodo  
 „ tempore sui Consulatus remanserit.  
 „ Et defendere Civitatem Mutine &  
 „ homines Mutine, & eorum bona in-  
 „ fra confines Mutine ab omni homine;  
 „ & extra confines, ubicumque potero  
 „ salva fidelitate Dominorum, quos nunc  
 „ habeo, vel quos in antea non in-  
 „ fraudem Civitatis acquisivero; & sal-  
 „ vo sacramento, quo teneor illis de  
 „ Carsagnana; & adjuvare homines  
 „ Mutine de guerra, si quam habue-  
 „ rint usque ad finem sine fraude: &  
 „ hostem facere ad voluntatem Consulum  
 „ Mutine, qui per tempora erunt: &  
 „ omni anno jurare sequi Consules Mu-  
 „ tine, si ab eis vel eorum Misso re-  
 „ quisitus fuero, sicut homines Mutine:  
 „ & guardare stratam omnibus Muti-  
 „ nensibus sine fraude ad voluntatem  
 „ Consulum Mutine; & facere jurare  
 „ meos homines, qui jurabunt salvare  
 „ & guardare homines Mutine & eo-  
 „ rum bona, ubicumque pro posse sem-  
 „ per; & omni anno jurare sequi Con-  
 „ sules Mutine, postquam requisiti fue-  
 „ rint; & dare boëtiam Mutine sex  
 „ Denarios Lucanos omni anno pro u-  
 „ noquoque pari boum, exceptis Castel-  
 „ lanis, qui cotidie habitant in Ca-  
 „ stris, sine fraude, & servis & Ga-  
 „ staldionibus sine fraude, solummodo  
 „ in boëtia. Et si voluero ut Consules  
 „ Mutine usque ad sex annos dent de-  
 „ narios boëtiae supradictae in terra pro-  
 „ pe Urbem Mutine tot itidem dabo

„ secundum quod mihi contingerit. Quare  
 „ terram juro nemini vendere, nec a-  
 „ lienare, nec obligare, nec infundare,  
 „ nisi parabolâ Consulum omnium vel  
 „ majoris partis ad campanam sonatam  
 „ in Consilio remanserit. Et totidem  
 „ Denarios ut dixi de meis propriis  
 „ in terra non dedere. Civitas Muti-  
 „ ne habeat boëtiam, sicut superius le-  
 „ gitur..... & sic observabo, ut hic  
 „ superius integre legitur, si Deus me  
 „ adjuvet, & hec sancta Dei Evangelia.  
 Actum in Mutinensi Concione in pre-  
 sentia Domini Henrici Mutinensis E-  
 piscopi, MGLXXIII. Indictione VI.  
 Regnante invictissimo Imperatore Fre-  
 derico, XI. Kalendas Augusti, die Do-  
 minico. Hoc sacramentum fecerunt Ge-  
 rardus de Montecuculo, Albertus frater  
 dicti Domini Episcopi, & Rainucinus,  
 Ubaldus de Cavescula, Arduinus, Rha-  
 facthanus, Gerardus & Frater ejus Al-  
 bertinus, & Arduinus de Cordatis. I-  
 tem illud juravit Ildebrandinus de O-  
 zano, sed exceptavit habitantiam. Item  
 illud idem juraverunt Albertus de Re-  
 dallo, Wido Bajji, Grimaldus & Ra-  
 phanellus, quod Gerardus de Montecu-  
 culo, & habitantiam facere; sed exce-  
 ptaverunt Bononiam, quod non debent  
 adjuvare Mutinenses a Bononiensibus ex-  
 tra confines Mutine. Testes interfue-  
 runt..... & Consules Mutine, Ber-  
 nardus de Malvezo, Gerardus..... Ber-  
 nardus de Mattheo, Tenzo de Gorgha-  
 to, Squarcia & Ubertus de Pergena-  
 rio, & Judices Ugo de Panciano, &  
 Bellonus. Item sequenti die Lune in  
 pleno Consilio Mutine coram supradictis  
 Consulibus illud juravit Benefaldus,  
 quod Albertus de Redaldo &c.

Ego

Ego Blasius Imperialis sacri Palatii  
Notarius interfui & scripsi.

Longum esset recensere, quantis  
artibus & conatibus Bononienfes mo-  
liti sint postea, ut Provinciam eam-  
dem Mutinensibus eriperent. Et eam  
quidem non semel inuasere; sed haec  
tandem a Seculis non paucis sub  
Mutinensium Ducibus conuiescit.  
Igitur hoc unum adjiciam, videli-  
cet: Bononienfes vim intulisse Mu-  
tinensium finibus incunte Seculo  
Tertiodecimo, ac multa eis loca ab-

A stulisse. De pace tandem actum est,  
ac boni Mutinenses in Praerorem  
Bononiae controversiam de finibus  
compromisere. Et ille impiger sen-  
tentiam protulit, per quam Bono-  
niensis Reipublicae agrum mire am-  
plificavit, Mutinensem verò antiquam  
complurium locorum possessione spo-  
liavit. Chartam Laudi illius a Ghi-  
rardaccio quoque in Historia Bono-  
niensi commemoratam iuvat exerere,  
ex Archivo Civitatis Mutinensis de-  
scriptam.

Sententia Uberti de Vicecomitibus Praetoris Bononensium in  
controversia de finibus inter Populum Bononensem &  
Mutinensem, Anno 1204.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiri-  
tus Sancti, Amen. Cum questio si-  
ve controversia vel discordia aut lis in-  
ter Mutinenses & Bononienfes & Com-  
mune Mutine diutius perdurasset de Lo-  
cis quibusdam superius a Strata & in-  
ferius a Strata positis, & per Domi-  
num Guilielmum de Pusterla olim Pote-  
statem Bononie pro Communi Bononie a  
Communi Mutine petitis, que sunt hec.  
Illa videlicet superius sunt ista: San-  
ctus Andreas, Mandria, Serla, Golza-  
num, Montalognum, Parvianum, Vallis  
Sancti Anapolonaris, & Casola. Ea ve-  
ro, que sunt inferius a Strata, sunt  
hec: Mediumfolium, medietas Plebatus  
Cocini, Sanctus Martinus de Sico, San-  
ctus Joannes de Portoleare, & Sancta  
Maria de Porto. Facta commissione,  
compromissione, & promissione a Domi-  
no Aimerico Dodono Potestate Mutine  
pro Communi Mutine de omnibus supra-  
scriptis in Dominum Ubertum Viceco-  
mitem Potestatem Bononie, & ipsi Do-  
mino Uberto, sicut in Instrumento pu-  
blico per manum Joannis Pileti Nota-

**C**rii nostri confecto, iis sacramento eju-  
sdem Potestatis Mutine & aliorum No-  
bilium ejusdem Civitatis, qui secum e-  
rant Bononie tempore commissionis, in  
Concione Bononie firmatis, atque post-  
modum Mutine Consilio ejusdem Civita-  
tis his & omnibus, que Dominus U-  
bertus Potestas inde diceret vel ordina-  
ret, juramenti religione firmatis, sicut  
continetur in alio Breui, super quem  
idem Consilium Mutinensium de ipsorum  
voluntate juravit ad majorem cautelam  
& firmitatem omnium superscriptorum:  
Memoratus Dominus Aimericus Dodonus  
Mutine Potestas nomine Communis Mu-  
tine promisit Dominis Docto de Carbo-  
nensibus, Guidoni Tantidenario Procu-  
ratoribus Communis Bononie stipulanti-  
bus nomine ipsius Communis Bononie,  
se & suos successores nomine Communis  
Mutine, & ipsum Commune Mutine  
servaturum & servaturos omnia predi-  
cta, & omnia insuper, que Dominus  
Ubertus Vicecomes Bononie Potestas de  
lite & discordia predicta & ejus occa-  
sione dixerit, arbitratus fuerit, diffi-  
nierit,

nierit, statuerit, laudaverit, ordinaverit, preceperit, & legi fecerit. Et si contraventum fuerit, nomine pene promisit pro Communi Mutine quinque millia Marchas argenti eidem Procuratoribus Bononie dare, stipulantibus pro Communi Bononie: & penâ solutâ totum, quod dixerit, statuerit, laudaverit, diffinierit, preceperit, & legi fecerit, sit firmum & inconcussum, ratum semper & in perpetuum, & inviolatum. E contra infra scripti Procuratores Bononie voluntate & parabola Populi Bononie ibidem eis data in Concione a Populo, & constituti ad hanc securitatem Mutine faciendam, & recipiendum ab eis pro Communi Bononie, promiserunt ipsi Domino Aimerico Mutine Potestati, stipulanti nomine Communis Mutine, se pro Communi Bononie, & Commune Bononie, totum, quod dictus Ubertus Potestas Bononie de infra scriptis omnibus & eorum occasione dixerit, arbitratus fuerit, statuerit, diffinierit, laudaverit, ordinaverit, preceperit, & legi fecerit, observaturum & observaturus; alioquin pro Communi Bononie promiserunt eidem Domino Aimerico Potestati Mutine, stipulanti pro Communi, dare nomine pene quinque millia Marchas: & penâ solutâ totum sit firmum & inconcussum, ratum semper & in perpetuum, & inviolatum, quod dixerit, statuerit, diffinierit, laudaverit, ordinaverit, preceperit, & legi fecerit.

„ His itaque ordine premisis, visis „ etiam oculata fide Locis predictæ que „ stioni suppositis, & ex utraque parte „ Instrumentis & Privilegiis quamplu „ ribus, habitâ cum maximâ diligen „ tia super his deliberatione: Ego U „ bertus Vicecomes Bononie Potestas di „ co, laudo, diffinio, stituo, arbitror „ atque precipio in primis susce „ memoratis Locis a Strata inferius;

Tom. X.

A „ quod sicuti via vel limes, qui vel „ que per Folium vadit, & a Bono „ nienfibus Mutia appellatur, extendi „ tur per directum vel mirat usque ad „ viam de Bessis inferius a Roncolam „ berto, a mane ipsa via ab ipo Ron „ colamberto, scilicet Roncolamberto re „ manente a sero, quam viam de Bess „ fis Bononien,es Mutiam appellant, & „ B „ ab illa via de Bessis transeundo in „ aliam viam, que vadit superius a „ Domibus Sancti Martini de Sico, & „ per illam viam usque ad voltam sive „ galonem Panarii; & eadem via, si „ cuti vadit ab eadem Ecclesia Sancti „ Martini de Sico a sero, eadem Ec „ clesiâ remanente a mane; & exten „ ditur eadem via usque in aliam viam „ C „ a mane; & transeundo in aliam „ viam, que vadit ad domum Teuzo „ num a sero, & per illam viam, u „ sque ad Paludes, inde usque ad flu „ men Lucidum; & quicquid est in his „ confinibus versus Bononiam, sit de di „ strictu & jurisdictione Civitatis Bo „ nonie: nec inquietetur de cetero a „ predicto Domino Aimerico Potestate „ D „ Mutine vel ejus successoribus nomine „ Communis Mutine, neque a Commu „ ni Mutine, ratione jurisdictionis vel „ districtus, vel possessionis aut quasi „ possessionis ejusdem jurisdictionis vel „ districtus: & ipsum Commune Bononie „ secundum predictam designationem li „ bere & quiete jurisdictionem & di „ strictum, & possessionem & quasi pos „ E „ sessionem ejusdem jurisdictionis & di „ stricti habere & tenere & exercere „ permittat jam dictus Potestas Muti „ ne. & quilibet ejus successor, & ip „ sum Commune Mutine. E contra „ quicquid in memoratis confinibus est „ versus Mutinam, sit de districtu & „ iurisdictione Civitatis Mutine; nec „ inquietetur de cetero ab aliquo Re „ gno Bononie, vel Rectoribus nomine „ G „ „ Com-

„ Communis Bononie, vel ab ipso Con-  
 „ muni Bononie, ratione jurisdictionis  
 „ & districtus habere & tenere & exer-  
 „ cere permittat Commune Bononie Com-  
 „ muni Mutine, & ipsi Domino Aime-  
 „ rico Potestati Mutine & ejus succes-  
 „ soribus nomine Communis Mutine.  
 „ Alia vero prenomina loca superius  
 „ a Strata posita cum eorum territo-  
 „ riis, Curia, guardia, pertinentiis,  
 „ sint de districtu & jurisdictione Civi-  
 „ tatis Bononie; nec inquietetur de ce-  
 „ tero a Communi Mutine, ratione ju-  
 „ risdictionis vel districtus, aut posses-  
 „ sionis vel quasi possessionis ejusdem ju-  
 „ risdictionis & districtus. Et ipsi Com-  
 „ muni Bononie supradictorum locorum  
 „ a Strata superius existentium juri-  
 „ sdictionem & districtum & quasi pos-  
 „ sessionem ejusdem jurisdictionis & di-  
 „ strictus libere quiete habere & tene-  
 „ re & exercere permittat Dominus  
 „ Aimericus Potestas Mutine, nomine  
 „ Communis Mutine, & quilibet ejus  
 „ successor, & Commune Mutine. Re-  
 „ servato in me Uberto Vicecomite Bo-  
 „ nonie Potestati ponere terminos infe-  
 „ rius a Strata in illis designamentis,  
 „ & per illa, que superius continentur,  
 „ & ponere terminos superius a Strata  
 „ in confinibus infra scriptorum locorum,  
 „ superius a Strata existentium, non  
 „ obstante, neque hoc, quod modo dixi,  
 „ nocente, seu prejudicium faciente,  
 „ quin bene possim, si inde videbitur  
 „ exigere, confines illos diminueri de  
 „ illis confinibus predictorum Locorum,  
 „ & infra illos confines terminos pone-  
 „ re, ut rectiores fines permaneant, &  
 „ Mutinensibus relinquere.

Et in eadem Concione, antequam  
 Laudum fieret, Dominus Aimericus Do-  
 donus Mutine Potestas pro Communi  
 Mutine abolvit omnes illos homines pre-  
 dictorum Locorum inferius & superius  
 a Strata existentium, qui ex Laudo

A memorati Domini Uberti Vicecomitis  
 Potestatis Bononie in partem Bononien-  
 sium pervenirent, Domino Aimerico Do-  
 done Mutine Potestate pro Communi  
 Mutine verbis, & postmodum concionan-  
 do, nemine ex Mutinensibus presenti-  
 bus contradicente, & Dominis Docto de  
 Carbonensibus & Guidone Tantidenario  
 Procuratoribus Communis Bononie pre-  
 sentibus, & ista omnia Laudo facto &  
 nuntiato approbantibus. Et Dominus  
 Ubertus Vicecomes Bononie Potestas, &  
 ab initio Laudi suprascripti & in ipso  
 Laudo & postea, precepit ambabus par-  
 tibus ita, ut superius legitur, in omni-  
 bus integraliter observari. Quod autem  
 supra legitur in Capitulo de terminis  
 ponendis, quod sic incipit; **R**eservato  
 C in me Uberto Potestati & c. idem Do-  
 minus Ubertus Vicecomes Bononie Pote-  
 stas ore proprio dixit. Cetera verò ab  
 inde supra, a me Johanne Pilete No-  
 tario in Concione plena Bononiensium  
 ad campanam coadunata, partibus pre-  
 sentibus legi fecit.

D Actum est hoc Anno Domini nostri Je-  
 su Christi MGCIII. Indivisione VII. in  
 plena Concione Bononie, Curia Palatii  
 Communis ad campanam coadunata, die  
 XIX. Mensis Majii, coram Dominis  
 Azone & Ugolino Presbiteri Doctoribus  
 Legum Radaldo Rubeo, Domino  
 Alberto Sicce, Rodulpho Petriboni, O-  
 bertino Henrigeti, Joanne Paulo, Al-  
 berto Sineratione, Egidio Domine Vo-  
 lunde, Olderico Domini Guarini, Ari-  
 mondo Rolandi de Guarino, Egidio Pi-  
 pionis, Henrigeto de Garisendis, Ro-  
 landino Domine Taudisce, Gerardo de  
 Guarinis, Guidone Albrici de Scanabe-  
 cho, Jacobo Alberti Urfs, Gerardo Ro-  
 landini, Arpinello, Petro de Lovello  
 Bononie, Domino Vicecomite, & Johan-  
 ne Confanonerio Placentinis, & in pre-  
 sentia Domini Guidonis de Papia, Ra-  
 daldi de Ganazeto, Cazaguera de Ma-  
 creta,

creta, Jacobi de Gorzano, Rolandi de Guidoto, Alberti Passapontis, Domini Guilielmi Rangonis, Bonifacii Judicis Guidonis, Lamberti Omneboni, Cornacconi Guilenzonis Notarii Dominorum de Mutina, rogatis.

Ego Johannes Pileti, Notarius specialis Domini Uberti Vicecomitis Potestatis Bononie, his omnibus interfui, & jussu ejusdem hanc Cartam inde scripsi.

Iniqua visa est Mutinensibus ejusmodi sententia, uti etiam adnotat Auctor Annalium veterum Mutinen-

fium, Tomo XI. Rer. Italicar. scribens ad Annum MCCIV Mutinenses compromiserunt se in Bononiensibus, qui tulerunt iniuriam Laudum de confinibus Mutinae. Verum exuberans Bononiensis Populi potentia Mutinenses coegit inanibus tantum querelis dolorem suum levare, donec re ad Fridericum II. Augustum delata, is aequiori judicio, quantum potuit, rei Mutinensium consuluit, dato Diplomate, quod in Tabulario ejusdem Reipublicae adservatum, heic ad eruditionem temporum illorum publicam juris facio.

Decretum Friderici II Imperatoris, per quod irritam pronuntiat sententiam Anno MCCIV. prolatam de finibus inter Mutinam & Bononiam, Anno 1220.

**F**ridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliae Rex. Per praesens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris tam praesentibus quam futuris, quod nos attendentes integritatem fidei & devotionis sinceram, nec non & accepta satis servitia, quae Mutinenses Cives fideles nostri nobis semper & Imperio exhibuerunt, & jugiter exhibere non cessant; ut fides probabilis eorundem de bono semper crescat in melius, & ad devotionem & fidem nostram multi trahantur alii per exemplum: de plenitudine potestatis nostrae & speciali gratia, quam habemus ad ipsos, Compromissum factum inter Bononienses & ipsos Mutinenses in Ubertinum tunc Potestatem Bononiae de quibusdam Terris & Locis & confinibus, & Laudum ab eo factum, & confirmationem a auctoritate de praedictis, & designationem factam ab eodem, & positionem terminorum. & omnia, quae facta fuerunt de praedictis Locis &

**C** Terris & confinibus, & pro praedictis locis occasione dicti Compromissi, vel alia occasione, cum praedicti Mutinenses possederint vel quasi, & Bononienses ab eis peterent: cassamus & in irritum deducimus, ita quod praedictum Compromissum, vel aliquod praedictorum nullius sit momenti. Restituentes eis Rocham de Corneta, quam dicti Bononienses eisdem Mutinensibus abstulerunt. Constituentes etiam ipsum Commune Mutinae possessorem de praedictis locis & terris omnibus, & Rocha, ut possint uti locis ipsis & terris & Rocha & eorum possessionibus, sicuti Domini suae rei.

**E** Confines autem & terminos inter Bononienses & Mutinenses statuimus & ordinamus inviolabiliter observari & teneri, videlicet a summo Alpium Magnae, ubi dicitur ad Scalas a cornu orientali ipsius Alpium, & inde per Vallem Guffonariam descendendo & veniendo per montes & colles rectos usque in Zibriano per medium Zibrianum, &

per medium collinum, veniendo ad Vol-  
tium, & inde per collinas ad Sene-  
cellium, tenendo collinas per mediam  
Stanchatoriam & per Podium de Cofor-  
nio; & inde per collinam eundo per  
Podiolum Rosignanum, veniendo jo um  
a mane Canevatie, & per collinam a  
mane Paulate usque ad Fontanam Lon-  
bardefem. Et ista collina fuit antiqui-  
tus nominata Alpīs Maxima. Et a di-  
cta Fontana tendunt iusum, sicut stra-  
ta currit per Hospitalē Presbyteri Pa-  
xuti, & per Lamam Azonis de Fre-  
gnano, & inde per Silvam Montela-  
nam, sive per Canolam Rosignanam  
ad Sanctam Luziam, & Altare Sanctae  
Luziae est terminus. Et a Sancta Lu-  
zia descendunt per stratam iusum usque  
ad Crucem de Torileto, & per ipsam  
stratam ad Crucem Pipini, & inde ad  
montem de termino, eundo per Montem  
Lulianum, & per Podium de Spincola,  
& per Molendinum de Rivo de Scam-  
lia, & usque super montem praedictum  
terminum ascendendo; & per medium  
ipsum montem descendendo iusum per ri-  
vum, qui est inter Stantianum & Ti-  
guentem; & inde ascendendo ad Mon-  
tem Acutum, & a Monteacuto in Cas-  
taneolo, & a Castaneolo ad Lavacle-  
tum, & ad Montem Caputium; & in-  
de ad Rivum de Vidiclis, & per ip-  
sum Rivum usque ad Clusam; & inde  
versus sero eundo per terminum fixum  
ad montatas de Cruxello, & ab eo  
termino ad Rivum de Cercletulo, &  
inde ad Borram, quae est a domo Man-  
ganorum, ita quod ipsae domus se col-  
ligunt a parte Mutinensium. Et inde  
ad terminum fixum iuxta Domum Fa-  
vatiarum, & inde veniendo per Casso-  
lum, quae venit a Gaudiano per Cas-  
solanum tendit iusum a Boscho Cereti  
in rivo, & per rivum usque ad Sal-  
sam de Lavarolo, & iusum per ipsum  
rivum inter Montem Calvulum & Mon-

A genarium; & sicut discurrit idem rivus  
usque ad senitam, quae est, & quae  
ascendit sursum desuper Domum de Pe-  
luobis de Granarolo usque ad viam,  
quae inde vadit; & per ipsam viam  
comprehendendo infra dictos confines  
Mandriam & Sanctum Andream in Cor-  
niliario, descendendo ad fossatum de sub-  
tus Granarolo inter Bondianenses &  
Barusaldos factum de supra de Splagiis.  
B Et eundo versus mane usque ad viazo-  
lam de Podio Bellii, & inde eundo  
recto sine per viam, & campos usque  
ad locum, ubi fuit Molendinum de Bel-  
lio, & inde a mane glaream transeun-  
do usque ad Codoniam & ad Campum  
Saxonum, & inde passando viam &  
Lamazetum & Campum Johannis Lupi,  
C & per medium usque ad viam de sur-  
sum colligendo Campum ad Fossatum,  
eundo usque ad Braidam Marociam,  
ipsa Braidâ remanente a parte Muti-  
nae; eundo iusum per Rivolum de Me-  
dio de Fontana de Aplo usque ad bu-  
cham Rioli de Sancto Ruffino, sicut i-  
dem rivus currit inter Braidam Baru-  
faldonis & Terram Sancti Ruffilli u-  
D usque ad aliam viam de subtus, redun-  
do per illam viam usque ad braidam  
Archipresbyteri de Montebellio, quae  
remanet a latere Mutinae & Bazani.  
Et inde eundo usque in Carubiellum de  
Piganzolis, & eundo per viam usque  
ad Albarellum Marini. Et inde per  
Viazolanam, quae quondam fuit inter Bon-  
dianum & illos de Sancto Columbano  
E usque ad fossas & ad Campum de Mu-  
sastis, qui remanet a latere Mutinae  
& Badiani. Et inde ad Sambugellum  
inter illos de Badiano & de Sancto Co-  
lumbano; & inde ad Flopas Guirixii  
de Sancto Marco in ripa Samazolae;  
& transeundo Samazolam usque ad Pol-  
lonetum recto sine: inde eundo iuxta  
Campum Poltonerii de Sancto Marco,  
& inde eundo usque ad Viazolanam &



Carubiellum, quod est a mane clausurae Andruzoli Ferrarii: & inde iussum per viazolum usque ad Viam de la Pazaese a sero dictae clausurae Andruzoli usque ad Caxolam, & per eam Caxolam iussum usque ad Clusam de Magnanis, & inde iussum eundo per Bessen-cullum usque ad Brudiacos; & inde ad cantonem de Pratis de Paule, & inde usque ad Fossatum novum, & ab eo fossato recto sine usque ad Stratam Claudiam; & in ipsa Strata usque ad Lazzarioli ultra pontexellum situm in Strata juxta domum Pontis Sancti Ambrosii de Campore Maggiore. Et ultra ipsum Pontem per sex tornaturas in loco, in quo fuerunt Furches, usque ad viam Lavarezam, quae est a Rastellino ab inde inferius usque ad Fossam Mattam inter Panzianum & districtum Bononiae. Et a districtu Panziani inferius per Caxarellos a mane roborum de Portis; a sero Gazoli, prope ipsum Gazolum, & ab inde inferius usque ad Casumarium a mane Pontis Ducis usque ad Podium Pallate, & ab ipso Podio a mane Zepe Donni Silvestri, quae est de subtus a Sancta Maria de Porto, perveniendo a mane dictae Villae Sanctae Mariae per Sparatam Abbatibus Nonantulae usque ad Ecclesiam Sancti Anthonii de Prechariis; & ab ipsa Ecclesia ut currit alveus Panarii usque ad Colzinum. Remanendo Ecclesiam de Folio in districtu Mutinae, & inde a mane usque ad Clusam factam in Panario a mane, sive a mane ipsius Clusae; sicut taliter ab antiquo per Mutinenses detempti sunt, & per Mutinae Comitatum.

Ipsa etiam loca & terras sub Imperiali protectione recipientes, damus licentiam Communi Mutinae ingrediendi possessionem praedictarum rerum Imperiali auctoritate. Et haec omnia ex certa scientia statuimus & decernimus

**A** in perpetuum observari; ex certa scientia derogantes omni juri & privilegio speciali vel generali in hac parte adversanti. Statuentes & praesentis scripti auctoritate firmiter injungentes, ut nulla omnino persona magna vel parva, secularis vel Ecclesiastica, jam dictos Mutinenses Cives fideles nostros de praedictis omnibus aliquo advenienti tempore temerario ausu perturbare seu molestare praesumat. Quod si praesumerit, in suae temeritatis vindictam indignationem nostram, & poenam quingentarum Librarum auri puri se noverit incursum, quarum medietas Camerae nostrae, reliqua passis injuriam persolvatur. Ad hujus autem rei evidentiam & stabilem in perpetuum firmitatem, praesens scriptum fieri, & sigillo majestatis nostrae jussimus communiri. Hujus vero rei testes sunt Albertus Magdeburgensis, H. Mediolanensis, & L. Rheginus Archiepiscopi, Curienfis, & Abbas Sancti Galli, Cicensis, Baxiliensis, Wuariensis, C. Yldenensis, J. Taurinensis, Brixienfis, & Imolensis, Episcopi, L. Lantgravius Thuringiae, Dux Saxoniae, Raynaldus Dux Spoleti, Comes G. de Vienna, & alii quamplures.

**D** Data apud Burgum Sancti Donini, Anno Domini Incarnationis MCGXXVI. Mense Junii, XIV. Indictione, imperante Domino nostro Frederico II. Dei gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliae Rege, Anno Romani Imperii ejus VI. Regni Hierusalem I. Regni Siciliae XXIX. feliciter. Amen.

**E** Ego Albertus de Saffis Notarius hoc exemplum ex authentico, ut in eo vidi & legi, in quo sicut continebatur, ut in hoc exemplo legitur, nil addens vel minuens, praeter literam per ignorantiam forte vel syllabam, bona fide extraxi & exemplavi de mandato Domini Petri de Boslicho Mutinae Potestatis

statu in MCCXLV. Indictione III. Mensis Augusto, Domino Frederico Imperatore regnante.

Restabat olim a Comitatu Mutinensi sejuncta altera montanae regionis pars ad Austrum posita, quam interfluunt Dolus & Draco fluvii, sive torrentes, & cujus fines usque ad celebre Xenodochium Sancti Peregrini protenduntur. Antiquis Seclis an istum Pagum complecteretur Comitatus Mutinensis, incertum plane fateor. Constat quidem Monachos Monasterii Fraxinorensis (quod in iis montibus Beatrix, vidua Bonifacii Marchionis ac Ducis Tusciae,

A una cum filia Mathilda celebri Comitissa circiter Annum MLXV. a fundamentis excitavit, magnificeque dotavit,) Monachos, inquam, eorumque Abbatem, Saeculo Duodecimo subsequenter dominatos fuisse Burgo Fraxinorii, aliisque Terris ac Villis in eo Apennini tractu positis. Quis tantam Monasterio illi ditio-

B nem largitus fuerit, monumenta quae indicent, nulla mihi praesto sunt, nisi quod mihi se obtulit in Archivio Archiducali Mantuae Diploma autographum, luce dignum, unde innotescet, quam late olim dominaretur illius Coenobii Abbas.

Diploma Friderici I. Augusti, quo confirmat omnia bona & jura  
Willelmo Abbati Monasterii de Fraxinorio in montibus  
Mutinensibus, Anno 1164.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Si honesta loca & religiosas personas in sinu pietatis nostrae protegemus, eisque gratiae nostrae patronium clementer impendimus, in aeterna nobis vita maiorem gloriam provenire indubitanter speramus & credimus. Proinde universis Imperii nostri fidelibus per Italiam constitutis, presentibus & futuris, notum esse volumus, quod nos aeternae retributionis intuitu Monasterium Sancti Claudii de Fraxinorio, & venerabilem ejus Abbatem nomine Willelmum, & omnia bona & possessiones, quas modo habet iuste, vel in posterum Domino largiente rationabiliter adipisci poterit, sub nostram Imperialem protectionem atque tutelam suscepimus. Ad augmentum quoque gratiae nostrae omnia, quae nunc iuste habet, vel in futuro legitime habuerit, ei au-

C Horitate Imperiali concedimus & corroboramus: videlicet Curtem de Metula cum Rocha & Ecclesia, & Curtem de Runco Sigifredi cum Castro & Ecclesia, Curtem de Vitriaula cum Castro & Ecclesia, Curtem de Isola cum Castro & Ecclesia, Curtem de Aligonte cum Rocha, & tredecim Manfos de Curte Antoniani, & Castrum Montis Aste, & Castrum Pizegoli fere totum cum Ecclesia, & Castrum de Massa, & partem Castri Laguxoli cum his, quae ad eandem partem pertinent. Et Ecclesias Sancti Michaelis, & Sancti Johannis, & Sancti Donnini de Monte Bronziona cum suis possessionibus, & Ecclesias de Gabiata cum iis possessionibus, & Ecclesiam & Hospitale Sancti Reguli de Monte Perperi, Hospitale & Ecclesiam Sancti Gerviniani de Alpe Gloza cum suis possessionibus, Ecclesiam Sancti Blasii de Monzone cum iis pertinentiis, Curtem de Razolo cum pcuria & Eccle-

*Ecclesia, Curtem de Campagnola cum Castro & duabus Ecclesiis Sancti Johannis & Sancti Andreae, Curtem de Buttrione cum Castro & Ecclesia, Curtem de Canvitulo cum parte Castri, Curtem de Montirune cum parte Castri, cum omnibus ad easdem Ecclesias & Roccas & Castella pertinentibus, cultis & incultis &c. cum omnibus suis utilitati-*

*bus; & mercatum supra Roccam de Metula in secundo Sabbato uniuersusque mensis, & widam strate a Ponte Cornelli usque Glozam, & si ultra iuste habere potuerit. Statuentes igitur iubemus, ut de cetero predictum Monasterium, & ejus Fratres in hac nostra concessione nullus Archiepiscopus, non Episcopus &c.*

*Signum Domni Frederici*



*Romanorum Imperatoris invictissimi.*

(Adest Sigillum cereum cum effigie Imperatoris.)

*Ego Christianus Curie Cancellarius, vice Domni Rainaldi Colonienfis Archiepiscopi, & Ytalie Archicancellarii recognovi.*

*Actum quoque est Anno Dominice Incarnationis MCLXIII. Indictione XII. Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore serenissimo, Anno Regni ejus XII. Imperii vero X.*

*Datum apud Sanctum Salvatorem juxta Papiam, II. Nonas Augusti.*

Verum eo ipso Seculo, sive quod Mutinensis Respublica aegre ferret, cessisse tot Castella sub Monachorum Imperium, sive quod Monachi ipsi impares se sentirent ad tutandam adversus Castellanos conterminos sibi infestos ejusmodi locorum possessionem, praesertim fervente tunc bello

B inter Sacerdotium & Imperium, & Mutinensibus pro Pontifice stantibus: illud exploratum est, sponte eundem Guilielmum Abbatem Fraxinorii, ejusque Monachos subdidisse Mutinensibus integram illam ditionem. Tabulas testes effero, ex Regesto Mutinensis Communis depromptas.

Willelmi Fraxinoriensis Abbatis Charta qua Reipublicae Mutinensi subdit homines Abbatiae suae subiectos, Anno 1173.

**I**N Christi nomine, amen: Anno a Nativitate ejusdem MCLXXIII. Indictione VI. Domino Imperatore Federico regnante, IV. Kalendas Augusti, die Dominico. Dominus Wilielmus Mo-

**C** nasterii Sancti Claudii de Fraxinorio venerabilis Abbas, spontanea voluntate, suorum Fratrum ejusdem Genobii Monachorum consilio, concessit per se & suos successores Consulibus Mutinensibus

*reci-*

recipientibus, & eorum successoribus, homines de terra Abbatie de Fraxinorio facere jurare omni anno sequi Consules Mutine, sicuti homines Mutine jurant, si requisiti fuerint a Consulibus, vel ab eorum Misso, sine fraude in perpetuum; & salvare & defendere homines Mutine & eorum bona ubicumque potuerint; & hostem facere ad voluntatem Consulium Mutine: & dare boatiam sex Lucentium pro unoquoque pari boum omni anno solummodo in boatia, exceptis Castellanis, qui cotidie habitant in Castris sine fraude, & militibus, & Maxenadis, & Ministris ejusdem Monasterii, exceptis his qui habitant in Burgo de Fraxinorio sine fraude. Et hoc totum promisit dictus Dominus Abbas per se & suos successores supradictis Consulibus sic observare sub pena centum Librarum eis promissa, & post pene solutionem pactum hoc sic firmum permaneat.

Actum Mutine feliciter, Domino Broshardo Priore dicti Monasterii, & Domino Bernardo de Montecuculo, & Domino Rozo Priore claustrali presentibus & consentientibus. Et tunc erant Consules Mutine Dominus Gerardus Rangonus, Dominus Bernardus Malvezo, Bernardus Mateus, Rainerius de Buccabadata, Squarza, Dominus Teuzo de Gorgatello, & Ubertus Pergenarius, & Dominus Arlotus: & Advocati erant Dominus Ugo de Panzano, & Dominus Bellonus. Hujus concessionis & pacti testes fuerunt Dominus Gerardus de Carpeneta, Wido de Gomola, Bernardus de Curviago, Johannes de Bonefacio, Albertus de Varana, Wido Judex de Mandra, Dominus Pius, Guido Adigerii, Ugo de Pallagana, Monachus de Vidriola, Albertinus de Grugnola, Mothinus de Bonefacio, Malvulti, & alii quamplures.

Ego Blasius Imperialis sacri Palatii Notarius, voluntate Magistri Bruni

A Notarii, sicut ex authentico ejus cognovi, ut schedas ab eo factas completem, feliciter scripsi.

Tum Anno MCXCVII. (uti alia Acta produunt) arctius loca & homines ejusdem Fraxinorientis Abbatiae sese potestati Mutinensis Reipublicae subjecerunt, ac fidelitatis sacramentum praestitere contra omnem hominem, excepto contra Imperatorem, & Abbatem Fraxinorii. Ibi verò enumerantur, qui istud sacramentum jurarunt, scilicet homines de Vidriola, de Monte Stephano, de Massa, de Rubiano, de Laguxolo, de Medula, de Casula, de Fraxinorio, de Arcovolto, de Runcoco Sigisfredo de Bocaxolo, de Palagana, de Savonerio, de Costregnano. Alia ejusmodi Acta praetereo, uno verbo omnia concludens, videlicet, cuncta Monachorum jura tandem sublata fuisse per concordiam, non levi pecuniae pondere a Mutinensibus persoluto. Quousque verò se protenderet ditio illa, nuper innui, hoc est usque ad Hospitalem domum Sancti Peregrini, eamque completebatur; atque ibi adhuc est finis inter Potestariam Montis Floreni & Garfagnanam, idest inter Lombardiam & Tusciam. Proinde quum Anno MCCXVI. Mutinenses obviam ituri essent Henrico Regi Friderici II. Romanorum Regis filio, per Tusciam venienti, atque in Germaniam profecturo, usque ad idem Sancti Peregrini Xenodochium solemni apparatu procefferunt, atque in eo, uti ditio- nis suae loco, puerum Regem nemine contradicente exceperunt. Cujus etiam rei monumentum perenne posteris reliquerunt in antiquissimo Regesto Communis exaratum, quod tanquam non inutile ad eorum temporum historiam editum heic volo.

Fro-

Frogerii Praetoris Mutinensis protestatio de Henrico Rege excepto a Mutinensibus in Hospitali Sancti Peregrini, hoc est in ditione & in finibus Comitatus Mutinensibus, Anno 1216.

*Confines Episcopatus Mutinae usque ad Sanctum Pelegrinum.*

**I**N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCCXVI. Indictione IV. die Sabbati, VIII. die intrante Octubri. Cum Dominus Frogerius Mutinae Potestas cum Ambaxatoribus Mutinae, videlicet Dominus Girardus Rangonus, Dominus Aldeprandinus de Pizo, Dominus Bartholomaeus de Nonantula, Dominus Richerius de Bocadelucio, Dominus Uliverius de Bocabadata, Dominus Thomaxius de Saxolo, Dominus Ardicionus de Turzsis, Dominus Guido de Lovoleto, Dominus Petrus de Sancto Marcho, omnes pro Communi Mutinae, proficixerunt Regi Henrico filio Romanorum Regis Frederici, convocato coetu virorum, Militum, & Arcatorum, Alpes Mutinae districtus & Episcopatus ascendit, & pro Communi Mutinae & Episcopatu & districtu cum illa quantitate militum, qui cum eo erant, per ipsas Alpes usque ad Hospitale Sancti Peregrini profectus est, ut praedictum Regem Henricum ibi pro confine & termino Episcopatus & districtus Mutinae secure reciperet, & ab inde versus Mutinam secure & libere pro Communi Mutinae conduceret & custodiret: ideoque in Hospitale praedictum praedictum Regem ab Archiepiscopo Palermitano sibi oblatum pro Communi recepit, custodiendum & conducendum per Alpes & Alpibus versus Mutinam, sicut ire voluerit per Episcopatum & districtum Mutinae. Protestatus fuit igitur Dominus Frogerius alta voce & palam, & coram omnibus audire volentibus pro Communi

Tom. X.

**A** Mutinae, quod terminus & confinis erat & est Episcopatus & districtus Mutinae usque ad dictum Hospitale Sancti Peregrini. Et dicit, quod ideo recipiebat praedictum Regem, & recepit conducendum & custodiendum ad honorem Civitatis Mutinae. & ad ejus periculum & ejus guardiam ipsum & omnes, qui cum eo erant, per Alpes & **B** a Sancto Peregrino versus Mutinam, usquequo protendebatur Episcopatus & districtus Mutinae. Unde ita per Episcopatum & districtum Mutinae a Sancto Pellegrino per Alpes & ab Alpibus usque ad Pontem de Guiligna, in medio alvei fluminis: in quo alveo Ambaxiatoribus Parmae & Regii, qui ibi erant, quia ulterius non protendebatur **C** Episcopatus & districtus Mutinae, voluntate Archiepiscopi eis Ambaxiatoribus conduxit & tradidit, praesentibus testibus rogatis fuerunt, scilicet superscriptis Ambaxatoribus, & Amiralio de Misna, & alii plures.

Ego Guilielmus de Caneparia sacri Palatii Notarius interfui, & jussu Domini Frogerii Potestatis Mutinae, & rogatus scribere scripsi.

**D** Tam certa verò atque explorata erat Mutinensis Populi ditio in eodem Sancti Peregrini loco antiquis etiam Saeculis, ut vel ipsa Lucensis Respublica rem lubens agnovit, ac palam confessa fuerit. Anno Christi MCCLXXXI. actum est inter Mutinenses & Lucenses de securitate viarum ad Mercatorum aliorumque ho-

H

minum

minum quietem; ac Mutinam profectis Lucensis Populi Legatis sive Syndicis, stabilita sunt, quae utriusque Civitatis utilitas exposcebat. Ejus concordiae Acta authentica e pervetusto Communis Mutinae Regesto supra evulgavi in Differtatione XXX. de *Mercat. & Mercatura*. Ibi statutum fuit, ut praeter alias vias agri Mutinensis, *Strata, quae vadit per territorium de Fraxinorio, ab HOSPITALI SANCTI PEREGRINI versùs Civitatem Mutinae, usque ad Civitatem Mutinae, & per ipsam Civitatem, asecurari debeat, & secura teneri per Commune Mutinae. Et e converso per Commune Lucanum asecurari debeat & secura teneri Strata sive caminum a praedictis locis, videlicet a Zovo Alpis* (idest a jugo Apennini, quo perveniebat altera Mutinensium via ante memorata per Fregnanum ducta, &

A unde incipiebant Lucensium fines) & *HOSPITALI SANCTI PEREGRINI versùs Lucanum usque ad Civitatem Lucanæ &c.* Acta ista peropportuna ad confirmandam Republicae Mutinensis quod est ad ejus fines usque ad *Hospitale Sancti Peregrini*, antiquam ac legitimam ditionem, conjunge nunc cum Actis subsequantium Seculorum. Certum est, Mutinenses, atque Atestinos Principes Mutinae dominantes, ad hunc usque diem illaetam servasse loci illius possessionem, & constanti jure eidem loco imperasse. Quippe Rectores ipsi Xenodochii Sancti Peregrini ab Hercule I. & Alphonso I. Ferrariae ac Mutinae Ducibus jus habendi illic Nundinas, aliaque Privilegia petierunt atque impetrarunt. Diplomata illa ex authenticis Regestis Archivii Estensis descripta apponere juvat.

### Herculis I. Ferrariae &c. Ducis Privilegium concessum Rectori Hospitalis Sancti Peregrini, Anno 1482.

**H**ercules Dux Ferrariae, Mutinae & Regii, Marchio Estensis, Comesque Rodigii &c. Serenissime Lige Locumtenens generalis. Non minus gratus, non minusque carus nobis semper fuit spectabilis Eques & clarus Iuriconsultus Dominus Jacobus olim Benedicti de Nobilibus, Civis Lucensis, & Rector ac Gubernator Hospitalis Sancti Peregrini in Alpibus nostris Mutinensibus, quam fuerit vir prestantissimus & venerabilis Dominus Leonellus olim ejus patruus, & in ipso Rectoratu immediatus praedeceffor. Nam licet univere familie suae sincera fides ac devotio in nos, ac Illustrissimam Domum nostram Estensem apertis semper documentis, & verâ, ut dici solet, experientia continue dignosci potuerit; ipse

D tamen Dominus Jacobus suos omnes nedum equare sed etiam superare miro affectu & precipua in nos, statumque nostrum fide ac devotione assidue studuit. Quamobrem nos etiam votis ac desideriiis ejus facile inclinamur, arbitantes, verum quemlibet ac magnanimum Principem decere eos, eorumque preces exaudire, quos sibi benivolentia ac fide & devotione deditissimos noverit. Cum ergo superioribus annis ad preces prefati olim Domini Leonelli tunc Rectoris & Gubernatoris Hospitalis Sancti Peregrini predicti, nonnullas immunitates atque concessiones in honorem ac beneficium & commodum devotissimi Sancti Peregrini, ac domus & Hospitalis sui predicti, & annue Solemnitatis ejus jecerimus, ut constat nostro solemniter De-

sacro sub die XXI. Octobris Anni MCCCCLXXI. quas omnes non solam servari, & illesas ex omni parte manuteneri intendimus pro tempore ac persona, & seu in personam ejusdem Domini Jacobi presentis Rectoris & Gubernatoris, sed etiam augeri & ampliores reddi, ut infra dicitur: Idcirco presentium nostrarum patentium Literarum, & Decreti serie atque tenore, ex certa scientia, animoque deliberato, in primis eidem Domino Jacobo Rectori antedicto, & in personam ejus propriam, ac pro ejus propria persona, predictas omnes concessiones ac immunitates, prerogativas, & exemptiones, per nos alias concessas presato olim Domino Leonello, & seu in personam, aut pro persona ejus, approbamus & confirmamus, ac etiam, in quantum expediat, de novo concedimus, volentes ipsas omnes hic pro expressis haberi, proinde ac si de ipsis de verbo ad verbum facta esset, ac fuisset mentio specialis. Preterea cum per aliud Decretum nostrum supra nominatum liberas & exemptas ab omnibus Datis & Gabellis fecerimus Nundinas celeberrimas, que annuatim in Alpibus predictis fiunt Kalendaris Augusti, die scilicet Festivitatis ejusdem Sancti, & die precedenti ac sequenti, ut in futurum ipse Nundine celebriores reddantur, & tutior ac liberior ad visitationem ejusdem Sancti devotissimi, & Corporis ejus ibidem jacentis, personarum accessus & concursus pateat, presato Domino Jacobo concedimus, atque statuimus, volumus, & mandamus, quod ipse Nundine sint libere, & franche, ac immunes, & exempte ab omni impedimento, novitate, ac molestia reali & personali, que pro debitis & obligationibus cujusvis nature & qualitatis, etiamsi ad Camera nostram spectarent, alicui persone inferri posset; ita & taliter quod pro

A aliquo debito, sive obligatione (exceptis tamen iis, que ibidem contraherentur tempore dictarum Nundinarum) nemo capi, nec realiter nec personaliter gravari aut molestari possit quovis modo tempore dictarum Nundinarum in domibus & Hospitali predictis, nec in aliquo loco, ubi dicte Nundine celebrantur. Salva etiam semper manente in personam dicti Domini Jacobi immunitate & prerogativa precessori suo predicto concessa pro domibus & Hospitali predictis, pro ut ultimo Capitulo alterius Decreti nostri uberius declaratur.

B Item volumus, statuimus, & mandamus, quod ipse Rector & Gubernator dicti Hospitalis, vel ejus Locumtenens, sit ille, qui omni anno tempore dictarum Nundinarum, curam, arbitrium, & facultatem habeat distribuendi, ordinandi, & locandi ibidem terrenum & postas pro stationibus, logiis, & apothecis, quibuscumque mercatoribus, artificibus, & aliis personis confluentibus ad ipsas Nundinas, secundam earum exigentiam ac necessitatem, & prout eidem Rectori, vel ejus Locumtenenti melius videbitur & placuerit; & omne lucrum, ac emolumentum ex ipsis percipiendum, ad dictum Rectorem & Hospitali predictum pleno jure spectet & pertineat, tamquam ex rebus, & bonis dicti Hospitalis. De quibus terreno, postis, stationibus, logiis, & apothecis, Potestas noster Montisfloreni, vel ejus Locumtenens, & successores ejus, vel alii quicumque Officiales se nullo modo impendant, nec intromittant; & sic ipsis omnibus expresse mandamus. Item quia nonnulli ex hominibus deputatis cum armis ad custodiam dicte Festivitatis & Nundinarum predictarum sepe numero dictis armis abutuntur, ea portantes, atque tenentes in Ecclesia ibidem cum modica sacre Domus, & illius venerandissimi Corpe-

ris reverentia, vagantes insuper, ac discurreres per omnes domos & habitationes dicti Hospitalis, & interdum sine ullo pudore volentes disponere de bonis, & rebus dicti Hospitalis pro libito eorum, & contra voluntatem dicti Rectoris & Factorum suorum: idcirco hujusmodi audacie & presumptioni omnino providere intendentes, statuimus, ordinamus, ac volumus & mandamus, quod dicti deputati cum armis ad custodiam predictam diligenter & accurate vacare debeant custodie suae, nec aliquo modo audeant stare vel morari in Ecclesia ibidem, nec etiam in domibus dicti Hospitalis, nisi horis debitis deputatis per ipsum Rectorem, & suos ad cibum recipiendum juxta consuetum. Quibus horis deputatis ut supra honeste & moderate se habeant in ipsis domibus, eam fruente liberalitate, qua erga eos uti videbitur ipsi Rectori & suis Factoribus; & ultra id in aliquibus rebus vel bonis dicti Hospitalis ipsum Rectorem aut suos turbare vel molestare non audeant sub pena nostrae indignationis. Mandantes Potestati nostro Montisflorenci predicto, & successoribus ejus, ut omni diligentia ac studio faciant predicta inviolabiliter servari tam per dictos Deputatos ad custodiam dictarum Nundinarum, quam per alios quoscumque Officiales, & cujuscumque generis personas: exhibendo etiam omnibus aliis bonum exemplum, & ordinem hunc nostrum pre ceteris servando, ut alii bono ipsorum Potestatum exemplo ullam domesticam molestiam, aut bonorum dispersionem ipsi Rectori inferre non audeant.

Uterius quia saepe numero reperitur aliqui Questuantes falso nomine S. Peregrini absque scientia dicti Rectoris, propterea volumus, & expresse mandamus, quod nulla persona cujusvis gradus aut conditionis existat, audeat que-

A fluare in aliquibus terris & locis domini nostri nomine dicti Hospitalis Sancti Peregrini sine expressa licentia & Literis praefati Domini Jacobi Rectoris antedicti, sub pena perdendi omnia questuata, ac bestias ipsorum Questuantium, & standi tribus mensibus in carcere. Et sic ipsi falso Questuantes puniri possint & debeant ad omnem instantiam & requisitionem praefati Rectoris & nuntiorum ejus per quoscumque Rectores & Officiales tam nostros, quam Nobilium nostrorum, in quorum jurisdictione questuare comperti fuerint. Item pro sustentatione domus ac Hospitalis predicti, & alimento pauperum ibidem residentium, nec non peregrinorum & advenarum illac transeuntium, concedimus eidem Domino Jacobo Rectori antedicto, quod omnes fructus & redditus percipiendi ex possessionibus, terris & bonis dicti Hospitalis, & omnes elemosyne questite, sive questuata, & questuande nomine dicti Hospitalis, undecumque de herri & conduci possint ad ipsum Hospitale libere & sine aliqua solutione tracte. Dationum & Gabellarum, per omnes terras & loca domini nostri. Postremo ut coloni & laboratores possessionum, terrarum, & bonorum dicti Hospitalis, culture ipsorum diligentius & accuratius vacare possint, volumus & mandamus, quod ipsi coloni & laboratores ubique locorum domini nostri, in omnibus benigne & favorabiliter tractentur, prout tractantur & tractari consueverunt laboratores & coloni aliorum Hospitalium, & venerabilium ac piorum Locorum ipsius nostri domini. Mandantes quibuscumque Rectoribus & Officialibus, ac subditis nostris, & quorumcumque Nobilium nostrorum tam presentibus, quam futuris, quatenus praesens nostrum Decretum, & omnia & singula in eo contenta, singula singulis debite & congrue referendo, inviolabiliter



liter servent, atque servari faciant, sub pena nostrae indignationis, & alia qualibet nostro arbitrio imponenda: non obstantibus aliquibus legibus, statutis, ordinibus, Decretis, provisionibus, edictis tam nostris, quàm Locorum nostrorum quorumcumque in contrarium disponentibus. Quibus omnibus & singulis, quantum est pro premissis & respectu premissorum, ex certa scientia de-

A rogamus. Ad quorum omnium robur & fidem presentes nostras Literas, & Decretum predictum fieri jussimus & registrari, nostrique majoris Sigilli consueti appensione muniri.

Datum Ferrariae in Palatio Curie nostrae, Anno Dominice Nativitatis MCCCCLXXXII. Indictione XV. die III. mensis Januarii.

### Alphonso I Ducis Ferrariae &c. Decretum, quo idem Privilegium confirmatur, Anno 1506.

**A**lphonso Dux Ferrariae, Mutinae, & Regii, Marchio Estensis, Rodigique Comes &c. Apparet Illustrissimum Principem & Excellentissimum Dominum, Dominum Herculem Ducem Ferrariae &c. parentem nostrum colendissimum concessisse spectabili Equiti & claro Juri consulto Domino Jacobo de Nobilibus Lucensi, Rectori & Governatori Hospitalis Sancti Peregrini in Alpibus nostris Mutinensibus Decretum tenoris infra scripti, videlicet. „ Hercules „ Dux Ferrariae, Mutinae. & Regii, „ Marchio Estensis, Comesque „ &c. (Vide supra descriptum Herculis Privilegium, quod ab Alphonso heic repetitum exscribitur.) Quum autem nobis pro parte dicti Domini Jacobi supplicatum fuerit, ut velimus eidem Decretum praefatum approbare; & considerantes ejus virtutes singulares, & praecipuum amorem, quo prosequutus est praelibatus inclytus parens noster: quod nobis plurimum afficitur pro sua optima natura; decrevimus ipsi satisfacere. Harum igitur nostrarum patentium Literarum tenore, & Decreti serie, ex certa scientia, & animo deliberato, ac de plenitudine potestatis nostrae, omnique alio meliore modo, quo magis & melius possumus, praefato Domino Jaco-

bo Rectori antedicto, & in personam ejus propriam, & pro ejus propria persona, Decretum antedictum, & omnia in eo contenta approbamus & confirmamus, & ubi opus sit, concedimus & impertimur. Volumusque, edicimus ac jubemus sub poena nostrae indignationis, & alia quavis graviore arbitratu nostro imponenda, per quocumque Officiales & subditos nostros praesentes & futuros, quorum intererit, inviolabiliter sub poena indignationis nostrae, & alia quavis graviore arbitratu nostro imponenda, prorsus observari, quibuscumque in contrarium quovis modo facientibus non obstantibus. In quorum robur & testimonium praesentes nostras Literas & Decretum fieri jussimus & registrari, nostrique majoris Sigilli consueti appositione muniri.

Datum Ferrariae in Palatio nostro, Anno Nativitatis Dominicae MDVI. Indictione IX. Calendis Decembris.

Ad ista accessit iohannes Maximiliani I. Augusti Investitura. Is enim in Diplomate Anni MDIX. Alphonso I. Ferrariae ac Mutinae Duci, inter alia confirmat Territorium vocatum Sancto Peregrino, positum in Alpibus inter Civitatem Mutinae & Civitatem

*vatem Lucae.* Quae Investitura totidem verbis a subsequentibus Augustis ad hunc usque diem confirmata fuit Ferrariae ac Mutinae Ducibus. Quod denique controversiam omnem eliminat, ut alia omittam ab antiquissimo ac immemorabili tempore, Mutinae Duces quotannis Praetorem Montis Floreni, sub quo locus est, ad Festum ac Nundinas Sancti Peregri- ni mittunt. Et is quidem (uti commemoratum quoque est in am- bobus Decretis nuper evulgatis) eò ac- cedit copiosâ militum turmâ stipa- tus, & in Xenodochio Sancti Pere- grini hospitium sumit, reos capit ac punit, ibi jus dicit, & Chartas per Notarios scribit datas in Territorio ac districtu Montis Floreni: milites etiam ad custodiam Templi, cetera- que excubias distribuit, honorifice- que in sacra illa Aede uti Minister supremi Principis excipitur. Haec autem pacifice a tot Saeculis pera- guntur, ut jam vel indocti manifeste agnoscere queant, nullam justam de hujusmodi ditione litem posse am- plius excitari.

Quod autem de amplificato agro Mutinensi antiquis Saeculis a me dictum est, vix ulla est Civitas, quae tantumdem aut plura de agro suo referre non possit. Quod solùm adjicere juvat, praeter voces *Comita-*

*tus & Districtus*, quibus designabatur territorium integrum Urbi supposi- tum, in usu etiam fuisse *Porciam & Podere*. His tamen vocabulis plerum- que Veteres usi videntur, quum Re- publica ultra antiqui sui Comitatus fines dominationem protendebat in alienos Comitatus, ne si unum voca- bulum *Comitatus* usurpatum fuisset, dubitatio suboriretur, an lex aut obligatio respiceret, quae ad ipsum Comitatum adjecta fuerant. Ita *Po- dere Comitatus Mathildis* complecte- batur universa Castella, quae in va- riis Comitatibus sparsa illius ditioni suberant. Hujus vocis significatio fugit doctissimum Du-Cangium in Glossario Latino. Denique praeter vim, qua paene omnes Italicae Ci- vitates sunt usae ad eripienda poten- tibus Castella ac Arces, & amplifi- candam ditionem suam, auctoritas etiam Imperatorum est adhibita. Ni- mirum per nova ab eis conscripta Privilegia aut veteres praedae justio- re titulo possideri coeptae sunt, aut facta est etiam nova ditionis acces- sio. En quid a Friderico I. Augusto post Pacem Constantiensem Mediola- nensis Populus impetravit. Diploma exscripti e MSto Puricelliano, exis- tente in Archivo Monachorum Ci- steraciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolani.

Friderici I. Imperatoris Diploma, per quod Reipublicae Mediolanensi concedit complura Castella sita inter Abduam & Olium, Anno 1186.

**I**N nomine sanctissime & individue Trinitatis. Fridericus divina fa- vente clementia Romanorum Imperator Augustus. Imperatoriam majestatem de- set esse non solum legibus & vigore ju- stitiae reverendam, verùm etiam largi- stis Imperialis munificentiae beneficiis

*E* commendandam. Cujus nimirum in re- bus agendis haec debet esse providentia discretionis, ut prospectâ singulorum fi- delitate, unicuique pro qualitate & quantitate servitorum ad eorum meri- ta digne respondeat. Illos autem pre- cipue familiaritatis suae gratiâ digne- tur,

bur, quos fidei constantia Principis favore dignos facit, & inperterrita strenuitatis alacritas reddidit acceptos. In quorum numero secrete computantes, imo quamplurimos anteferentes dilectos ac fideles nostros Potestatem & Conules, nec non & Commune Civitatis Mediolani, ipsi Communi jam dicte Civitatis ex mera liberalitate Imperialis gratie concedimus Rivoltam, Caxiratem, Agnianellum, Pandinum, Mixanum, Varate, Calvenzanum, Ardagum, Paradinum, Turnium, Comazanum, Gardellam, Diveram, Roncadellum, Pradam, Vidalengum, Pagazanum, Caravatum, Potenzo, Bregnanum, & omnia alia his adjacentia loca, que Commune Mediolanense quondam habuisse & tenuisse inter Aduam & Olium dinoscitur, & ut ab hinc in antea in eis omnem jurisdictionem & consuetudines, bonasque utilitates habeat tam in fodris quam in coltis & munitionibus, aliisque rationibus & oneribus ad res & personas pertinentibus; sicuti in aliis locis Mediolanensis Comitatus habere consuevit & tenere, sepe dicto Communi Imperiali auctoritate confirmamus. Et nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, neque Capitaneus, nulla Civitas, nullum Commune, nullare Potestas, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel Ecclesiastica, hanc nostre majestatis paginam audeat violare, nec predictos Fideles nostros aliquibus injuriis sive damnis preumat aggravare. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis sue componat centum Libras auri puri, quarum medietas Imperiali Camere, reliqua vero injuriam passis persolvatur. Hujus rei testes sunt Rodul-

A phus Treverensis Electus, Willelmus Assensis, Bonifacius Novariensis Episcopi, Fridericus Prepositus Sancti Thome in Argentina, Bonifacius Marchio Montisjerrati, Marchio Moroëllus, Rodolphus de Rapraëthis Wilre, Albertus Ferrariensis, Ottobellus Mediolanensis Judices Curie nostre, Guido de Sancto Nazario, & Reinerius frater ejus, Rodolphus Camerarius & alii quamplures.

Signum Domini Friderici Imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus Imperialis Aule Cancellarius vice Philippi Colonienensis Archiepiscopi & Italie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXXXVI. Indictione IV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni ejus XXXIV. Imperii vero ejus XXXII.

Datum in Territorio Cremonensi in destructione Castri Meinfredi, V. Idus Junii feliciter, amen.

Neque seigniores fuere Cremonenses sub Friderici I. filio & successore Henrico inter Augustos Quinto: nam & ipsi ab eo conquiescentibus sibi nobile Oppidum, nunc Civitatem Cremæ, atque Inulam Fulcherii: unde postea tot simultates & bella exarsere inter ipsos & Rempublicam Mediolanensem, uti Sicardus in Chronico, atque alii testantur. Ejus rei monumenta vidi in antiquis apographis, quae adservat in suo Tabulario Respublica Cremonensis, eaque uti luce digna subjicio.

Henricus VI. Rex & Imperator V. Cremonensibus concedit  
Investituram & decernit possessionem Castrum Cremæ  
& Insulae Fulcherii, Anno 1192.

**I**N nomine sancte & individue Tri-  
nitatis. Henricus Sextus divina fa-  
vente clementia Romanorum Imperator  
& semper Augustus. Eminentia maje-  
statis Imperatorie cum omnium sibi fa-  
mularum obsequiis digna semper bene-  
ficiorum impensione consuevit respondere,  
ad eos tamen uberiores liberalitatis  
sue munificentiam consuevit extendere,  
quos pre aliis purioris fidei ac seruen-  
tioris devotionis constantia sibi propen-  
sus & intensus reddit commendatos.  
Ea propter noverit unversorum fide-  
lium Imperii tam presens etas quam  
successura posteritas, quod nos fidem  
puram & devotionem sedulam dilectorum  
fidelium nostrorum Civium Cremonensium  
nostre ac Patris nostris Friderici felicitis  
memorie Romanorum Imperatoris invi-  
dissimi exhibitas celsitudini, diligenti  
circumspectionis oculo intuentes, eis &  
Communi eorum damus & concedimus  
& confirmamus omnia jura, que habe-  
mus, & nobis & Imperio pertinent in  
Castro, vel pro Castro Creme & ejus  
pertinentiis, sive in censu Libre auri,  
sive in expeditionibus sive in jurisdic-  
tione seu districtu, & in aliis quibus-  
cumque, & loca unversa & jura, que  
habemus & ad nos pertinent in Insula  
Fulcherii, & in aliis locis & pertinen-  
tiis, quae habebat vel habuit, tenebat  
vel tenuit prememoratum Commune Cre-  
monensium & Cremonenses ante reedifi-  
cationem Creme citra Serium & ultra  
Serium: & ea, que tenuit secundum  
quod prememoratus Pater noster illa eis  
dedit & concessit per suum Privile-  
gium: que omnia loca inferius scripta  
sunt, sive predicta jura consistant in

**A** plucitis, bannis, fodris, collectis mo-  
lendinis, vadis molendinorum, pi-  
cationibus, venationibus, aucupationibus,  
pascuis, herbaticis, terris, aquis, red-  
ditibus terrarum, vel aliis obventioni-  
bus, sive in expeditionibus facien-  
dis, & sicut antedictus Pater noster  
per se habuit, vel per suos Nuntios,  
sive in quibuscumque aliis. Item damus  
**B** eis, cedimus & mandamus omnia jura  
& actiones, que habemus, & nobis &  
Imperio pertinent nomine predictorum  
omnium. Et damus eis licentiam &  
parabolam auctoritate nostra intrandi in  
tenutam, Privilegia omnia apud Pa-  
pienses deposita, pertinentia ad Cre-  
mam, Insulam Fulcherii, & ad alia  
loca infra scripta, que eis reddi feci-  
**C** mus, Privilegio nostro ut eandem vim  
habeant & firmitatem, quam ab initio  
habuerunt, confirmamus, cassantes scri-  
ptum, quod Cremenses se de predictis  
habere dicunt; proponentes & consiten-  
tes, neque nos, neque sepe dictum Pa-  
trem nostrum eis hoc unquam concessisse.  
Ad hec prememoratis Cremonensibus li-  
centiam damus in predictis locis Castra  
**D** & munitiones facere ubicumque volue-  
rint inter Aduam & Oleum, & ince-  
pta reficere & meliorare. Nomina lo-  
corum, de quibus mentio prehabita est,  
sunt hec. Azanum, Farinatum, Ca-  
pralba, Campesego, Terzolascus, Sere-  
gnanum, Albernegum, Pianengum, Va-  
geranum: & hec sunt ultra Serium.  
Gabianum, Vidolascus, Casale Runcen-  
**E** gum, Camisianum, Botajanum, Ofa-  
nengum unum & aliud, Joanum, Sua-  
ve, Madeguanum: hec sunt citra Se-  
rium versus Cremonam. Hec autem  
sunt

sunt loca in Insula Fulcherii constituta, Palazum, Pignanum, Montes, Vajanzum, Bagnoli, Clevus, Cauregnarega, Palazanum, Credaria, Roveretum, Muscazanus. Montodanus, Rivoltella, Rivolta, Umbrianus: hec sunt in Valle Cremonensibus, TreSCORE, Casaletum, Bordenacium, Quintanus, Piranega, & Torlinus. Hec omnia loca, & eis pertinentia cum aliis, que prescripta sunt, prediis Cremonensibus, & eorum Communi damus, concedimus, & presentis pagine scripto roboramus. Statuentes, & Imperiali edicto sancientes, ut neque Archiepiscopus aliquis, neque Episcopus, neque Dux, neque Marchio, neque Comes, nec Capitaneus, nec Valvassor, neque Rector aliquis, aut Potestas aliqua, aut Commune Civitatis aliquod, aut aliqua denique persona parva vel magna, Secularis vel Ecclesiastica huic Præmaticæ sanctioni nostre obviare, aut aliquo temeritatis ausu infringere presumat, aut sepius dictos Cremonenses & eorum Commune in omnibus, que dicta sunt, aliquo le-

**A** sionis modo perturbare aut molestare attemptet. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis sue sexaginta Libras auri puri componat, medietatem Camere, partem residuam personis injuriam passis. Ceterum ad majorem hujus rei evidentiam, ac firmiter & stabilius hujus donationis, concessionis & confirmationis munimentum, fideles nostros Odonem de Comite, & Albertum Struxium de universis, que prememorata sunt, nomine Communitatis Cremonæ investivimus, & hoc ipsum scriptum nostrum authenticum majestatis nostre Bulla aurea jussimus communiri. Cujus rei testes sunt Cunradus Maguntine Sedis Archiepiscopus, Henricus Wormaciensis Episcopus, Bertramus Metensis Episcopus, Hermannus Monasteriensis Episcopus, Baldewinus Trajectensis Episcopus, Conradus Dux de Rotembere, Comes Albertus de Tagesbere, Comes Sigebertus de Alsacia, Bertoldus de Kunegesbere, Robertus de Durne, Marquardus Dapifer de Annewilre, Henricus Pincerna de Latra, & Conradus de Pizowithone.

Signum Domini Henrici



Sexti Romanorum Imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec Anno ab Incarnatione Domini MCLXXXII. Indictione X. Regnante Domine Henrico Romanorum Imperatore serenissimo, Anno Regni ejus XXXII. Imperii vero Primo.

Dat. apud Hagenove per manum Sigeloi Imperialis Aule Prothonotarii, III. Nomas Marcii, vacante Cancellaria.

Henrici VI. Regis & Imperatoris V. Diploma, quo confirmat Investituram Castri Cremæ & Insulæ Fulcherii, Cremonensibus, eoque in possessionem immittendos statuit, Anno 1195.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. | **D** XCV. die Martis, qui fuit sextus in Anno Domini Incarnationis MC- | | trante Mense Junii, Indictione XIII. |  
Tom. X. | | I | in

in Civitate Cumana, in Foro Communis predictae Civitatis, non multum longe a Palacio Cumani Episcopi, seu iusta ipsum Palacium, & in presentia Alberti de Carcano, & Jacobi de Turri, & Bertari de Carrobio, & Martini Fice, & Arialdi de Rivo, Cumanorum Civium, & Anzelii de Burgo, & Roberti Johannis Majoris de Cremona: Dominus Henricus, Dei gratiâ Romanorum Imperator, & Rex Sicilie, & semper Augustus, dixit aperto ore, Investituram, quam fecerat de Crema cum Vexillo & Lancea, ipsa die extra Portam de Turri predictae Civitatis Cumane, in manum Girardi de Johannebono, & Talamacii de Gaiboldis, & Oddonis de Medoligo, Consulium Civitatis Cremonae ad partem Episcopatus & Communis de Cremona, se ipsam Investituram fecisse de Crema & Insula Folcherii cum omnibus locis & territoriis & juribus & pertinentiis eorum in integrum, pro ut continetur in Privilegio de Cremona. Et ibi continuo dixit, se precipere Misso suo, ut vice sui ponere debeat superscriptum Girardum, vel alium Nuntium recipientem ex parte Episcopatus & Communis de Cremona, in possessionem de Crema & Insula Folcherii, & cum omnibus locis & territoriis & juribus & pertinentiis eorum, pro ut supra legitur, quia sic ei placuit. Et ibi intersuerunt quamplures homines Cumane Civitatis, & aliarum Civitatum Italiae, & aliarum Provinciarum.

A Ego Amizo Notarius & Judex interjui & scripsi.

Vide & aliud monumentum ad hanc ipsam rem spectans in Differtatione XI. de Allodiis. Neque in continenti duntaxat Italiae stetit imperium quarumdam Civitatum Italicarum, sed etiam in Insulas illustres, atque in Orientem est propagatum. Loquor de Venetis, Genuensibus & Pisanis, olim terrâ marique potentibus, & majori quàm nunc ditione fruentibus. Delmatiam sibi & Croaciam, aliasque Adriaci litoris Urbes Veneta Respublica sub finem Seculi a Christo nato Decimi subjecit. Tum Anno MCCIV. captâ Constantinopoli a Latinis, divisioque inter eos Orientali Imperio, Venetis ipsis ingens terrarum tractus in Oriente contributus fuit; propter quod mirum in modum amplificata est Venetorum potentia. Dandum vide in Chronico edito Tom. XII. Rerum Italicarum. Quum verò controversiae abortae fuissent inter ipsos Venetos & Francos Constantinopoli dominantes ob divisionem praememoratam Terrarum Imperii Orientalis, Arbitri electi sunt, qui omnem submoverunt causam discordiae, sententiâ promulgatâ, cujus exemplum suppeditavit mihi Bibliotheca Estensis, luce non indignum.

Sententia Judicum a Francis & Venetis electorum pro componendâ discordia de Casalibus quibusdam inter ipsos dividendis in Imperio Constantinopolitano, Circiter Annum 1205.

Noscant omnes tam presentes quam futuri, quod nos Gaufridus totius Imperii Romani Marefcalcus, &

E Milo de Bravate Imperialis Buticularius Francigene ex parte Domini Henrici Constantinopolitani Imperatoris. Bar-

Bartolotus Aldibrandus, & Andrea Bembo Judices Veneti ex parte Domni Marini Zeni Venetorum Potestatis jur... constituti per sacramentum ad disinnendum omnes questiones & distantias, que erant inter divisiones Terrarum omnium Francigenarum & Venetorum, in primis irrevocabiliter & firmiter judicamus inter eos, secundum quod veraciter coram nobis per sacramentum fuit testificatum ab hominibus regionis, ut ista Casalia, que dicuntur Lambudi, Paliromi, Icaminus, Vaticopo, Taclepeto, & Tacripo, debeant dominari a Venetis tenentibus Gallipoli & ejus pertinentia, quia sunt de sua ratione. Et Casalia, que dicuntur Charfanito, & de Amigdalea, similiter a Venetis dominantur, que sunt de pertinentia de Muntinianis. Et ista Casalia, que dicuntur Takena, & Reocomi, Venetis concedimus, que sunt de ratione de Sigopotamo. Cetera vero subscripta Casalia, scilicet Ikydonea, Calamidia, Iptelea, Ilevki, Tadecamena, Tascopa, Toypakedeo, Jagiaana, Ivomastea, & Tabatino, judicamus Francigenis, qui tenent pertinentia plagie, quia pertinent in rationem de Plagia. Similiter enim eis concessimus & ista alia Casalia,

A Tolotro, Sitanea, Tajordano, Ispartina, Iblomikiano, Tozirbopotamo, Cardidi, Taicbali, Tosarangi, Tacatocallama, Tagliato, Jerenea, Iconchi, Tomesagridi, Toagiasmato, & Rustiari, quia sunt de pertinentia de Potamia. Casale verò, quod dicitur Tacusa, pertinet in pertinentia de Sisto. Omnia verò, que judicavimus ex parte Domni Imperatoris, & Domni Potestatis, precipimus, ut ab utraque parte firmiter debeant observari.

✠ Ego Bartolotus Aldibrando Judex manu mea subscripsi.

✠ Ego Andreas Bembo Judex manu mea subscripsi.

Eadem ratione tum Genuenses, tum Pisani, Insulas Sardiniam & Corficam variis concertationibus ac variâ fortunâ sibi compararunt. Diuque Pisani in Sardinia dominati sunt, donec Aragonensium viribus cedere coacti sunt. Immo & Corficæ pars aliquandiu illorum imperie paruit: quod etiam intelligas e subsequenti Charta, quam olim nobilis vir Octavius Angelus de Abrahamo Canonicus Primatialis Pisanae, e membranâ suae Civitatis descriptam ad me misit.

### Oblatio Alberti & aliorum Nobilium de Bangnaria de Corfica facta Reipublicae Pisanae, Anno 1448.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. „ Ego Albertus de Bangnaria de Corfica quondam Domini Cacciabatis de Bangnaria per me infolidum, & pro Tedicio germano meo, & pro Domino Rainerio de Bangnaria quondam item Rainerii, & pro Domino Ildebrando quondam item Ildebrandi, & pro Domino Mezo-

E „ Guidonis, & pro Domino Orlando de Furiano quondam Johannis, „ fidele meo. & suprascriptorum omnium de Bangnaria, & pro Dominis Landulphino, & Johanne germanis, filiis quondam Idelbrandi „ de Furiano, similiter fidelibus meis, „ & predictorum omnium de Bangnaria, & pro Dominis Saraceno „ de Luciano, & Orlando & Paganello germanis, filiis quondam

„ Joannis, & pro Domino Uberto  
 „ de Montechiaro quondam Gugliel-  
 „ mi de Montechiaro, & pro Do-  
 „ minis Guidone de Rojo, & Paga-  
 „ no & Guiduccio & Guillino ger-  
 „ manis quondam Venture de Rojo,  
 „ & pro Dominis Ristagno & Gui-  
 „ lielmino de Lonca germanis, fi-  
 „ liis quondam Simonis de Lonca,  
 „ & pro Orlandino & Henrighetto  
 „ germanis, filiis quondam Domini  
 „ Guilielmi de Lonca, & pro Do-  
 „ minis Guillelio & Venaldio ger-  
 „ manis quondam Orlandi de Cru-  
 „ ce, & pro Dominis Ugone & Or-  
 „ landino de Cruce germanis, filiis  
 „ quondam Arringherii, & pro Guil-  
 „ lelio de Cruce quondam Domini  
 „ Bogis de Cruce, similiter fideli-  
 „ bus meis, & suprascriptorum om-  
 „ nium de Bangnaria, & etiam pro  
 „ omnibus aliis fidelibus meis, & su-  
 „ prascriptorum omnium de Bangna-  
 „ ria, & etiam pro omnibus fideli-  
 „ bus omnium Militum predictorum  
 „ infolidum: pro quibus omnibus  
 „ promitto de rato, & me specia-  
 „ liter meo nomine proprio obligo  
 „ ad infra-scriptam penam. Per so-  
 „ lemnem stipulationem convenio,  
 „ & promitto vobis Domino Mari-  
 „ no de Ebulo Dei & Imperiali gra-  
 „ tiâ Pisanorum Potestati pro Com-  
 „ muni Pisano & Civitate Pisana  
 „ recipienti, quoniam ab hac hora  
 „ in antea Ego & suprascripti No-  
 „ biles omnes, & eorum & cuicum-  
 „ que eorum, & mei fideles, & eo-  
 „ rum & cuicumque eorum mei he-  
 „ redes & proheredes masculini &  
 „ feminini sexus in perpetuum e-  
 „ rimus & erunt fideles Pisano Ar-  
 „ chiepiscopatus & Pisane Civitati.  
 „ Et quod non ero, nec ipsi Nobi-  
 „ les, vel aliquis eorum neque fide-  
 „ les mei, vel fideles ipsorum No-

„ bilium erunt, vel aliquis eorum  
 „ erit in consilio, vel facto, con-  
 „ sensu vel assensu, ut Pisana Civi-  
 „ tas Archiepiscopatum amittat, nec  
 „ Primatum, nec Legationem de Sar-  
 „ dinea & Corsica, nec aliquem E-  
 „ piscopatum de Sardinea & Corsi-  
 „ ca, aut dignitatem seu honorem  
 „ aut honores, quem vel quos, nec  
 „ Pisana Ecclesia vel Pisana Civi-  
 „ tas, aut Pisani Cives, seu fideles  
 „ Pisani Communis nec habent, aut  
 „ disponente Domino in antea con-  
 „ sequentur. Et si ego prefatus Al-  
 „ bertus aut aliquis predictorum No-  
 „ bilium Pisane Civitatis fuero, vel  
 „ fuerit habitator, vel alibi mora-  
 „ bor, seu morabitur totum & quid-  
 „ quid a Pisanorum Potestate vel Re-  
 „ ctore aut Rectoribus vel Consuli-  
 „ bus, qui pro tempore fuerint in  
 „ Civitate Pisana, vel ab aliquo Mis-  
 „ satico vel Missaticis, Capitaneo vel  
 „ Capitaneis de honore vel pro ho-  
 „ nore Pisane Civitatis de persona  
 „ vel rebus michi vel eis, vel ali-  
 „ cui eorum per se vel per suum  
 „ Nuntium, aut Literas injunctum  
 „ fuerit, faciam ego pro me & ob-  
 „ servabo, & contra non veniam vel  
 „ faciam per me, vel per alium a-  
 „ liquo modo vel jure. Et predicti  
 „ Nobiles & quisque eorum, & eo-  
 „ rum fideles, & cuicumque eorum, &  
 „ etiam fideles mei facient & obser-  
 „ vabunt, & contra non venient vel  
 „ facient per se vel per alium ali-  
 „ quo modo vel jure sive ingenio.  
 „ Si vero novero, aut aliquis pre-  
 „ dictorum noverit aliquem Pisane  
 „ Civitatis honorem velle minuire,  
 „ aut aliquid velle facere vel opera-  
 „ ri contra predicta, vel aliquid pre-  
 „ dictorum, ipsam sine magno gra-  
 „ vamine expensarum pro posse im-  
 „ pediam, & supradicti Nobiles &  
 „ qui-



„ quisque eorum impediēt & im-  
 „ pediet, & ne ipsi propositum for-  
 „ tiantur effectum, studio, cura, &  
 „ omni sollicitudine procurabo, &  
 „ ipsi & quisque eorum procurabunt  
 „ & procurabit. Et si hoc non pos-  
 „ sem, aut si hoc aliquis predicto-  
 „ rum non posset effectui mancipa-  
 „ re, ei, qui fuerit in regimine Ci-  
 „ vitatis Pisane per tempora consti-  
 „ tuto vel alicui memoratorum,  
 „ per me vel per alium, quamcitius  
 „ potero, referabo, & quisque pre-  
 „ dictorum per se vel per alium  
 „ referabit.

„ Cunctos Pisanos, & qui cen-  
 „ sentur aut censentur vocabulo  
 „ Pisanorum, in personis & rebus,  
 „ terrā & mari salvabo, atque de-  
 „ fendam; & quisque predictorum  
 „ salvabit & defendet, ne ullam ja-  
 „ cturam in aliquo patiantur. Cre-  
 „ dentias omnes impositas mihi vel  
 „ alicui predictorum Nobilium, vel  
 „ aliquod superscriptorum sub nomi-  
 „ ne sacramenti in credemptiam te-  
 „ nebo, & quisque predictorum No-  
 „ bilium tenebit, & nulli ad dan-  
 „ nietatem credemptiarum aliquid  
 „ pandam vel manifestabo, aut ali-  
 „ quis predictorum pandet vel mani-  
 „ festabit consilium, quod aliquis  
 „ predictorum, vel aliquis Civis Pi-  
 „ sanus a me vel ab aliquo predi-  
 „ ctorum Nobilium petierit, quo  
 „ melius cognovero, vel aliquis pre-  
 „ dictorum Nobilium cognoverit pro  
 „ honore, & utilitate Pisane Civi-  
 „ tatis, & Pisanorum Civium ei da-  
 „ bo, & quisque predictorum Nobi-  
 „ lium dabit. Et quod de Terris,  
 „ possessionibus & Castris & Villis  
 „ & jurisdictionibus & locis, fide-  
 „ libus & hominibus & personis,  
 „ quos ego prefatus Albertus, &  
 „ superscripti alii Nobiles de Ban-

A „ gnaria, & quisque eorum, & su-  
 „ prescripti fideles eorum, & mei,  
 „ habeo & teneo per me & per  
 „ alium quoquo modo vel jure, &  
 „ ipsi vel aliquis predictorum habent  
 „ & tenent quoquo modo vel jure  
 „ per se vel per alium in Corsica,  
 „ in Episcopatu Marane, & ejus  
 „ confinibus, & in Episcopatu de  
 B „ Nebbio, & ejus confinibus, & in  
 „ Episcopatu Ampugnagni & in e-  
 „ jus confinibus, quas terras, pos-  
 „ sessiones & Castra & Villas &  
 „ jurisdictiones & loca & fideles &  
 „ homines & personas, ego supra-  
 „ scriptus Albertus pro me & supra-  
 „ scriptis Nobilibus omnibus, con-  
 „ fiteor esse Communis Pisani. Et  
 C „ quod ea omnia ego superscriptus  
 „ Albertus & predicti Nobiles, &  
 „ quisque eorum & mei & eorum &  
 „ cujusque eorum majores & ante-  
 „ cessores, habuimus semper & te-  
 „ nuimus in feudum & jure feudi a  
 „ Comuni & pro Comuni Pisan-  
 „ no; & nominatim Castrum dictum  
 D „ Bigullia cum omnibus suis Villis  
 „ & pertinentiis & hominibus &  
 „ personis; & Palatium de Burgo  
 „ cum turribus & domibus & omni-  
 „ bus pertinentiis suis; & Castrum  
 „ dictum Stella cum omnibus suis  
 „ Villis & pertinentiis & hominibus  
 „ & personis; & Castrum de Mon-  
 „ techiario cum omnibus suis Villis  
 „ & pertinentiis, & personis & ho-  
 E „ minibus; & medietatem Castri de  
 „ Furiato cum omnibus suis Villis  
 „ & pertinentiis & hominibus &  
 „ personis; & Castrum de Cruce  
 „ cum omnibus suis Villis & perti-  
 „ nentiis & hominibus & personis;  
 „ & etiam partem Castri dicti Pa-  
 „ trimogni cum tertia parte Villa-  
 „ rum & pertinentiarum & homi-  
 „ num & personarum superscripta-  
 „ rum.

rum. Cujus suprascripti Episcopatus de Marana confines comprehenduntur hoc modo, videlicet a loco dicto Lavasina usque ad Limone, & a fauce de Gaulo usque ad locum dictum Locca sive Loccia. Faciam ego & suprascripti Nobiles, & quisque eorum faciet pacem & guerram cum omnibus hominibus meis & ipsorum meis & eorum & cujusque eorum propriis expensis contra omnes personas & loca ad voluntatem Pisani Communis in tota & per totam Corsicam, & ejus fortia & districtu, contra omnes inimicos Pisani Communis presentes & futuros. Et quod salvabo & predicti Nobiles salvabunt, & quisque eorum salvabit omnes homines & personas & eorum bona Pisane Civitatis & districtus, & que censentur & censentur vocabulo Pisatorum, in personis & avere. Et quod de supradicta Terra, & de predictis Castris & hominibus ipsius Terre & ipsorum Castrorum, & hominibus, quos habeo, & predicti Nobiles habent, ut dictum est, in suprascriptis Episcopatibus, & quolibet eorum faciam, & predicti Nobiles facient hostem & cavalcantem contra omnem personam & locum in tota Insula Corsice, & in qualibet ejus parte ad voluntatem & mandatum Pisani Communis

„ Et quod patiar ego suprascriptus Albertus, & predicti Nobiles omnes patientur, & pati & permitti faciam, & ipsi facient ab omnibus hominibus meis & ipsorum, Commune Pisarum, & homines singulares Pisani Communis, & qui censentur & censentur vocabulo Pisatorum, habere

A „ refugium, sanos & naufragos, in  
 „ prosperitatibus & adversitatibus eorum in dicta Terra; & facere  
 „ guerram stando & non stando in dicta Terra omnibus inimicis Pisani Communis. Et eos & quemque eorum salvabo & juvabo, & predicti Nobiles & quisque eorum, salvabunt & juvabunt, salvabit & juvabit, & salvari & juvari faciam  
 B „ & facient ab omnibus & singulis personis meis tam in mari quam in terra. Et quod ego prefatus Albertus, & predicti Nobiles omnes, & quilibet eorum, & heredes & proheredes mei, & cujuscumque predictorum in perpetuum habebimus & tenebimus in feudum & pro feudo & jure feudi a Comuni & pro Comuni Pisano Terras & possessiones & Castra & Villas & jurisdictiones & loca & homines & fideles & personas predictas. Et quod tempore guerre de terra, quam Commune Pisani haberet cum aliqua persona vel loco, ego prefatus Albertus cum predictis Nobilibus de Bangnaria habeo & tenebo, & ipsi omnes mecum habebunt & tenebunt, & mei & eorum heredes & proheredes masculini & femminini sexus in perpetuum habebunt & tenebunt in Civitate Pisana tempore guerre unum Militem formatum equis & armis necessariis, meis, & predictorum Nobilium, nostrorumque heredum & proheredum expensis omnibus, pro faciendum servitia Pisane Civitati ad voluntatem Pisani Communis. Et quod ego cum predictis Nobilibus de Bangnaria annuatim dabo & portabo & offeram, vel dari & portari vel offerri faciam, & ipsi Nobiles de Bangnaria mecum mei  
 „ & eo-

„ & eorum heredes & proheredes  
 „ masculini & femminini sexus in  
 „ perpetuum dabunt, & portabunt  
 „ & offerent, & dari & portari &  
 „ offerri facient in Festo Sancte  
 „ Marie de Augusto, videlicet in  
 „ Vigilia festivitatis ejusdem apud  
 „ Ecclesiam Sancte Marie Pisane  
 „ majoris Ecclesie unum Cereum si-  
 „ ve Candelum Librarum viginti-  
 „ quinque cere, ubi & sicut alii  
 „ Pisani Cives dare & portare &  
 „ offerre Candelos sive Cereos con-  
 „ sueverunt. Et insuper ego Alber-  
 „ tus vobis superscripto Domino  
 „ Marino de Ebulo Pisarum Potesta-  
 „ ti pro Communi Pisano & Civi-  
 „ tate Pisana recipienti, convenio &  
 „ promitto meo nomine proprio prin-  
 „ cipaliter me facturum & procura-  
 „ turum ita quod superscripti Nobi-  
 „ les de Bangnaria, & superscripti  
 „ eorum fideles omnes, & quisque  
 „ eorum, & mei & cujusque eorum  
 „ heredes & proheredes masculini &  
 „ femminini sexus in perpetuum,  
 „ hec omnia superscripta & singula  
 „ superscriptorum firma & rata ha-  
 „ bebunt & tenebunt, & facient &  
 „ observabunt; & contra predicta  
 „ vel aliquid predictorum non ve-  
 „ nient vel facient ipsi vel aliquis  
 „ eorum aliquo modo vel jure. Et  
 „ quod sic faciam & curabo, quod  
 „ superscripti Nobiles omnes de Ban-  
 „ gnaria, & superscripti eorum fide-  
 „ les, & quisque eorum insolidum,  
 „ predicta omnia & singula predicto-  
 „ rum, sicut dicta sunt, facient &  
 „ adimplebunt & ratificabunt & pro-  
 „ mittent & convenient & confite-  
 „ buntur & jurabunt, & se & suos  
 „ heredes, & bona inde Communi  
 „ Pisano insolidum obligabunt ad  
 „ infrascriptam penam, scriptura pu-  
 „ blica interveniente ad voluntatem

A „ & inquisitionem Pisani Communis  
 „ seu Missati orum aut Ambaxiato-  
 „ rum, vel Missatici vel Ambaxia-  
 „ toris, iturorum vel venturorum,  
 „ ituri vel venturi in Corsicam no-  
 „ minatim & specialiter pro hac  
 „ causa vel pro hoc facto.  
 „ Hec omnia superscripta & su-  
 „ pscriptorum singula, sicut dicta  
 B „ sunt, ego prefatus Albertus per  
 „ solemnem stipulationem convenio  
 „ & promitto vobis superscripto Do-  
 „ mino Marino Pisarum Potestati  
 „ pro Communi Pisano & Civitate  
 „ Pisana recipienti, sic facere &  
 „ observare & adimplere, & fieri &  
 „ adimpleri & observari facere, &  
 „ ratificari & confiteri & promitti  
 C „ & jurari & obligari facere a pre-  
 „ dictis Nobilibus de Bangnaria &  
 „ eorum fidelibus omnibus, & a  
 „ quolibet eorum in omnibus & per  
 „ omnia, ut supra scriptum est. Que  
 „ omnia & singula predictorum, si-  
 „ cut dicta sunt, si non fecero &  
 „ observavero, & fieri & observari  
 „ & adimpleri & ratificari & confi-  
 „ teri & promitti & jurari & obli-  
 „ gari a predictis Nobilibus de Ban-  
 „ gnaria, & eorum fidelibus omni-  
 „ bus & a quolibet eorum in omni-  
 „ bus & per omnia, ut superscri-  
 „ ptum est, non fecero, aut si ita  
 „ factum & observatum non fuerit,  
 „ vel si contra predicta vel aliquid  
 „ predictorum aliquo tempore, ullo  
 „ modo vel ingenio factum fuerit,  
 „ convenio & promitto & compono  
 „ dare & solvere vobis superscripto  
 „ Domino Marino Pisano Potestati  
 „ pro Communi & Civitate Pisarum  
 „ recipienti penam duarum millium  
 „ Marcarum argenti. Qua pena so-  
 „ luta semel vel pluries. hec omnia  
 „ superscripta manean firmitate, o-  
 „ bligando me & meos heredes, &  
 „ omnia

„ omnia mea bona habita & habenda, que bona me pro Communi Pisarum constituo possidere: renuntiando omni juri & auxilio & exceptioni & constitutioni & privilegio fori, quibus me tueri vel juvare possem, & nominatim a prefata pena; salvis omnibus honoribus Marchionum de Massa, huic contractui, vel alicui aut aliquibus in hoc contractu comprehensis, in nullo contrariis vel nocivis, ita videlicet quod si aliqua contraria vel nociva inventerentur, istos contractus, & omnia & singula in hoc contractu comprehensa servent, & non illa in aliquo.

„ Quapropter nos memoratus Dominus Marinus de Ebulo Pisavorum Potestas, habito majori & generali Consilio Pisane Civitatis de Senatoribus, & Capitaneis militum, & Consulibus maris, & Consulibus Mercatorum, & Consulibus quatuor Artium, & Consulibus & Capitaneis portuum Sardinie, & de centum bonis & sapientibus Viris de unoquoque Quarterio Civitatis Pisane, personam campanam, & etiam voce preconiata more solito, in Ecclesia Sancte Marie Pisane majoris Ecclesie congregato; sequentes formam ipsius Consilii Generalis, devotionem fidei tue superscripti Alberti, & superscriptorum Nobilium omnium de Banguaria, & eorum fidelium predictorum, plenius attendentes, recepto etiam pro Communi Pisarum & Civitate Pisana a te suprascripto Alberto sacramento fidelitatis consueto, in ipso generali Consilio, ut in Carta inde rogata per Bonaccursum quondam Henrici Cancellarii Pisani Communis continetur, pro Communi Pisarum & Civitate Pisana, & superscripto Al-

A „ berto recipienti pro te & tuis heredibus & proheredibus masculini & feminini sexus in perpetuum, & pro suprascriptis Nobilibus de Banguaria, & unoquoque eorum, & cum jusque eorum heredibus & proheredibus masculini & feminini sexus in perpetuum, dammodo ipsi & quisque eorum superscripta omnia & singula predictorum faciant & observent & adimpleant & ratificent & promittant & conveniant & confiteantur & jurent, & se & suos heredes & bona in Communi Pisano in solidum obligent ad eandem penam superscriptam scriptura publica interveniente, sicut in omnibus & per omnia dictum est supra: Dumus, concedimus, & largimur in Feudum omnes superscriptas Terras & Possessiones & Castra & Villas & Loca & Jurisdictiones & Fideles & Homines & Personas supranominatas & nominata, scilicet tibi suprascripto Alberto ea, que tu inde habes & tenes, seu que ad te pertinent, & cuique predictorum Nobilium ea, que inde habet & tenet, seu habent vel aliquibus eorum pertinet; promittentes pro Communi Pisano & Civitate Pisana, te predictum Albertum, & predictos Nobiles, & quosque eorum, & eos & eorum & cuiusque eorum heredes & proheredes masculini & feminini sexus in perpetuum, predictas terras & possessiones & Castra & villas & loca & jurisdictiones & fideles & homines & personas, si dicti Nobiles predicta fecerint, ut dictum est, defendere & manutere ab omnibus personis & locis inferentibus vel facientibus injuriam vel gravamen, excepto quod a Domino nostro Imperatore. Salvo tamen in predictis, quod si guerra vel discordia esset inter aliquos superscriptorum Nobilium

„ vel

„ vel fidelium eorum, vel inter homi-  
 „ nes eorum vel aliquorum eorum &  
 „ alios Pisanos Cives sive fideles Pisa-  
 „ ni Communis, quod Commune Pisanum  
 „ non teneatur juvare aliquem ipso-  
 „ rum ab altero nec alteri ipsorum  
 „ contra Cives & fideles suos de pre-  
 „ dictis, sed possit se ad concordiam  
 „ interponere inter eos tamquam inter  
 „ Cives Pisanos & fideles Pisani Com-  
 „ munitatis, & deinde inter consortes ra-  
 „ tionabiliter cognoscere & sententiali-  
 „ ter diffinire, non praejudicando, nec  
 „ obstante quod pro Pisanis possint sem-  
 „ per juris ordine conveniri. Et quod  
 „ Commune Pisanum recipiet omnes &  
 „ singulos Nobiles predictos & Cives Pi-  
 „ sanos & eos & eorum homines salva-  
 „ bit & custodiet in personis & rebus,  
 „ sanos & naufragos tamquam Cives.

„ Et salvo quod aliquis de terra su-  
 „ pra-scriptorum Nobilium de Bangna-  
 „ ria non stasiat, ne bona alicujus eo-  
 „ rum, nisi fuerit principalis in debito  
 „ vel fidejussor ex pacto appposito inter  
 „ eos. Et salvo quod si aliquis exierit  
 „ de terra supra-scriptorum Nobilium  
 „ de Bangnaria, & pro eundo ad ali-  
 „ quam aliam partem ad habitandum,  
 „ & nollet servire Communi Pisano, &  
 „ dictis Nobilibus, & dicti Nobiles  
 „ vel aliquis eorum podere suum alicui  
 „ alii locarent, predicti Nobiles non  
 „ teneantur inde sibi facere rationem;  
 „ nec etiam ille, qui dictum podere  
 „ habuit, cogatur a Communi inde fa-  
 „ cere rationem. Et salvo in predictis  
 „ omnibus dirictu Degathie consueto Ci-  
 „ vitatis Pisane. Hec omnia supra-scri-  
 „ pta & supra-scriptorum singula, nos  
 „ supra-scriptus Dominus Marinus de E-  
 „ bulo Pisanus Potestas pro Communi  
 „ Pisano & Civitate sequentes formam  
 „ supra-scripti Generalis Consilii conve-  
 „ nimus & promittimus tibi supra-dicto  
 „ Alberto recipienti pro te, & tuis

Tom. X.

A „ heredibus, & proheredibus masculini  
 „ & feminini sexus in perpetuum, &  
 „ pro dictis Nobilibus omnibus de Ban-  
 „ gnaria, & eorum & cujusque eorum  
 „ heredibus & proheredibus masculini  
 „ & feminini sexus in perpetuum, si  
 „ ipsi supra-scripta omnia fecerint, ut  
 „ dictum est supra, sic facere & atten-  
 „ dere & observare ad penam duarum  
 „ millium Marcarum argenti per stipu-  
 „ lationem promissam; qua pena soluta  
 „ semel vel pluries, hec omnia in sua  
 „ maneat firmitate. Obligando nos &  
 „ nostros successores pro Communi Pisa-  
 „ no, & ipsum Commune Pisanam, &  
 „ tibi supra-scripto Alberto recipienti  
 „ pro te & supra-scriptis Nobilibus, &  
 „ ipsis Nobilibus, si predicta fecerint,  
 „ ut dictum est, & tuis & eorum he-  
 „ redibus. Renuntiantes omni juri, au-  
 „ xilio, & exceptioni & constitutioni,  
 „ quibus nos pro Communi Pisano, &  
 „ Commune Pisanum tueri & juvari  
 „ possent, & nominatim a pena.

„ Et sic dictus Dominus Marinus  
 „ Pisanorum Potestas pro Communi Pi-  
 „ sano & Civitate Pisana dictum Al-  
 „ bertum recipientem pro se & suis he-  
 „ redibus & proheredibus masculini &  
 „ feminini sexus in perpetuum, &  
 „ pro supra-scriptis Nobilibus de Ban-  
 „ gnaria, & eorum & cujusque eorum  
 „ heredibus & proheredibus masculini  
 „ & feminini sexus in perpetuum,  
 „ dummodo ipsi predicta omnia faciant,  
 „ ut dictum est, de supra-scripto Fendo,  
 „ & de predictis omnibus per Vexillum  
 „ Sendadi vermili investivit.

E „ Actum Pisis in Curia supra-scripta  
 „ Potestatis, in qua fuerunt Consilia  
 „ Senatus, que est intra Dodor.... de  
 „ Cantone; presentibus Boccio Judice,  
 „ & Rainerio de Curte Judice, & Ton-  
 „ dato Judice, & Rainerio Bottacci,  
 „ & Contingo Torpetis Marzucci, &  
 „ Sigerio Conesse Judice & Advocato

K

„ Pisa-

„ *Pisani Communis, & Bonaccursi de*  
 „ *Monti Cancellario Pisani Communis,*  
 „ *& Jacobo quondam Bonaccursi, &*  
 „ *Matteo quondam Salvii, Notariis*  
 „ *Cancellarie Pisani Communis, & aliis*  
 „ *testibus ad hec rogatis. Dominice In-*  
 „ *carvationis Anno MCCXLVIII. Indi-*  
 „ *ctione VI. Nono Kalendas Decembris.*  
 „ *Ego Bonajunta Adjuti Coltellarii*  
 „ *filius, Domini Frederici, Dei gratia,*  
 „ *serenissimi Romanorum Imperatoris,*  
 „ *Hierusalem & Sicilie Regis, Nota-*  
 „ *rius, hec omnia, sicut in Actis Can-*  
 „ *cellarie Pisani Communis inveni, ita*  
 „ *scripsi & firmavi &c.*

Ad haec ipsi Pisani, potissimum  
 verò Genuenses, multa commoda,  
 jura, atque etiam dominia conquisie-  
 runt in Regno Hierosolymitano, at-  
 que in Imperio Graecorum, uti earum  
 Urbium Historiae a me editae  
 sertos nos faciunt. Sunt etiam haec  
 de re monumenta aliqua infra mihi  
 divulganda in Dissertatione XLIX. de  
*Civitat. Italicar. foeder.* Sed antequam  
 hoc argumentum dimittam, monitum

A Lectorem volo, perturbatis iis tem-  
 poribus non defuisse Nobiles viros,  
 qui quum sibi imminere sentirent po-  
 tentiam Italicarum Civitatum, omnia  
 videlicet sibi finitima invadentium,  
 opportuno sibi subsidio consulabant.  
 Scilicet quod non pauci e Populo  
 faciebant, ut publicis oneribus prae-  
 dia sua subducerent, donando ipsa  
 Ecclesiis, eaque subinde recipiendo  
 ab illis titulo Emphyteusis: idem  
 praestitere Nobiles viri, sua nempe  
 Castella donando Romanae Ecclesiae,  
 atque illa rursus ab ea recipiendo  
 Emphyteutico, aut alio titulo. Mul-  
 ta moris hujus exempla praebit  
 hoc Opus: sed ne locus hic teste ca-  
 reat, tabulas dabo e Regesto MSto  
 C Cencii Camerarii excerptas. Ferve-  
 bat Anno MCXLIV. bellum inter  
 Pisanos & Lucenses, ac propterea  
 Guido S. R. E Cardinalis, ejusque  
 frater Ubaldinus, ut *Castellum Mon-*  
*ti alti* decertantium violentiae eripe-  
 rent, illud Apostolicae Sedi dono de-  
 derunt, a qua postea in Feudum ac-  
 ceperunt.

Instrumentum concessionis & donationis factum Lucio Papae II.  
 super Castro Montis Alti, Anno 1144.

**I**N nomine Domini. Anno Dominicae  
 Incarnationis, Millesimo Centesimo  
 Quadragesimo Quarto. Anno primo Pon-  
 tificatus Domini Lucii II. Papae, Indi-  
 ctione VII. mensis Martii die XVIII.  
 Nos quidem Dei gratia Guido sanctae  
 Romanae Ecclesiae Diaconus Cardi-  
 nalis, & Ubaldinus, germani fratres,  
 Alti quondam Ugonis de Castro Fi-  
 cherclae, hac die propria nostra volun-  
 tate concedimus, donamus, atque offe-  
 rimus, & per hanc Chartulam ad ve-  
 ram proprietatem corporaliter tradimus  
 tibi Domino nostro Lucio, venerabili Pa-

D papae II., & per te beato Petro Aposto-  
 lo, sanctaeque Romanae Ecclesiae, tui-  
 sque successoribus in perpetuum: idest  
 totam & integram nostram portionem,  
 quae nobis competit de Castello, qui  
 vocatur Mons Altus, per emtionem,  
 quam fecimus ex eo a Gandulfo de Bi-  
 bone: simul & alias duas partes eju-  
 sdem emtionis, quas mihi Ubaldino con-  
 cefferunt Ubichio & Ranutius germa-  
 ni mei, sicut in ipsius concessionis Char-  
 tula, quam & tibi tradidi, continetur:  
 sicut ipsae quatuor nostrae partes  
 dictae emtionis sunt mixtae cum quinta  
 par-

parte Torpini, filii quondam Rollandi bonae memoriae fratris nostri. Posita in Episcopatu Lucensi juxta Aruum, una cum terris, vineis, cultis & incultis, silvis, rivis, fontibus, paludibus, & pantanis, & cum omnibus ad ipsas quatuor nostras partes praesatae nostrae emtionis intus & de foris generaliter & in integrum pertinentibus. Qualiter nobis pertinent jure hereditario, seu quolibet modo, ita tibi & beato Petro, sanctaeque Romanae Ecclesiae, vestrisque successoribus ad usum & utilitatem beati Petri donamus in perpetuum pro amore Dei omnipotentis & beati Petri, & animarum nostrarum & parentum nostrorum; ut a praesenti die liceat vobis exinde facere quicquid volueritis in perpetuum. Nos igitur & nostri heredes defendere promittimus ab omni homine si necesse fuerit. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quolibet modo venire tentaverimus, & cuncta, quae dicta sunt, non observaverimus, & si

A ea defendere noluerimus, aut non potuerimus tam vos, quam nostri heredes componamus tibi & sanctae Romanae Ecclesiae pro poena decem auri Libras; & soluta poena haec donationis Chartula perpetuo firma permaneat. Quam scribendam rogavimus Johannem Scribarium sanctae Romanae Ecclesiae in Mensis & Indictione superscripta VII.

B † † Signum manuum praescriptorum Guidonis Diaconi Cardinalis, & Ubalдини fratris ejus, hujus Chartulae rogatorum.

Isti sunt testes: Hiacynthus Dapifer Domni Papae; Docibilis; Stephanus Theophilecti; Johannes Bonus Gonsabulus; Rogerius de Lettulo.

C Alterum exemplum ex eodem Registro desumptum addo, videlicet Castri Moriciclae in Ducatu Spoletano sita, quo tempore Ducatui illi praeerant Duces ab Imperatoribus electi.

### Donatio Castri Moriciclae facta Romanae Ecclesiae a Marrone Gisleri filio, Anno 1078.

I N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno VI. Pontificatus Domini Gregorii Papae VII. Mense Nomembri, die XVII. Indictione II. Romae. Ego Marro Gisleri filius, habitator in Ducatu Spoletano, pro redemptione animae meae & parentum meorum, dono, trado atque offero beato Petro Apostolorum Principi, & super Altare ejus, omnia, quae mihi pertinent de Castro, quod vocatur Moricicla, possum inter Muricem & Clarignanum: quod conquestum habeo per

D concambiationem a Litaldo & Hugone nepotibus Hugonis filii Ascari, in Plebe de Luzzano, reservato usufructu diebus vitae meae, & Brittuli filii mei & filiorum Brittuli, si masculi fuerint de legitimo conjugio procreati.

E Ita in Hispania, atque in Regno Legionis, spectasse olim ad Ecclesiam Romanam Castrum Toraph, discimus e subsequentibus literis Regiis, quas idem Regestum mihi supeditavit.

Litterae Ferrandi Regis Castellae Domino Papae Gregorio destinatae  
super restitutione Castris Toraph Fratibus Militiae S. Jacobi,  
nomine Romanae Ecclesiae restituendi, Anno 1172.

**S**anctissimo Patri & Domino Gregorio  
divinâ providentiâ sacrosanctae Ro-  
manae Ecclesiae summo Pontifici, Fer-  
randus Dei gratiâ Rex Castellae &  
Toleti, Legionis, & Galliciae, salutem  
cum obedientia tam debita quàm devo-  
ta. Notum sit Sanctitati vestrae, &  
omnibus aliis praesentem paginam in-  
specturis, quod ego Ferrandus Dei gra-  
tiâ Rex Castellae & Toleti, Legio-  
nensis & Galliciae, recognosca, & pro-  
mitto, quod decedentibus sororibus meis  
Domina S. & Domina D. vel intranti-  
bus Religionem, aut nubentibus, seu  
recompensationem aliquam accipientibus,  
Castrum Toraph Fratibus Militiae  
Sancti Jacobi in pristino statu nomine  
Ecclesiae Romanae tenendum libere res-  
tituam, sine omni contradictione. Con-  
fiteor etiam & recognosca, quod non  
fuit intentionis meae, nec est, per ver-  
ba donationis & concessionis posita in  
Instrumento compositionis factae inter  
me & sorores meas praedictas super  
Regna Legionis aliquod Sedi Apostolicae

**A** matri meae praesudicium generare. Et  
ideo volo, quod illa verba in praedicto  
Instrumento compositionis inter me &  
dictas sorores meas posita, damus &  
concedimus, quantum ad hoc pro non  
appositis habeantur. Protestor tamen,  
quod per hoc nullum juri Regio praesu-  
dicium generetur, quod ei in praedicto  
Castro competit, vel competere debet.  
**B** Et ut hoc scriptum firmum sit & au-  
thenticum, meo Sigillo ipsum munio,  
roboro & confirmo.

Facta Charta apud Reg.... Exp....  
IV. die Octobris, Era MCCLXXII.

**C** Burgi quoque Dolensis, celebris  
nunc in Gallia loci, ditionem per-  
tinuisse olim ad eandem Ecclesiam  
Romanam, subsequens Charta nos  
edocebit, e Cencii Regesto pariter  
descripta. Nam verò per Abbatem  
Dolensem, an alio titulo, domina-  
retur loco illi Romana Ecclesia,  
aliis decernendum relinquo.

Juramentum fidelitatis, quod praestitit Nobilis Vir Willelmus filius  
quondam Andreae de Calviniaco Dominus Castris Rodulfi pro  
Burgo Dolensi, cujus custodiam ab Ecclesia Romana  
recepit. Fortasse circiter Annum 1075.

**E**go Willelmus filius quondam An-  
dreae de Calviniaco, Dominus Ca-  
stris Rodulfi, ab hac hora in antea fi-  
delis ero beato Petro, Domino meo Pa-  
pae Gregorio, & successoribus ejus ca-  
nonice intrantibus, & Ecclesiae Roma-  
nae. Non ero in facto, neque in dicto,  
neque in consilio, ut vitam perdant


**D** aut membrum, aut mala captione ca-  
pianur. Consilium quod per se vel Nuz-  
tium aut literas suas mihi crediderint,  
ad eorum damnum me sciente nulli pan-  
dam. Si eorum certum damnum scive-  
ro, si potero, remanere faciam; & si  
non potero, significabo eis per me vel  
per literas, aut nuntium meum, aut  
dicam



dicam tali personae, quam eis credam pro certo dicturam. Patrimonium & alia Regalia beati Petri, quae nunc habet, vel in antea acquiserit, & specialiter Burgum Dolense, cujus custodiam ab Ecclesia Romana teneo, adjutor eis ero, & Abbati Dolensi, qui pro tempore fuerit, quo ad Burgi custodiam, ad defendendum: quae non habet, recuperandum: recuperata ad retinendum, & defendendum contra omnes homines. Legatos & Nuntios

A Ecclesiae Romanae honorifice suscipiam, & benigne tractabo, & per totam Terram meam, & alibi, ubicumque per me aut meos potero, securum eis pro meo posse praestabo conductum. Haec omnia observabo bonâ fide sine fraude & malo ingenio. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia.

B Nos nunc aliis moribus vivimus; at jocundum est discere, quibus viverent & Majores nostri.



D E  
S O C I E T A T E  
L O M B A R D O R U M,

A L I I S Q U E

C I V I T A T U M I T A L I C A R U M,

S E R V A N D A E L I B E R T A T I S C A U S S A,

E T

D E P A C E V E N E T A

E T C O N S T A N T I E N S I.

D I S S E R T A T I O

Q U A D R A G E S I M A O C T A V A.



# DISSERTATIO

## QUADRAGESIMA OCTAVA.



Uti jam in superioribus ostendi, complures e Civitatibus Italicis sese in libertatem erexerant Saeculo Christianae Aerae Undecimo, sed praecipue Duodecimo. Et nulla ex iis fortassis erat, quae Imperatoribus subesse, eorumque supremam dominationem agnoscere nollet. Singulae hoc minime molestum sibi, immo pergratum esse fatebantur. Sed Caesareis Praesidiis, hoc est Marchionibus, Comitibus &c. amplius parere, & ab iis sinere sese in posterum regi, id sane tota animi contentione detrectabant. Interim tanta rerum conversio nondum, uti videtur, ullis Augustorum Privilegiis generalibus probata, nedum constabilita fuerat. Tacebant, connivebant Imperatores, atque ex ipso eorum silentio multum juris sibi accessisse Civitates putabant; consuetudo enim vim legis ac privilegii interdum sibi in politicis negotiis conciliat. In eo statu res Italicae erant, quum Anno MCLIV. Aerae Christianae, in Italiam descendit Romanorum Rex electus Fredericus I. vir alti animi, acris ingenii, multarumque virtutum consensu ornatus; quae ipsum ad sublime culmen gloriae efferre potuissent, nisi nimia ira ambitioni immodera-

Tom. X.

A tae conjuncta eximium virum in praecipue tandem egissent. Adducebat ille secum praegrandem cupiditatem restituendi Romano Imperio antiquam faciem, & recuperandi jura Italicorum Regum & Caesarum, quae inter seditiones & bella praecedentium temporum pessimum pleraque ierant. Neque desiderata est opportunitas, ut voti compos fieret. B Inclytae Urbis Mediolanensis potentia ac fama tum propriis opibus, tum Civium multitudine, ac artium bellicarum studio, supra ceteras Longobardiae Civitates affurgebat. Neque suis finibus contenti Cives (quod fieri solet, ubi vires suas homines sentiunt) sibi Novocomenses, Laudenses, aliosque conterminos Populos, inflicto bello, sibi obtemperare coegerant. Ticinensibus etiam, Cremonensibus, aliisque finitimis Urbibus, & Marchioni Montisferrati minitabantur, ac bellum inferebant: quae res multorum odium & iram in ipsos convertit. Vix ergo Fridericus formidando exercitu stipatus C Italiam intravit, quum conjuratae Civitates nonnullae, & aliquot Principes adversus Mediolanensem Populum animos Regi addidere, alioqui jam irato, quod male a Mediolanensibus accepti Nuntii sui antea fuissent. *Tunc Mediolanenses* (ut verbis Radulphi, sive Sire Raul, utar Tomo VI. pag. 1174. *Rer. Italicar.*)

L

CLIII

cum Papiensibus erant in guerra. Venit ergo Fridericus, ut Longobardos miro modo subjugaret. Et quum sibi videretur necessarium alteram partem eligere, utilius duxit parti Papiensium adhaerere, ne si Mediolanensium partem amplexus esset, alterâ parte Longobardiae subjugatâ, Mediolanenses, qui fortiores erant, rebelles existerent. Quae Fridericus eâ tempestate egerit, quaeve fuerit molitus, ut arduum opus impleret, non est hujus loci pluribus persequi. Ottonis Frisingensis, Radevici, Ottonis Morenae, aliorumque Scriptorum monumenta prostant, quae Lector per se consulat, quotiescumque velit. Illud mihi adnotandum, ubi denique suspicio intravit, nihil minus cogitasse Augustum, quàm de Italia universa sibi subjicienda, eâque ad illam servitutum redigendâ, quae sub Carolo Magno, aut Ottone I. in usu fuit, coepisse Italicarum Urbium fortissimas ac potentissimas, simulque Principes praestantissimos, sibi consulere, ne partâ libertate exuerentur, atque ut commoda illa, quae a majoribus acceperant, retinerent. Illorum etiam animos urebat Friderici crudelitas, qui Urbes ad sibi parendum segnes debellasse non contentus, omni abjectâ misericordiâ, ad solum prosterni jubebat. Timebant sibi omnes, & in alieno exitio suum unusquisque contemplabatur. Quare non Mediolanenses tantum, Brixiani, Veronenses, Bononienses, aliaeque Urbes, sed etiam Hadrianus IV Papa, & Guilielmus Apuliae & Siciliae Rex, secreta miscere consilia, & occultis foederibus se contra artes ac impetum Friderici praemunire coeperunt. Hadrianum exacerbaverant injuriae Legatis suis, iisque sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, inflictae

A in Germania, tum ipsius Friderici minae, aliaeque similitates inter eos obortae. Praeterea videbatur Imperator, sibi in ipsam Romanam Urbem plus tribuere aut arrogare velle auctoritatis ac dominatus, quàm ejus Praedecessores fecissent. Nam quum Romani adversus ipsos Summos Pontifices seditione motâ, ab Arnaldo Brixiano antea fascinati, Senatum instaurassent, expulissent etiam Praefectum Urbi, qui Magistratus Romae pro Imperatoribus ab antiquo tempore sedebat, seditque deinde usque ad tempora Innocentii III. Papae, ut in ejus Vita habetur: Fridericus Anno Christi MCLIX. receptis Senatus Populique Romani Legatis, cum eis egit non solum de recipiendo Praefecto, ut Radevicus Lib. 2. Cap. 41. scribit, sed etiam de stabiliendo Senatu: qua ex re nimium laedebantur jura ac Privilegia Romanorum Pontificum. Ad haec Guilielmus Siciliae Rex non immerito potentiam & consilia Friderici Augusti formidabat. Ipso enim Anno, quo is Imperialem coronam Romae suscepit, hoc est Anno MCLV. jam ad Guilielmi perniciem Imperator anhelarat, & ab exercitu in ipsum deducendo non longe fuit, uti testatur Otto Frisingensis Lib. 2. Cap. 25. de Reb. gest. Friderici. Verum pauci adhuc palam se prodere hostes fortissimi Imperatoris auebant. Uni Mediolanenses, cedentibus aut latentibus paene ceteris prae metu, obistere non semel apertâ facie non dubitarunt, bellumque sustinuerunt, quandiu potuerunt. At quum Populi multi nullum non moverent lapidem, ut Mediolanum, conterminorum nempe, uti aiebant, *malleum* contunderent atque deprimerent, & victori Augusto sese aliarum Urbium copiae volen-

volentes nolentesve \* accessissent: Anno tandem MCLXII. deditioem fecere Mediolanenses Friderico, pactis intercedentibus, quae ab ipso violata iidem postea contenderunt. Barbarico more excisa tunc est amplissima Civitas, moenia, aedes, vetera monumenta dejecta, foveae solo aequatae; ne ipsa quidem Tempia iram victoris effugerunt. Populus verò hac illac dispersus innumeras calamitates diu vorare coactus est, quas Radulphus Mediolanensis in suo Commentario enumerat.

Concussit universam Italiam tam potentis ac splendidae Urbis miserabile excidium, & subsequuta Brixiae aliarumque Civitatum deditio. Jamque videbatur Fridericus omnia ad suum libitum componere posse. & manum postremam imposuisse operi, quod praecedente Anno MCLVIII. felicissimo successu inchoarat. Tunc enim solemnibus comitiis universarum fere Lombardicarum Civitatum ac Principum Ronchaliae habitis, *super iustitia Regni, & de Regalibus, quae longo jam tempore seu teneritate pervadentium, seu neglectu Regum Imperio deperierant, studiose differente Friderico, quum nullam possent invenire defensionem excusationis, tam Episcopi quam Primates, & Civitates uno ore, uno assensu, in manum Principis Regalia reddidere, primique resignantium Mediolanenses exstiterunt.* Ita Radevicus Lib. 2. Cap. 5. Paria habet Otto Morena in Historia Laudensi pag. 1017. Tomi VI. Rer. Italicar. Quid verò nomine *Regalium* significaretur, ipse nobis Radevicus edisserat. *Adjudicaverunt, inquit, Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatus, Moretas, Telonia, Fodrum, Vedligalia, Portus, Pedatica &c.* Fridericus

ipse, quae *Regalia* forent *jura* prodidit in Diplomate, per quod Astensi Populo ejusque Rectoribus Anno MCLIX. privilegia aut largitus est, aut confirmavit. Editum fuit hoc Diploma ab Ughellio Tomo IV. Ital. Sacr. in Episcop. Astensibus. Et quanquam ibi nomina vitiosa pro more sint, non desinent lucera ministrare praesenti argumento. *Haec itaque, ait Fridericus, Regalia esse dicuntur: Moneta, Viae publicae, Aquatica, Flumina, publica Molendina, Furni, Furellica, Menjurae, Banhattica, Portus, Argentaria, Pedagia, Piscationis redditus, sextaria vini & frumenti, & eorum quae venduntur, Placita, Batalia, Rubi, Restitutiones in integrum, & alia omnia, quae ad Regalia jura pertinent.* Nulla heic gladii potestas memorata. Sed quando supra is concedit Astensibus, eorumque Potestatibus *Districtum*, idem jus hoc nomine concessisse mihi creditur. Ad Radevicum redeo, atque ad Annum MCLVIII. Tunc Fridericus, ut gloriam liberalitatis sibi conquireret, odiumque Italicae gentis aliqua ex parte a se amoliretur, *his omnibus in Fiscum adnumeratis, tantà circa pristinos possessores usus est liberalitate, ut quicumque donatione Regum aliquid horum se possidere instrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc Imperiali beneficio & Regni nomine, id ipsum perpetuò possideret.* Eximiâ hac Friderici I. felicitate fervente, Genuenses antea reluctantes, ejusque se submittere voluntati renuentes, in mitiorem opportunioremque tempori sententiam Anno ipso MCLXII. inclinarunt. Testatur Caffarus Auctor Synchronus Lib. I. Annal. Genuens. pag. 278. Tom. VI. Collection. hujus, *Fridericum*

L 2

\* Vel redundat illud *se se*, vel loco *accessissent*, quod verbum incuriâ excriptorum irrepserit, legendum *adierissent*, aut quid simile: nullquam enim nec apud Ciceronem, nec apud alios bonae latinitatis scriptores reperio *accedere se se ad aliquid*, sive *ad aliquem*.

vicum prae cunctis Caesaribus intendendo ad reintegrationem Imperii, sub iugo triumphationis suae univerforum colla subiecisse. Tum postquam retulit horrendum Mediolanensis Urbis excidium, haec subdit: Sicque factum est, ut omnes Civitates & Loci Lombardiae, & maritimarum partium usque Romam, nimio timore perterriti & commoti, in omnibus Imperatori obedientes fuerunt. Itaque Genuenses ad Fridericum Augustum Legatos misere, ut coram ipso jurarent fidelitatem Imperii; quibus ille cuncta Re-

A galia Civitatis & possessiones, quas tenebant, & multa alia concedendo, per Privilegium aureo sigillo signatum in perpetuum signavit & confirmavit. Non ingratum Lectoribus futurum puto, si eorum oculis Privilegium ipsum exhibeam, honorificum sane inclytæ illi Reipublicae, ex quo elucere quodammodo possit, quid aliis etiam Civitatibus liberis indultum eo tempore fuerit, nisi quod multis ex eis Augustus Potestates sive Praetores dedit, Genuensibus autem jus eligendi sibi Consules intactum reliquit.

Friderici I. Imperatoris Diploma, quo Consulibus & Comuni Genuae illorum jura confirmat & auget, & multa Privilegia concedit, Anno Christi 1162.

**F**ridericus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Licet ad decorem & honorem Imperii, & ad nostram simul gloriam spectet, universos Imperii nostri fideles conservare & tueri, diligere & amplecti; ad illorum tamen praecipue tutelam propensus studium & vigilantioram curam merito debemus adhibere, de quorum devotione, de quorum servitio & labore circa exaltationem nostrae Coronae melior spes nobis incipit sincere & fiducia provenire. Congruum igitur & rationabile videtur, nos eorum fidelia obsequia cum largiflua benignitate & Imperiali munificentia ad servitium & honorem Imperii benignius applicare, quorum industria & virium potentia ad conservandum Reipublicae statum prae ceteris gloriosum conferre potest incrementum. Unde quia Januensem Civitatem a prima sui fundatione caput suum inter alias Civitates maritimas altius extulisse, & perspicuis virtutum atque multarum probitatum operibus terrâ marique omni tempore prae-

C pollere veraciter audimus: placuit nostrae Majestati tantorum virorum, omnium videlicet Januensium fidelitatem eligere, tenere, & cum omni benevolentia prae aliis conservare, eosque in commune congruis honoribus & amplioribus beneficiis semper honorare, praesertim cum nos ipsorum servitiis & strenuis laboribus gratanter uti, maxime in mari navalibus bellis velimus, juxta illud nostrae voluntatis propositum, quo non solum in terra, sed etiam in mari gloriam & honorem Romani Imperii dilatare modis omnibus & corroborare intendimus ac desideramus. Ea propter cognoscant universi fideles Imperii praesentes & futuri, quanto gratiae nostrae & honoris titulo, quanta omne beneficiorum collatione, quanto dilectionis emolumento Civitatem Januae exaltandam digne duximus & honorandam. Concedimus enim & donamus Consulibus & Comuni Januae in Feudum, ut quoties hostem vel expeditionem aut exercitum facere voluerint, salvâ tamen fidelitate Imperiali,



li, habeant totam maritimam a Portu Monachi usque ad Portum Venerii in illo hoste, exercitu, vel expeditione: sane hoc statuentes, ut propter hoc in ceteris iustitia Comitum aut Marchionum non minuat. Item donamus & concedimus in Feudum Consilibus & Communi Januae liberam potestatem eligendi ex se ipsis, firmandi & habendi Consules, & eis utendi, qui habeant jus & facultatem liberam faciendi iustitiam & puniendi maleficia in Civitate & districtu suo, bona fide, legitime, & secundum bonos mores ipsius Civitatis, & eis aliàs Potestatem non imponemus. Praeterea Castra omnia, Portus, Regalia, possessiones, jura, & res univasas, quas in Citramarinis vel Ultramarinis partibus tenent, habent, vel possident, aut alius eorum nomine, eis concedimus & donamus in Feudum, & de gratia nostra in perpetuum Imperiali auctoritate modis omnibus confirmamus. Proprietates autem & Allodia eorum eis libere concedimus. Item concedimus & damus eis in Feudum Syracusanam Civitatem cum pertinentiis suis omnibus, & ducentas quinquaginta Cabellarias terrae in Valle Nothi ad Caballariam illius terrae. Et si fortè ibi deerit, in terra Comitum Simonis quod defuerit impleatur. Praeterea concedimus & damus eis in Feudum in unaquaque Civitate maritima, quae propicia divinitate a nobis capta fuerit, vel nobis reddita deinde, Ragam anam, eorum Negotiatoribus convenientem cum Ecclesia, balneo, fundo & furco. Concedimus quoque eis, ut in aliqua Terra, quam de cetero Deo auctore conquiserimus eorum auxilio assistente, nullum dicitum, nullum pedatum, dactam quamlibet, usintiam, vel impostiorem dent hominibus eorum, etiam si abhinc nobis reddita fuerit. Concedimus quoque & damus Consilibus &

A Communi Januae liberam potestatem expellendi Provinciales Francigenas, euntes per mare & redeuntes a negotiatione totius Siciliae & totius Maritimae, & Calabriae, & omnis Principatus Venetorum etiam, nisi ipsi Veneti gratiam nostram & bonam voluntatem fuerint consecuti. Et damus eis, quod in Terris, quibus negotiatum ierint, homines eorum habeant unum vel duos vel plures Januenses, qui inter eos iustitiam faciant & rationes. Et quod Mercatores eorum ubique libere possint habere suum pondus & suam mensuram, quibus inter se res, merceque suas recognoscant.

B Item concedimus & damus eis, quod si quis ad ipsius Iudices aliquem Januensem, vel hominem districtus eorum, qui sit Januensis, vel in Terris, quas eis concessimus, querimoniam fecerit non teneatur Januensis, vel homo districtus eorum conquerenti facere rationem, nisi ante Januenses Iudices. Ibi quidem secundum Leges nostras Romanas & bonas Consuetudines eorum iustitiam faciant conquerenti. Et si nos praeceperimus, alicui faciendam esse iustitiam, infra terminum convenientem ei iustitiam faciant Januenses Iudices secundum quod praedictum est. Quod si noluerit, ante nos ipsa iustitia fiat. Et concedimus eis, ut omnium mobilium, sicut est in auro, argento, monetis, & panis sericis praeter incisos, quae ceperint ipsi Januenses, medietatem nos & alteram medietatem habeant ipsi Januenses. Ita tamen quod Consules bona fide laborent, ut ipsa mobilia in ipsorum veniant potestate, & sic disponatur. Reliqua omnia ex nostra liberalitate eis concedimus. Praeterea quartam partem totius pecuniae Palatii, praeter gemmas, quae ad nos pervenerit, & reddita fuerit, ipsis Januensibus Imperali liberalitate concedimus, & bona fide stude-

studebimus, ut in nostram potestatem deveniat ipsa pecunia, & sic disponatur sine fraude. Item voluntarie concedimus eis, ut si a proxime praeterito Festo Paschae, ex quo die de gratia nostra adipiscenda Januenses studuerunt, eorum pecunia capta vel detenta est a Siculo vel aliqua persona per eum terra vel mari deinceps capta fuerit vel impedita, habeant ipsi Januenses vicepsimam totius captae pecuniae, quae ad nos & eos pervenerit, si damnum tantum fuerit. Si verò minus fuerit, pro ratione amissae pecuniae restitutio minuatur. Ita tamen quod damnum amissae pecuniae per juramentum illorum, qui damnum passi fuerunt, cognoscatur, vel Consulatum sub sua credulitate hoc juramentum facientium sine fraude. Item generali Edicto & Banno, speciali auctoritate Imperatoria sancimus, ut nulla persona major, minor, vel media, aliquos Januenses, vel illos, qui cum eis fuerint, in rebus vel personis offendat. Et si quis temerario ausu contra facere praesumpserit, vindictam inde faciemus, & justitiam secundum quod in Edicto & Banno expressum fuerit; nisi quantum per parabolam non coactam illius, qui injuriam passus fuerit, aut Januensium Consulatum remanserit. Nec cogemus exercitum Januensium alio ire, nisi nominatim ad Terras inter nos & eos expressas & nominatas, absque eorum bona voluntate. Nec cogentur Januenses facere nobis hostem vel expeditionem aliam praeter istam. Nisi si perdidimus (quod absit) Civitatem aliquam de maritimis, aut maritimam ab Arelate usque ad Montem Sancti Angeli, & in Apulia atque Calabria vel Sicilia, quatenus ad eas partes poterunt navigio pervenire, tunc bona fide adjuvabunt nos perdita recuperare. Nec distringentur amodo Januenses dare obsides, vel pecuniam ipsi, vel homines eo-

rum districtus contra suam voluntatem. Et faciemus jurare Consules Papias, Placentias, Terdonas, & Ast, sive Potestatem earum Civitatum, & Marchionem de Monteferrato, & Henricum Guercium Marchionem, & Marchiones de Buscho, & Marchionem Malaspinam, quod quamdiu Januenses fuerint in expeditione nostra, nullam offensionem vel injuriam facient Januensi Civitati, vel in ejus districtu, vel hominibus de Januensi districtu, aut in rebus eorum in aliqua parte, ubi habeant potestatem. Et si quis contra facere praesumpserit, bona fide eos defendent, & adjuvabunt. Et hoc totum in debito fidelitatis eis in ungemus: & si ipsi offenderint, quod hoc bona fide emendent. Nostro quoque Privilegio firmamus, quod nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Gastaldio, nulla magna vel parva Imperii nostri persona, in iis, quae Januensibus Consulibus & Comuni Januae concessimus, tam in Civitate Januae, quam extra, vel quae Deo auctore in futurum concedemus, inquietare, molestare, offendere, vel disvestire praesumat. Et si quis contra facere praesumpserit, poenam mille Librarum auri puri componat, medietatem Camerae nostrae & alteram medietatem ipsis Januensibus inferendam. Et ab hac die in antea non faciemus nec consentiemus fieri pacem, finem, treuciam, aut Guerram recruditam cum Wilielmo Siculo, vel successore ejus, aut aliquo alio sine parabola non coacta omnium Januensium Consulatum vel majoris partis, quae tunc temporis fuerit. Ut autem auctore Domino ista sint perpetuo valitura, Wilielmus Advocatus Aquisgranum per nostram parabolam, & per nostram praescriptum juravit super nos, quod haec omnia observabimus.

Haec sunt nomina Testium, in quorum praesentia haec acta sunt. Reinaldus Coloniensis Archiepiscopus, Henricus Leodiensis Episcopus, Hordiel Bastienensis Episcopus, Hermannus Constantiensis Episcopus, Hermannus Ferdensis Episcopus, Uto Nuringurgensis Episcopus, Hermannus Hildenheimensis Episcopus, Garsendonius Mantuanus Episcopus, Udalricus Augensis Abbas, Hermannus Hensfeldensis Abbas, Henricus Protonotarius, Cunradus Palatinus Comes Rheni frater Domini Imperatoris, Henricus Dux Austriae patruus Domini Imperatoris, Theudericus Marchio, Otto Palatinus Comes de Witelinesbac, Comes Albertus de Saxonia, Comes de Theto de Saxonia, Comes Rodolphus de Phalendors, Comes Udalricus de Lenbebuch, Burcardus Castellanus de Magdeburgh, Comes Emecho, Wilielmus Marchio Montisferrati, Marchio Obizzo Malaspina, Henricus Wercius Marchio, Comes Wido de Blandrato, Udalricus de Hurnins, Gebeardus de Luggemberge, Marquardus frater ejus, Cunradus de Ammebech, Henricus Mariscalcus, Beltrordus Trif..... Camerarius, Cuno Camerarius, Wilielmus Advocatus Aquisgrani, Hartmannus Camerarius, Ubertus de Olevachus, Wico de Sancto

A Yabano, Allo Vexillifer, Gilio de Davara, Otto de Perfico, Obizo Buca, & alii quamplures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Udalricus Cancellarius vice Reinaldi Coloniensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Sexagesimo Secundo, Indictione Decima, Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore invictissimo, Anno Regni ejus Decimo, Imperii vero Septimo.

Datum Papiae apud Sanctum Salvatorem in Palatio Imperatoris post destructionem Mediolani, & deditorem Brixiae & Placentiae, V. Junii feliciter. Amen.

Ferrariensis quoque Populus, Ottone Morena teste, circiter haec tempora ab ipso Augusto Praetorem accepit. Verum perturbatis iterum rebus, ut Ferrarienses sibi benevolos, & auxiliares efficeret, nobili Privilegio eorum libertatem ac jura confirmavit. En illud, quale mihi se obtulit in vetustissimo Regesto, quod Archivum Estense adservat.

### Privilegium Friderici I. Imperatoris concessum Ferrariensi Civitati, Anno 1164.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Ex quo summa Dei providentia terreni Imperii gubernacula regenda nobis commisit, haec fuit intima cordis nostri voluntas, & speciale propositum, ut illos, quorum fides sincera & devotio pura circa nos & Imperium laudabiliter enitebant, congruis

E honoribus & beneficiis decoremus, & de ipsorum puritate ac fidei constantia, talem eis retributionem reddamus, ut minus fidelium corda ad servendum Imperio alacrius provocentur. Quia vero Ferrariensis Civitas in pura fide per exerans, plurima praestata & honesta servitia semper nobis & Imperio fideliter contulit, & quia pro motione & guerra Venetorum, Paduanorum, Vicen-

Vicentinorum, & Veronensium, qui cornua rebellionis & superbiae contra nos & Imperium erexerunt, dampnis fortassis & laboribus subjacebunt, & in conducendo nobis forum transitu navium, aliisque servitiis nostris plurimas difficultates tolerabunt, & ad hoc ut de fidelibus fideles reddantur, & debitum servitium Imperio devotius exhibeant: Notum facimus universis Imperii nostri fidelibus praesentibus & futuris, quod nos mediante & auctore dilecto & Illustri Principe nostro Christiano, sacri Palatii Cancellario, qui eorum fidem & puritatem nobis approbavit, hanc benignitatis nostrae gratiam Ferrariae Consulibus, Alberto videlicet de Aldigerio sacri Palatii Judici, Joculo Lenguette, & Guidotto Judici, qui ad nos venerunt pro toto Populo, & ut in solita & debita fide circa nos, & Imperium perseverent, concessimus & confirmavimus, ut de cetero habeant liberam facultatem eligendi Consules, & dimidium ripae, dimidium quoque fori Sancti Martini. Widias, & tanfas omnes a flumine Tartari usque ad Mare, & tertiam partem portus Salis; & omnes habitantes in Episcopatu & districtu obediant Civitati in facienda expeditione, & aliis necessariis Civitati, & redditus molendinorum; & quod Consules habeant facultatem exercendi justitiam intus & extra, & tam in civilibus causis, quam in latronibus, strateriis, falsariis, & aliis maleficiis, & in mensuris, & in aliis causis. Et quod nullum theloneum, aut ripaticum in suo Episcopatu vel districtu dabunt. De placitis extraneorum dimidiam partem, & praeterea omnes bonas consuetudines, quas consueverunt habere sive in Arimaniis, sive in aquis, sive in ripis, aut in terris, vel uxoribus, vel filiis, vel villanis, vel servis, aut in aliis rebus a flumine Tartari usque ad Mare, &

A per omnes alios terminos, qui in autentice Praedecessorum nostrorum Regum Romanorum & Imperatorum Privilegiis continentur, vel quos hactenus per se habere consueverunt, vel per nostros Nuntios, qui ibi fuerint. Insuper concedimus eis omnes bonas consuetudines, quascumque in toto Episcopatu suo & districtu habere consueverunt.

B Haec omnia praedicta eis indulgimus & corroboravimus, salva eâ Imperiali justitiâ, quam nobis reservamus. Praedictos quoque redditus molendinorum concedimus eis a flumine Tartari usque ad Mare. Statuentes igitur firmiter jubemus, ut de cetero nullus Archiepiscopus, non Episcopus, non Dux, vel Marchio, non Comes, vel Capitaneus, nulla Potestas, vel Civitas, non Rectores vel Consules, nullaque persona magna sive parva, Secularis vel Ecclesiastica eos in hac nostra constitutione molestare vel inquietare praesumat. Si quis vero hanc nostram auctoritatem violare presumpserit, centum Libras auri purissimi pro poena se compositurum cognoverit, dimidium Episcopo nostro, & dimidium praedictis fidelibus nostris Ferrariensibus. Hujus autem rei testes sunt Conradus Maguntinus Archiepiscopus, Rainaldus Colonensis Archiepiscopus, Henricus Leodicensis Episcopus, Christianus Curiae Cancellarius, Hermannus Heresellenensis Abbas, Albertus de Aldigerio, Joculus filius Lenguette, Guidottus Consules, Turcbus frater Lenguette, Mainardus de Marchisio, Henricus filius Henrici de Bonovicino, Bonusjohannes Judex, Petrusbellus, Rodulfus Donaldi, Asdratus de Aitingo, Ottolinus de Marchione Mainardi, Albertus de Lusfa, Johannes Baruani, & alii quamplures. Ut autem haec verius credantur, & ab omnibus inviolabiliter observentur, praesentem inde paginam scribi, & sigillo nostro jussimus premuniri.

Si-

Signum Domni



Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Christianus Curiae Cancellarius, vice Domni Rainaldi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiae Archicancellarii recognovi.

Actum eſt Anno Dominicae Incarnationis Miſſiſimo Centeſimo Sexageſimo Quarto, Indictione XII. Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno Regni ejus XII. Imperii verò VIII.

Datum apud Sanctum Salvatorem juxta Papiam IX. Kalendas Junii.

Subſequenti quoque Anno Mantuanum Populum ad ſe adtraxit, i-  
nitis cum eo pactis, & Privilegio | A | conſeſſo, quod ex Archiducali Ar-  
chivo ejus Urbis deſcripti.

Friderici I. Auguſti Privilegium, quo Regalia & alia jura  
Mantuanò Populo concedit, Anno 1105.

**F**Ridericus Dei gratia Romanorum  
Imperator Auguſtus. Tante cle-  
mentie noſtri Imperii dignitas ſemper  
fuit, quod fidelium ſuorum votis &  
precibus aures benignitatis numquam  
negavit, ſed cum omni favore, & ple-  
na gracia atque dilectione ad omnimo-  
dam ipſorum voluntatem benignum omni  
tempore inclinavit aſſenſum. Sicut ipſa-  
rum rerum effectus frequenter declara-  
vit. Nos enim conſtantiam fidei & fa-  
vorem amoris fidelium noſtrorum om-  
nium Mantuanorum circa honorem Im-  
perii, & noſtrum diligentius conſideran-  
tes, eorumque multa & praeclara ſer-  
vicia in memoria & prae oculis noſtris  
habentes, quod ipſi bona fide & alacri  
devotione ſemper Imperio exhibuerunt,  
quod etiam a noſtra fidelitate nec pre-  
cio nec promiſſionibus unquam receſse-  
runt. Ex noſtra Imperiali largitate &

Tom. X.

B | clementia, interventu etiam & petiti-  
one venerabilis atque dilecti noſtri Epi-  
ſcopi Mantuani Gaſſendonii, quem  
circa nos ſemper fidelem invenimus, ea  
beneficia, quae in ſequentibus declaran-  
tur, praedictis fidelibus noſtris Man-  
tuanis cum omni benevolentia concedi-  
mus & donamus: Fictum regalium cen-  
tum Librarum, & ipſa Regalia eis re-  
mittimus, & amplius non repetemus:  
C | Expeditionem Romanam, Apuliae, Sici-  
liae, & Calabriae ſimiliter eis remitti-  
mus: Expeditionem quoque & guerram  
contra Veronenſes, & Venetos, Padua-  
nos, & Vicentinos ſimiliter eis remit-  
timus. Promittimus etiam, quod nec  
nos noſtri habitationem faciemus in Ci-  
vitate Mantuae vel in Episcopatu ad  
faciendum guerram ſupradictis Civitati-  
bus contra voluntatem Communis Man-  
tuae. Statum quoque & honorem Man-  
tuae,

M

tue,

tue, & bonas consuetudines, quas habebunt ante introitum in Italiam sue possessiones ab eis possessas eis conservabimus. Civitatem Mantue & suburbia non destruemus, nec destrui permittemus, sed illesa conservabimus. Et si aliquando contigerit ipsos Mantuanos intrare guerram pro nobis contra Veronenses, & contra praedictas Civitates, eos jurabimus, sicut bonos fideles, nec sine ipsis pacem vel concordiam cum illis faciemus. Et haec tria extrema capitula inferiora Colonienfis Archiepiscopus Reinaldus & Otto major Palatinus sacramento super Evangelia firmari fecerant, quod a nobis debeat observari. Hujus rei testes sunt R. Colonienfis Archiepiscopus, & Henricus Leodiensis Episcopus, Otto major Palatinus, Henricus Marscalcus, Marquardus de Grumbac, Conradus Pincerna, Rodingerius Camerarius, Rodulfus Mantuanus Imperialis Camere Judex, Ugo Azonis Henrici, Sigifredus de Sancta Agatha.

Data Papie apud Sanctum Salvatorem, VI. Kalendas Junii. Sicut Raynaldus Colonienfis Archiepiscopus juravit, ita Christianus Imperialis aulae Cancellarius juravit, presentibus Comite Lantelmo, Malvitio, & Agnello sacri Palatii Judice, & Adbelardo, Anno Millefimo Centesimo Sexagesimo Quinto, Indictione XII.

Verum Friderico I. diuturna quies non fuit. Inscio ipso, ut par est credere, illius Praesides, Legati, ac Magistratus nihil non licere sibi putabant in subiectam gentem. Populosque jam profligatos, quos ubique intolerando fastu, contumeliis, atque avaritia opprimebant, nunquam profecto recogitantes celebris Lucani Poetae effatum: *Spoliatis arma supersunt & furor*. Itaque Anno MCLXVII. impotentiam victricis Germanicae

A gentis non diutius ferentes, & truculentum regimen perosi, iterum in conjurationes secretas, tum in aperta foedera ac bella erupere. Testem do Acerbum Morenam, qui licet Friderico Augusto addisset. summum se ubique prodat, attamen in Historia Laudensi pag. 1133. Tomi VI. Rer. Italicar. postquam tradidit, Procuratores Imperatoris ultra quam soliti fuerant, saevire coepisse in Langobardos, & multis ac diversis injuriis eos oppressisse, haec scripta reliquit: *Mediolanenses quum multo magis quam alii Langobardi ita opprimerentur, quod nullo modo evadere, aut vivere posse putarent, tandem cum Cremonensibus & Pergamensibus atque Brixienfibus se cum Mantuanis ac Ferrariensibus colloquium fecerunt. Qui omnes quum insimul coadunati fuissent, ac mala & incommoda a Procuratoribus Imperatoris & Missis sibi illata vicissim inter se retulissent, melius esse cum honore mori, si oporteret, & aliter fieri non posset, quam turpiter, & cum tanto dedecore vivere statuerunt. Quapropter illi statim foedus omnes inter se inierunt, & concordiam &c. salva tamen, sicut dicebatur palam, Imperatoris fidelitate. Antea quoque, hoc est Anno MCLXIV. Veronenses, Patavini, Vicentini, Tarvisini, aliique ejus Marchiae Populi iisdem de causis ab Imperatore defecerant. Accesserunt ergo & isti ad reliquos Langobardiae Populos, & foedus concordibus animis percussere contra Fridericum. Nervos etiam belli, hoc est pecuniam. testante eodem Acerbo Morena, Veneti iis conferebant. nimium sibi a victore, ac tanta moliente Augusto & ipsi metuentes. Majora etiam Langobardis polliciti sunt, ac praestitere Guilielmus Siciliae Rex, immo & ipse Graecorum Imperator*

Manuel, quem Anconitani tutorem sibi adsciverant; ac demum Alexander III. legitimus Pontifex, quando Fridericus nefarium schisma in Ecclesia Dei, & Pseudo-Pontifices, pertinaciter fovere pergebat. Hinc ergo nata celeberrima *Societas Lombardorum*, in quam sensim confluxere Veneti, Bononienses, Mutinenses, Regienses, Parmenses, Placentini, Cremonenses, Comenses, Novarienses, Vercellenses, Astenses, Opizo Marchio Malaspina, aliique Proceres ac Populi, immanem superbiam Friderici, ejusque Praefecto-

A rum impotentiam ac rapacitatem non diutius toleraturi. Quibus autem pactis inter se hujusmodi Civitates foedus inierint, tabulae in Archivo Reipublicae Bononiensis adservatae nobis significabunt. Has debeo una cum aliis id genus inde descriptis generoso animo, benignaeque erga me benevolentiae insignis Proceris Bononiensis, hoc est Marchionis Francisci Zambeccarii, qui haec monumenta ad gloriam suae patriae, atque ad utilitatem rei literariae mihi suppeditavit,

Societatis Lombardiae rudimenta prima, & sacramenta Civitatum in eam consentientium, Anno 1167.

E Go juro, quod adjuvabo Venetias, & Veronam, & Castrum, & suburbia, & Vincenziam, & Paduam, Trivizium, Ferrariam, & Brixiam, Bergamum, Cremonam, Mediolanum, Laudum, Placentiam, Parmam, Mutinam, Bononiam, & omnes homines, & omnia Loca, quaecumque fuerint in hac Concordia, cum his praedictis auctoritatibus & ceteris, qui in concordia fecerint nobiscum hoc sacramentum, contra omnem hominem, quicumque nobiscum facere voluerint guerram aut malum, contra quod velit nos plus facere quam fecimus a tempore Henrici Regis usque ad introitum Imperatoris Friderici. Et non ero proditor alicujus suprascriptorum Locorum, vel alterius, qui nobiscum fuerint in hac concordia. Et si scivero aliquam personam, quae velit hoc facere, vel si quis me de hoc interpellaverit, quamcivis potero in communi concione vel Consilio manifestabo. Et si qua gens venerit supra aliquam suprascriptarum Civitatum vel Locorum vel hominum, & ibi damnum

C advenerit, nos illud damnum restitueamus, aut per concordiam, aut sicut illi iactaverint per libram hoc damnum, scilicet in equis aut in armis, si per commune Consilium cujuscumque Civitatis aliquam Civitatum, vel Castrum proeliabunt, & inde damnum advenerit, similiter restitueamus. Praeterea si amodo de inimicis aliqui capti fuerint ab his Civitatibus, aut ab aliis, quae erant nobiscum in concordia, & de nostris ab inimicis capti fuerint, similiter cambientur sine contrarietate, bona fide. Studio, e non offendam personas vel res eorum, qui hoc sacramentum fecerint, exceptis hominibus meae Civitatis. Et si fecero infra triginta dies, postquam mihi requisitum fuerit sigillo illius Civitatis, caput causae restituam, nisi parabolam illius, qui damnum passus fuerit, vel Rectoris illius Civitatis remanserit. Et praeceptum & praecepta omnia, quae Rectores meae Civitatis mihi fecerint, & dis. . . . . sacramenti super attendam his negotiis sine fraude, nisi remanserit parabolam alienjus

Refloris meae Civitatis, & nisi fuerint pecuniâ corrupti, vel timore suarum personarum, vel propter captionem hoc fecerint. Vel si aliquid suprascriptorum acciderit vel si exierit de sua administratione, ego ero operator eligendi alios infra quindecim dies, & eorum praecepta attendam. Similiter neque pacem, neque concordiam, aut guerram recrudutam aut treguam faciam sine communi consensu & consilio suprascriptorum Locorum & adjuvabo omnes homines, qui fecerint hoc sacramentum, contra omnem hominem, qui hac occasione voluerit eos offendere. Et jurare faciam omnes homines masculos mecum habitantes, quatuordecim annos habentes usque ad sexaginta, infra mensem, postquam iuratum habuero, exceptis Clericis, Commissis, Alideratis, Mutis, Caecis. Et haec omnia a proxima Pascha ventura usque ad Annos viginti. Non fraudulenter dimittam, quin totum adimpleam bona fide, sine fraude, & malo ingenio, & quae praedicta sunt, omnia observabo Civitati praedictae. Et omnes, qui fuerint secum in concordia hac, exceptis Veneticis, qui ita debent jurare scilicet cum navibus usque in Brentam & usque in Civitate Nova, si opus fuerit, & usque in Messrem & Baledello, & per mare & per Padum, & per alias aquas dulces, ubi possunt sine fraude. Similiter & tu non teneris venire mecum per aquam in aliqua parte sine tua voluntate, si nos jurabimus Venetiis, sicut circumdat antiquus Fluvius, & usque Lacetum & usque Lipientia. Praeterea si aliquid habere aliunde advenerit, aut ab Imperatore Constantinopolitano, aut a Rege Siciliae, salvo nobis Veneticis hoc, quod nos Marchianis dedimus, & eo dispendio salvo, quod fecimus in legatione praedicti Imperatoris aut Regis pro hac re bona fide omnia partiemur,

A. & sine fraude erimus studiosi operari omnia ad communem voluntatem. Et quidquid Rectores praedictorum Locorum vel aliorum, qui nobiscum fuerint in hac concordia omnium vel majoris partis, addiderint vel minuerint, vel si de aliqua re concordaverint, bona fide & sine fraude observabo. Omnes Consules Longobardiae istarum Civitatum, & Marchiae, Venetiarum, & Ferrariae in concordia remiserunt sacramenta Scholarium & Mercenariorum, seu suorum, seu habitantium, nisi fuerint Milites. Ego juro, quod faciam me caput & guidam ad defendendum Civitatem Venetiarum, Veronam & Castrum, & suburbia, Vincentiam, Paduam, Trivisum, Ferrariam, Brixiam, Bergamum, Cremonam, Mediolanum, Laudum, Placentiam, Parmam, Mutinam, Bononiam, & aliarum Civitatum & Locorum, quae in concordia suprascriptorum Civitatum fecerint hoc sacramentum. Bona fide ero operator communis commodi & utilitatis supradictorum locorum, & ad retinendas rationes illorum, qui fecerint hoc sacramentum sub praecepto Rectorum illius Civitatis, ubi moratur reus, vel sub praecepto Judicis, quem ipsi elegerint. Et si aliquod commodum mihi evenerit causâ alicujus Civitatis nobis adjungendae, seu alicujus gentis vel hominis, servabo illud ad communem utilitatem omnium suprascriptorum Locorum. Et hoc attendam, donec ero in hoc meo praesenti regimine.

Millesimo Centesimo Sexagesimo Septimo, Primo die Mensis Decembris, Indictione XV.

Continuator Acerbi Morenae ad Annum MCLXVIII. testatur, novis sociis, ac praeciove Norocomensibus, roboratum fuisse Langobardorum Fœdus. Tunc etiam accessit Obizo Marchio



thio Malaspina, vir providi consilii, magnaeque potentiae, cujus in primis habita fuit ratio in difficillimis iis negotiis. Quibus ille conditionibus Societatem istam inierit, tabulae prodent, quas ego depromsi ex anti-

quissimo Regesto existente in Archivio Reipublicae Regiensis. Eadem quoque apud Bononienses offendi, ex quorum Codice MSto variantes nonnullas lectiones haec subjiciam.

Pacta inter Opizonem Marchionem Malaspinam, & Civitates Societatis Lombardiae pro communi securitate & defensione, Anno 1168.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Sexagesimo Octavo, III. die Martii, Indictione Prima. Breve recordationis, qualiter Marchio Opizo Malaspina, & Consules Cremonae, & Mediolani, Veronae, & Paduae, & Mantuae, & Parmae, & Placentiae, & Brixiae, & Pergami, & Laudae, & Cumarum, & Novariae, & Vercellarum, & Asti, & Terdonae, & Alexandriae novae Civitatis, atque Bononiae, habito (a) laudamento, communi consilio unanimiter laudaverunt; ut ne quis suprascripti Marchionis hominum, vel suprascriptarum Civitatum, vel aliarum, quae modo sunt vel erunt in hac Societate, alium pro alio de alia Civitate pignoret, vel vindictam sumat occasione contractus vel maleficii, sed sibi imputet, si non idoneo debitori crediderit. Et qui contra fecerit, a suis Consulibus coherceatur. Et si sui Consules (b) antiqui contra fecerint, infra quadraginta dies, postquam eis requisitum fuerit a Consulibus illius, qui pignoratus fuerit, vel iniuriam passus, (c) non cogatur ad restitutionem pignoris, vel ad emendanciam, vel rationem de alia

**B**re faciendum; si de suo vicino querimoniam faciat: tunc Consules illius Civitatis, cujus homini praeda vel maleficcium factum fuerit, vel pignus ablatum fuerit, vel de alia re rationem consequi non potuerit vicinus ejus habeant potestatem accipiendi de avere illius Civitatis cujus homo pignoraverit, vel maleficcium contra statutum fecerit, vel rationem de alia re facere noluerit; & teneant, quod acceperint, donec eis vel vicino suo satisfactum fuerit. Item decreverunt, ut nulla Civitas vel suprascriptus Marchio aliquem a suis (d) Civibus bannitum recipiat; & si receperit, vel in sua virtute venerit, infra quindecim dies, postquam a Consulibus vel Marchione, a quibus bannitus fuerit, eis requisitum fuerit, de sua potestate & virtute eum ejicient, nec de cetero eum recipient, nec de Banno tractus fuerit a suis Consulibus. Insuper laudando statuerunt, ne aliquis, vel Civitas in sua virtute novum pedagium seu tolloneum accipiat. Novum dicimus statutum a triginta annis infra sive inzae. Praeterea nulla Civitas vel Marchio ullo modo aliquod pactum faciat, ineat, vel sacramentum subeat contra commune pactum vel concordiam Civitatum,

(a) Codex Bononiensis MStus habet: habito Laude,

(b) Idem Codex: Consules eum, qui contra

(c) non cogentur

(d) Consulibus,

tum. Item ordinaverunt, si suprascriptus Marchio vel aliqua Civitatum, concordiam inter se & alias Civitates factam fregerit, vel justitiam alii Civitati facere recusaverit, tunc omnes aliae Civitates teneantur adjuvare illam Civitatem, quae justitiam postulaverit, vel injuriam passa fuerit, donec ad pacem & concordiam, vel ad justitiam pervenerit. Item statuerunt & convenerunt, ut nulla Civitatum, vel homo aedificet forticiam super jurisdictionem alterius Civitatis contra voluntatem illius Civitatis, in cujus jurisdictione habuerit, nisi speciali concordia aliud apparuerit. Illum quoque, quem aliqua Civitatum, vel Marchio, de terra proditorem decreverint, nec ipsa Civitas vel Marchio de cetero teneat in sua virtute, nec alia eum sciens recipiat, & si receperit, intra quindecim dies, postquam eis requisitum fuerit a Consulibus illius Civitatis, cujus proditor fuerit, ut supra, inventus, de sua virtute, eum de cetero non recepturus, expellet. Praeterea firmiter ordinaverunt, ut nulla Civitas, vel Marchio, aliquem Castellannum, scilicet Castellani Dominum, infra alterius Civitatis jurisdictionem, id est qui sit infra terminos jurisdictionis ejusdem, contra voluntatem illius, de cujus jurisdictione fuerit, recipiat; vel si recipierit, infra quindecim dies, postquam ei requisitum fuerit a Consulibus Civitatis illius, eum de sua virtute, de cetero non recepturus, ejiciat. Alexandria tamen Civitas hoc extremo decreto non teneat.

A tur. Item decreverunt, ut appellatio ad Federicum facta non valeat, salvo in omnibus majoris partis Civitatum consilio. Et de suprascriptis omnibus observandis jure jurando tenentur suprascriptae Civitates propter concordiam Civitatum, salvo in omnibus specialibus partibus, quae suprascriptae Civitates fecerunt inter se in principio concordiae vel post.

B Affuerunt (e) de Cremona Albertus Bocha de Torelo, Trenibellus de Antedominum, Ancellerius de Be-aqua, Guiscardus de Pladena, Conradus de Giroldis. De Mediolano Mansfredus de Surixina, Gerardus Caga-pesto, Brochus Ogerius, Judex de Ysola. De Novaria Ugo Boxardo. De Vercellis Conradus Salimbene, Bonconventus, Albertus de Cume, Andriotus de la Cruce. De Padua Bonifacius Judex. De Verona Amabertus. De Bononia Mitus de Anella, Oxardus. De Alexandria Obertus de Fodro, Rodolphus Nebia, Aldrame de Marego. De Laude Oldebrandinus Galredi. De Placentia Rolandus de Landetho, Albertus Mantegacius. De Parma Ysac, Obertus Bassulus, Gerardus de Ynzola. De Mantua Uguizonus Brina, Oldratus Mundalinus. De Asti Ottobellus Caxola, Arlottus. De Brisia Gbiroldus de Boxadro, Fredulus de Concesa. De Pergamo Albertus de Masello, Albertus Albertoni. De Cumis Bertrame, Guilielmus Calvis. De Terdona Aruerius de Buxena. Affuerunt & multi alii de suprascriptis Civitatibus.

Ego

(e) In Codice Bononiensi: Affuerunt de Cremona Albertonus Boccadetergio, Angelerius de Beaqua, Guiscardus de Pladena, Gerardus Cagapesto, Bonconventus, Albertus de Cara, Bonifacius Judex. De Brixia Gerardus de Boxadro, Rodulfus de Concesa. De Cumis Bertramme, Broccus, & Ogetius Judex de Infula. De Verona Amabertus. De Bononia Aldebrandus Gualfredi. De Placentia Gerardus de Landetho, Albertus Mantegacius. De Novara Ugo Boxadra. De Vercellis Corracus Salimbene, & Medardus Edeasfi, Guilielmus Calvus. De Laude Usenazonus Britta. De Parma Isaac, Obertus, Bassolus, Gerardus Unzola. De Mantova Arlottus. De Terdona Alverius de Buxeda. De Alexandria Obertus de Fodro, & Rodolphus Nebia, & Alaramus de Marengo, Oldradus Mandalini, & Ottobellus, & multi alii de suprascriptis Civitatibus.

Ego Guidoſus Notarius, ac Domini Federici Romanorum Imperatoris Judex ordinarius interfui & rogatus ſubſcripſi, & ſubtus nominatum Martinum ſcribere juſſi.

Ego Martinus ſcriptor juſſu iſtius Guidoſi hanc Cartam ſcripſi.

Succedente demum tempore tot vires accrevit Societati huic, ut ap-

A pellata fuerit Societas Lombardiae, Marchiae, Romaniae, Veronae, & Venetiae. Nimirum Civitates foederatae ſtabiles in propoſito novis ſeſe obſtringebant vinculis, ne quiſquam ex neceſſaria animorum atque armorum conjunctione recederet. Huc ſpectant tres aliae Chartae, quas nobis ſervavit praeſtaudatum Bononiense Archivum.

### Sacramenta Populorum, qui Societati Lombardorum nomen dedere, circiter Annum 1170. & ſequentem.

**I**N nomine Domini: amen. Ego juro ad ſanta Dei Evangelia, quod non faciam neque treguam neque guerram recedutam, nec aliquam aliam concordiam cum Federico Imperatore, neque cum filiis ejus, nec cum Uxore ejus, neque cum alia quacumque perſona ejus nomine, nec per me nec per aliam quamcumque perſonam, & ab alio homine factam non habebō ratam. Et bona fide pro meo poſſe operam dabo juribus (\*) quibuſcumque potero, ne aliquis exercitus modicus vel magnus de Alamannia, vel de alia Terra Imperatoris, quae ſit ultra montes, intret Italianam. Et ſi praedictus exercitus intraverit, ego vivam guerram faciam Imperatori, & omnibus illis perſonis, quae modo ſunt ex parte Imperatoris, vel quibus pro tempore fuerint, per quas praedictus exercitus debeat exire de Italia, donec praedictus exercitus de Italia exeat. Et ego bona fide per me & per omnes perſonas totius meae virtutis ſalvabo & guardabo perſonas & res omnium hominum Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romaniae, & nominatim Dominum Marchionem Malaspinam, & omnes perſonas, quae modo ſunt in Societate vel extra. Et ego nullam

concordiam feci, nec faciam cum Imperatore Constantinopolitano, vel ejus Miſſo aliquo modo per me nec per meum Miſſum ſine communi conſilio credentiae cujuſque Civitatis. Et ſi cum mea parabola vel mei Miſſi, Societas jam dicta fecerit concordiam cum Imperatore Federico, vel ejus filio, & Imperator vel ejus filius vel ſua pars ruperit Societati conventionem, ego pro omnibus ſupraſcriptis tenebor juramento. Et haec omnia praedicta bona fide attendam ſine fraude uſque ad quinquaginta annos continuos. Et ſi quid additum vel diminutum fuerit communi conſilio Domini Ducis & Rectorum Societatis ſupraſcriptae vel majoris partis, data in Conſilio credentiae illarum Civitatum, ſalvo Capitulo Imperatoris Constantinopolitani, ſicut ſupra legitur, attendam. Et filios meos, qui ſunt in aetate quatuordecim annorum, infra duos meſes, poſtquam eos cognovero eſſe in praedicta aetate, & tot de meis, & tales, & quot & quales placuerit Rectoribus Societatis, faciam jurare omnia praedicta & attendere.

(\*) ſcribendum: viribus. Murator.

## Alterum Sacramentum.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Aneu. Concordias Civitatum Lombardiae, & Marchiae, & Romagnae, & locorum & omnium, qui sunt vel erunt in hac Societate & juramenta, quae ad invicem praestiterunt, bona fide & sine fraude & malo ingenio, ex mea parte observabo. Et guerram vivam faciam Imperatori Federico, si intraverit Longobardiam, & Marchioni Montisferrati & Comitibus Blanderatae, & filiis Malparlerii de Castello & ceteris, qui sunt vel erunt in Italia in parte Imperatoris, & bona fide & sine fraude depellam illos, qui sunt processi ad Imperatorem, de Civitate & de burgis, & de omnibus illis locis, in quibus virtutem habuero. Et eorum bona destruan & destrui faciam. Et milites & pedites bandizatos a sua Civitate non recipiam in mea Civitate, nec in illis locis, in quibus virtutem habuero, postquam requisitum fuerit a Consulibus, vel a sigillo publico suae Civitatis. Hoc attendam contra eos, qui sunt vel erunt extra Longobardiam, secundum quod Rectores Civitatis vel Consules Civitatis omnes vel major pars praeceperint vel ordinaverint. Nec faciam pacem nec treguam nec guerram recedutam cum Imperatore Federico, vel cum Marchione Montisferrati, nec cum aliis inimicis, absque communi parabola & manifestata omnium Civitatum. Et Castrum Montarani dabo Consulibus Civitatum praelectis, ad tenendum, & ad salvandum ad honorem totius Societatis, infra octo dies, postquam requisitum fuerit a praedictis Consulibus Civitatum. Et hoc sacramentum faciam jurare omnes homines Civitatis Paviae & suburbiorum bona fide & sine fraude a qua-

**A** tuordecim annis supra usque ad septuaginta. Et haec sacramenta faciam compleri usque ad proximas Kalendas Martii. Haec omnia attendam bonâ fide excogitata.

## Tertium Sacramentum.

**I**N nomine Domini. Ego juro, quod bona fide adjuvabo Bononieneses, Mutinenses, Reginos, Parmenses, & Mantuanos, de facto & guerra Imperatoris & suorum Nuntiorum, & eorum, qui pro Imperatore praedictis Civitatibus, vel alicui earum guerram fecerit. Nec dabo consilium nec auxilium in havere & in personis aliquibus, qui pro facto Imperatoris praedictis Civitatibus vel alicui earum guerram vel malum fecerint. Immo bona fide contrariabo. Et praedictas Civitates bona fide juvabo cum personis & Mercato per commune vel divisum, prout requisitus fuero, infra octo dies, postquam fuero requisitus ab aliqua praedictarum Civitatum per Rectorem, vel per Consulem Civitatis, vel suum Nuntium, vel ad alios terminos, si mihi dederint. Nec dabo Mercatum Imperatori, nec suae Parti, & bonâ fide vetabo eis, qui dare voluerint. Et non faciam pacem nec finem nec treguam cum Imperatore vel aliquo de sua parte, sine communi consilio & parabola omnium praedictarum Civitatum. Guarfedonium quondam Mantuanum Episcopum nec juvabo nec manutenebo per me nec per aliquos de meo districtu, & eum contrariabo, & guerram ei bona fide faciam & omnibus illis sine fraude de meo districtu, qui eum juvaverint, usquequo ad praeceptum Ecclesiae, vel Rectorum Lombardiae palam redierit. Et si aliqua istarum Civitatum opus fuerit ad distringendum suos, ne consilium vel adiutorium praedicto Guarfedonio

donio deat, bona fide jurabo. Nec de aliqua Civitate vel alterius districtu praedictarum Civitatum pro hoc facto expulsum, vel a sua Civitate separatum, vel a sua Civitate guerram passum, recipiam & de meo districtu, si venerit, expellam, usquequo ad praecipuum Consulum suae Civitatis pro praedictis factis redierit. Et ego Consul bonâ fide distringam homines meae Civitatis a quindecim annis sursum & a sexaginta annis deorsum, hoc sacramentum facere; & ei, qui hoc sacramentum facere noluerit, domos suas destruam, & possessiones destruam & devastabo bonâ fide & sine fraude. Et omnes illarum praedictarum Civitatum salvabo in habere & in personis in eundo, stando, & redeundo cum personis, quae in praedictis factis consilium & auxilium mihi dederint. Et Stratum bona fide salvabo & guardabo omnibus Lombardis per meum Comitatum & Episcopatum, qui mihi per totum Episcopatum Stratum juraverint. Et si dimum alicui de praedictis factum fuerit, bona fide recuperabo. Et si quis in Strata de meo districtu offensionem fecerit, vindictam mihi fieri faciam. Et hoc totum bona fide observabo, & sine fraude, nisi quantum remanserit iusto Dei impedimento, vel per concordiam omnium Consulum Civitatum, qui hoc sacramentum fecerint, usquequo discordia durabit Imperatoris & praedictarum Civitatum. Et homines de meo districtu, qui sunt in vim & conspirationem contra Societatem Lombardiae, si fuerint appellati, quod veniant ad Societatem: & si venire noluerint, guerram eis faciam, & non de guerra faciam pacem nec treguam sine parabola praedictarum Civitatum, & bonâ fide sine fraude eos interpellabo. Et illi Civitati de his quin-

A que Civitatibus, quae hoc sacramentum facere noluerit, guerram faciam sine fraude, bona fide, usquequo hoc sacramentum fecerit. Et si sacramentum fuerit renovatum per Longobardos, & per eorum Societatem, hoc sacramentum tenebo his, qui mihi juraverint, & sicuti mihi juraverint, & quamdiu discordia durabit inter Fredericum Imperatorem dictum ex una parte, & ex altera parte Veneticarum, & Civitates Marchiae, Lombardiae, & Romaniae, & omnes quae sunt in hanc concordiam & societatem vel erunt. Et non ibo ad ipsum Imperatorem Fredericum, nec ad alium pro eo, sine consilio & parabola omnium Rectorum praedictae Societatis vel majoris partis. Nec de cetero jurabo me esse caput alicujus Compagniae, nec sub Capite jurabo sine consilio & parabola omnium Rectorum, vel consensu Communis meae Civitatis, vel majoris partis. Et si factum habeo, ultra non procedam ex eo juramento contra praecipuum jam dictorum Consulum mihi per debitum sacramenti factum. Nec ero in consilio vel facto, ut aliquid supradictorum nisi praedicto modo fiat. Et si scivero, aliquem facere vel fecisse contra hoc statutum, bonâ fide prohibebo, ne fiat, & quod factum erit, infra octo dies, postquam factum scivero, ipsis Consilibus manifestabo omnibus vel majori parti, qui tunc erunt in Civitate.

E Eligebantur autem Praesides, sive Rectores istius Societatis, qui juncti in una Urbe residebant, uti nunc mos est in Ratisponensibus Comitibus. Eorum praeceptis unusquisque parere ac sese attemperare jubebatur. Quale autem sacramentum ii praestiterint, e subsequenti Charta intelliges, ex eodem Archivo Bononiensi deprompta.

Juramentum praestitum a Rectoribus Societatis  
Lombardorum, Anno 1176.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Millesimo Centesimo Septuagesimo Sexto, Indictione IX. Mense Januarii. Ego juro ad sancta Dei Evangelia, quod bonâ fide & sine fraude regam Civitates hujus Societatis, & Societatem universam locorum & hominum, videlicet Societatem Lombardiae, Marchiae, Romaniae, & Venetiae, atque Alexandriae, ad quorum defensionem bonâ fide operam dabo, & eas Civitates vel Loca vel Homines, qui in hanc Societatem venerint, postquam accepti, receptae fuerint, secundum quod sciero vel credidero magis expedire Societati supra-scriptae. Et ego per fraudem non evitabo, quominus intersum Parliamentis, quae constituta fuerint a Rectoribus jam dictae Societatis per me vel per unum de Consulibus jam dictae Societatis. Et ego non recipiam aliquod habere ad meam propriam utilitatem pro hoc regimine per me, vel per interpositam personam, nisi ad communem utilitatem praesatae Societatis. Et si recepero pro praedicto regimine vel designabo praedictae Societati, vel expendam ad communem utilitatem ipsius Societatis bona fide & sine fraude. Et lamentationes illas, quae mihi vel sociis meis factae fuerint fraudulenter recipere non mittem, & receptas, postquam securitates factae fuerint, arbitrio Rectorum, infra sexaginta dies per me vel per alium diffiniam vel diffinire faciam, secundum rationem vel bonum usum, vel secundum quod majori parti Rectorum visum fuerit, nisi remanserit parabolâ partium, vel qualitas negotii dilationem postulaverit, vel justo impedimento,

**A** & hoc instante alterâ parte vel utrâque. Ita tamen quod non sim adstrictus suscipere appellationem factam ab aliquo appellante a Consulibus suae Civitatis. Et bonâ fide operam dabo, ut alii Rectores eligantur, qui regant praedictam Societatem. Et quem magis credidero de meis sociis, utilem eligam, antequam de meo regimine exeam, infra octo dies, & ut jurent, ut supra, vel secundum quod statutum fuerit. Et si aliquid injunxero vel praecepero super rebus vel personis alicujus Civitatis praedictae Societatis, vel super ipsis Civitatibus, bonâ fide tam meae quam aliis imponam, & hoc meam Civitatem bonâ fide attendere faciam, & alias Civitates hoc idem attendere pro posse compellam. Et si de his, quae necessaria fuerint ad defensionem Alexandriae, discordia fuerit orta inter Rectores, partem illorum sequar, cui Rodolphus adhaeserit, excepto de exercitu vel hoste, quo non tenear, nisi omnes, vel major pars Rectorum in concordiam fuerint. Haec omnia bona fide observabo omnibus in praesata Societate stantibus, & praesatis vel futuris Rectoribus obedientibus, salvo pactis & conventionibus & juramentis factis Cremonae, & Laudo, & Bergamo, & universae Societati.

**E** Redeo ad Annum MCLXVII. quo restituta ac restaurata fuerat Mediolanensis Civitas, & conscriptae copiae in Fridericum. Ipse sub Romano caelo a teterrima pestilentia fractus, & inde fugâ sese subducens, quamquam vires non semel refecerit, ipsosque Langobardos diuturno bello per

per aliquot etiam annos vexarit, nunquam tamen adeo secundam fortunam expertus est, ut eos profligarit, immo ab ipsis Anno MCLXXVI. in proelio Lignanensi acriter percussus, pacem denique exposcere coactus fuit. Et eam quidem clam petiit ab Alexandro III. Pontifice Maximo, qui tandem Venetias profectus, illic Anno MCLXXVII. arduum istud opus cum ipso Friderico felicissime peregit, constitutâ reconciliatione & pace adhuc celebratissimâ, quam describunt Acta ipsius Alexandri Papae Tomo III. Rer. Italicar. Visus est tunc Pontifex sollicitè Langobardorum quoque negotia, non secus ac sua, cum Friderico tractare. Eventus tamen docuit, sublata quidem penitus fuisse illius studio controversias ad se spectantes, & inter Sacerdotium ac Imperium a tanto tempore vigentes; Langobardis autem nihil aliud impetratum, nisi inducias, ad sexennium tantummodo duraturas, hoc est ipsos adhuc novis bellis & calamitatibus obnoxios fuisse derelictos. Proinde Radulphus Mediolanensis pag. 1192. haec scribit: *Statuerunt colloquium, apud Venetiam, publice simulantes se velle componere inter Langobardos & Imperatorem. Tum subdit, Pontificem deseruisse fidem, quam Langobardis promiserat. Hoc est, conqueritur, exi-*

A guum sane fructum Langobardis tunc ab eo, in rem suam intento, procuratum fuisse, quum tamen illi constantissimi in foedere Pontificio pondus diei & aestus portassent, tot aerumnas vorando, tantumque sanguinis & auri infumendo, ut Fridericum ad honestas pacis condiciones sibi quoque profuturas impellerent.

B Nobis nunc investigandum, quid Civitates Italicae eâ occasione ab Imperatore expeterent; hinc enim simul elucere poterit, qualis tunc esset rerum status, & in quo potissimum versaretur discordia inter Fridericum ipsosque Langobardos, e qua tot bella pullularunt. Et plurimum quidem lucis Carolus Sigonius, Mutinensium decus, ejusmodi inquisitioni attulit Lib. 14. de Regno Italiae. Sed quum mihi antiquum Tabularium Reipublicae Mutinensis aliquot integra monumenta haec suppeditarit nondum luci reddita, ea haec in publicae eruditionis augmentum evulgare opportunum ac utile duxi. Et primò quid *Lombardorum Societas* sibi agendum proposuerit adversus Augustum Fridericum, ex tabulis in conventu Mutinensi Anno MCLXXIII. scriptis Lector intelliget, quibus additas volo variantes quasdam Lektionen, quae in Bononiensi Codice occurrunt.

C

D

**Juramentum Consulum quarundam Civitatum Lombardiae,  
Societatem ineuntium in Mutinensi conventu contra  
Fridericum I. Imperatorem, Anno 1173.**

**I**N Dei nomine. Anno ejusdem MCLXXIII. Indictione VI. die Mercurii, VI. Idus Oâubris. Ego juro ad Sancta Dei Evangelia, quod bonâ fide sine fraude operam dabo ad observandas

**E** Societates & concordias factas inter homines Lombardiae, & Marchiae, & Veneciae, si hoc sacramentum fecerint, & Romanae, & eorum, qui in hanc concordiam venerint, & recepti

fuerint communi consilio omnium Rectorum Civitatum, vel majoris partis. Et si aliqua Civitas, vel ulla persona adhaeserit parti Imperatoris F. ita quod sit contra hanc nostram Societatem, ego dubo operam bonâ fide ad eum expellendum de suo habitaculo, & res ejus devastandas. Nec ultra ero in consilio, ut a nobis sit receptus, nisi communi consilio omnium Rectorum Civitatum vel majoris partis. Et si erit de mea Civitate, bonâ fide operam dabo, ut domus ejus, quam habuerit in Civitate, destruat, & de Civitate expellatur. Et legationes, vel literas Imperatoris F. scienter non recipiam fraude. Et si aliquo modo ad me venerint (a) pro damno Societatis bonâ fide Rectoribus ostendam, vel ostendere faciam. Et nullam concordiam faciam cum Imperatore F. aut filio ejus vivente F. Imperatore, nisi communi consilio omnium Consulium omnium Civitatum Societatis, vel majoris partis Consilium, nisi forte aliqua Civitas Pacem vetare voluerit. Nec ero in consilio, ut mea Civitas faciat sacramentum contra hanc concordiam; & si facta sit, vel facta fuerit, bonâ fide operam dabo ut frangatur; & ego bonâ fide operam dabo, adjuvare generaliter sine fraude homines meae Civitatis & mei Districtus, quos sine fraude videbitur mihi expedire. Vel faciam jurare Conules meae Civitatis, quod facient jurare homines suae Civitatis & Suburbiorum, ei Civitati conjunctorum, hoc sacramentum infra duos menses, postquam (b) intrabit in Consulatu, a septuaginta annis infra. Et a quindecim annis supra sine fraude. Nec ero guida, nec spia ad damnum nostrae Civitatis ad utilitatem hostium; & hoc attendam bonâ fide. Ego non accipiam aliquid avere pro privata mea

A utilitate pro facienda conventionem cum Imperatore F. vel aliqua persona, vel Civitate recipienda in nostra Societate. Et quamdiu discordia durabit inter Imperatorem F. dictam ex una parte, & Veneciam & Civitates Marchiae & Lombardiae & Romaniae, & omnes, qui sunt in hac Societate, vel erunt ex altera. Non ibo ad ipsum Imperatorem F. vel ad aliam pro eo, nec nuntium nec literas mittam vel mitti faciam, nisi consilio vel parabolâ omnium Rectorum jam dictarum Civitatum vel majoris partis. Nec de cetero jurabo, me esse caput alicujus Companiae, nec sub capite jurabo, nisi parabolâ & consilio omnium Consulium meae Civitatis, Communis, vel majoris partis. Et si factum habeo, non ultra procedam ex eo contra praeceptum superscriptorum Consulium mihi per debitum sacramenti jam factum. Nec in consilio ero vel facto, ut aliquid supradictorum fiat, nisi praedicto modo. Et si scivero aliquem facere velle vel fecisse contra hoc statutum, bonâ fide prohibebo, ne faciat; & quod factum erit, infra octo dies, postquam scivero, ipsis Consulibus manifestabo omnibus illis vel majori parti, qui erant in Civitate.

D Taliter jurat Comes Azo Consul Brixiae, & Rector Societatis Civitatum: Albertonus Consul Cremonae & Rector Civitatis: Maladobatus Consul Parmae & Rector Civitatis: Ugucion Potestas Mantuae & Rector Civitatis: Jantorius Mantecacius Consul Placentie & Rector Civitatis: Rocerius Marzellinus Consul Mediolani & Rector Civitatis: Albertus Malberti Consul Regii & Rector Civitatis: Arlostus Consul Mutinae & Rector Civitatis: Hospinellus Consul Bononiae & Rector Civitatis: Septivivi Consul Arimini & Rector Civitatis.

(a) Tria haec vocabula pro damno Societatis desunt in Codice MSto Bononiensi.

(b) In Codice Bononiensi: priusquam intrabunt in Consulatu,



tis. Hi omnes juraverunt pro se & Communi suarum Civitatum custodire & conservare, & ab omni homine defendere statum & honorem & rationes & bonos usus Civitatis Cremonae & ejus Episcopatus. Haec omnia jurant Cremonenses aliis Civitatibus, & aliae Civitates inter se, exceptis his quae dicuntur pro Castro Cremae, quae non jurant aliae Civitates inter se, sed Cremonensibus tantum jurant. Et insuper homines suprascriptae Civitatis Cremae, & eorum possessiones in suo Episcopatu & nostro similiter observare & defendere bonâ fide & sine fraude. Et similiter juraverunt, quod si quis homo, vel si qua gens Castrum Cremae, vel municionem aliquam inter Aduam & Ollium sine permissu omnium Consulium Civitatis Cremonae, qui tunc erunt, & sine permissu totius Credentiae, quae tunc erit, vel majoris partis Credentiae suprascriptae Civitatis, & parabola datâ ab omnibus his in publica Concione Cremonae, & publice edificare voluerit, nos secundum eorum voluntatem, & nostram possibilitatem, si suprascriptum Castrum aedificatum fuerit, ipsis Cremonensibus adiutorium dabimus, ut destruat, & ne fiat, omnino prohibebimus. Et si supradictum Castrum vel municio aliqua fuerit aedificata aliter, quam supra legitur, nos sine fraude vicinam guerram faciemus, nec pacem faciemus sine permissu & parabola nobis eodem modo datâ, ut supra legitur. Et nos recipiemus aliquem hominem, qui fuerit de Castro Cremae vel qui per Cremonensium distringebatur, vel aliquem, qui sit de Episcopatu Cremonae, vel qui per Cremonensium distringebatur. Et si in ea Civitate vel Districto est vel erit, & a Consulibus Cremonae nuncio vel sigillo publico mihi requisitum fue-

A rit, de mea Civitate & meo Districto infra quindecim dies postquam requisitum fuerit, expellam, nec ibi habitare amplius permittam. Et si aliqua offensus inter nos & ipsos Cremonenses evenerit, vel (c) a decem annis retro venit per aliquem nostrorum infra quadraginta dies dampnum si evenerit, vel eventum, restaurare faciemus, caput tantum, postquam nobis requisitum fuerit a Consulibus suprascriptae Civitatis vel Nuncio vel sigillo publico, sacramento ejus discernendo, qui dampnum passus fuerit; & secundum omnes terminos & parabolas datas dampnum restaurari faciemus, vel nisi remanserit iusto Dei impedimento: quo transacto infra octo dies attendere faciemus. Nec offendemus vos vel res vestras per nos, nec cum aliqua persona, nec cum rebus vel personis: vel si aliqua persona vel gens vos offendere voluerit per nostram terram, vel per nostram aquam, bonâ fide & sine fraude prohibebimus. Et si de possessione vel debito querimonia nobis evenerit, praedicto modo & praedicto ordine attendere faciemus de debito sine usuris, de possessione sine fructibus. Et hanc pacem & concordiam tenebimus usque ad quadraginta (d) annos, & in omni decimo anno praedicta sacramenta renovare faciemus, si requisitum fuerit a Consulibus suprascriptae Civitatis Cremae, qui tunc erunt. Et omnes homines nostrae Civitatis omnia suprascripta jurare faciemus a quadraginta annis infra, & a quindecim supra usque ad duos menses. Et haec omnia suprascripta bonâ fide & sine fraude observabimus. Et omnes suprascripti juraverunt Societatem Marchionis tenere & observare & bonâ fide guerram facere inimico vel inimicis suprascriptae Societatis secundum preceptum omnium

Refo-

(c) Codex Bononiensis habet: vel a viginti annis retro evenit.

(d) ad sexaginta annos. Ita & infra.

*Reſtorum Civitatum vel majoris partis. Et jurant ſervare, ſi quid additum fuerit conſilio Cremonenſium Reſtoris, & communi conſenſu omnium aliarum Civitatum Societatis, vel majoris partis Reſtorum.*

*Aſum Mutinae in Dominorum Cardinalium praefentia Ildebrandi videlicet & Tudini, & Albergoni Regini Epifcopi, Petri (e) de Malagula, Johannis Forceluti, Martini Permanecli de Cremona, Guilielmi Siccamelega de Placentia, (f) Raimondini de Magreta, in plena Concione.*

Scribit Sigonius, Mutinenſi huic conventui interfuiſſe *Hildebrandum Craſſum Epifcopum Mutinenſem, & Albergonum, Cardinalem utrumque, Legatos huc ab Alexandro III. miſſos. At heic Sigonium meum diligentia ei alioqui familiaris defecit. Duos ille Cardinales in hiſce Actis memoratos vidit, ſed quales ii forent, minime animadvertit. Siquidem praeter Hildebrandum revera Cardinalem, Albergonum quoque, ſive Albriconum Regienſem Epifcopum, quem Albericum perperam Ughellius appellat, Cardinalium Romanorum catalogo incaute inſcripſit. Sed excidit ei hoc in loco TUDINUS, diſerto vocabulo in ipſa Charta memoratus, nempe *Theodinus Cardinalis* tituli Sancti Vitalis, vir eo tempore celebratiſſimus, cujus mentio eſt in Spicilegio Ravennate Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. Pag. 540. & apud alios Hiſtoricos. Hic alter fuit e duobus Pontificiis Legatis Cardinalibus, non autem *Albriconus* Regienſis Epifcopus, qui & ipſe aderat, ſed nunquam Cardinalitiam dignitatem cum Epi-*

A ſcopali conjunxit. Et ne illud quidem, quod Sigonius habet de Hildebrando *Mutinenſi Epifcopo*, ſat certis fundamentis niti opinor. Eo enim Anno Eccleſiae Mutinenſi praefuit *Henricus Epifcopus*; quem aut e vivis ſublatus, aut cneri cedentem, aut abjectum, proxime excepit *Hugo Epifcopus* eodem Anno, aut ſubſequenti electus. Hildebrando illi Cardinali, durante Schiſmate cura quidem & regimen Mutinenſis Eccleſiae commiſſa fuit; at illum revera Epifcopum Mutinenſem fuiſſe nulla, quae adhuc viderim, monumenta teſtantur. Ceterum antea *Societas Lombardorum* propriam tantummodo tutelam in ſuis foederibus praeferebat, volebatque illaeſam *fidelitatem Imperatoris*. At heic ſine ulla tergiverſatione ab eo diſcedit, atque ipſum ejurat, hoſtemque decernit. Eum nempe uti depositum, atque anathemate percuſſum ab Alexandro III. Papa jam tandem omnes execrabantur. Poſt duos annos. Anno videlicet MCLXXV. ab obſidione Alexandriae repulſus *Fridericus*, & ſubſequenti a *Mediolanenſibus* viriliter repreſſus, quam res ſuas difficili in loco eſſe perſpiceret, ſive ſincero, ſive fraudulentio conſilio uſus, *Cremonenſium Conſulibus* inter ipſum & *Langobardos* pacis ſemina ſpargentibus, conſiliis concordiae aures praebere viſus eſt. Itaque de arbitris deligendis ad agendum de pace convenit inter ipſum *Auguſtum*, & foederatas *Urbes*. Acta verò nobis ſervavit vetuſtiſſimum *Regeſtum Mutinenſis Reipublicae*, quae nunc lucem expoſcunt.

Com-

(e) de Malongula,  
(f) Teuzuni Aurificis,

**Compromissum Friderici I. Imperatoris & Civitatum Langobardicarum, in arbitros ad pertractandam pacem atque concordiam, Anno 1175.**

*De Compromisso facto inter Dominum Imperatorem Fredericum & Lombardos in certo numero hominum.*

**I**N nomine Domini. Talis concordia facta est inter Dominum Federicum Dei gratia Romanorum Imperatorem & Lombardos & Marchianos & Venetos atque Romaniam, & omnem eorum Societatem tam locorum quam personarum, quod tres persone debent eligi a parte Domini Imperatoris, & tres ex parte Civitatum, que persone visis litteris missis ab Imperatore Consulibus Cremonæ, & litteris a Consulibus Civitatum datis Consulibus Cremonæ Poncio vel aliis sociis de pace & concordia Imperatoris & ejus partis & Civitatum omnium & earum partis, debet jurare, quod bona fide & sine fraude visis supradictis litteris concordiam facient inter Imperatorem & ejus partem & Lombardos & eorum partes, neque amore neque timore neque odio vel ullo alio modo permittent, quin ex utriusque litteris extrahentur ea, quae eis videantur superflua & incongrua; adjungent ea, quae eis videantur necessaria & magis utilia & congrua ad pacem & concordiam inter Dominum Imperatorem & Lombardos & Civitates, & omnem suam Societatem confirmandam & tenendam. Et Imperator & ejus Curia & Civitates. & eorum partes, debent facere securitatem in arbitrio praelitorum sex electorum stare; & si disenserint in aliquo, arbitrio Consulium omnium Cremonæ similiter stare. Et isti ex debent arbitrari predicta usque ad medium Medium. Et si disenserint in aliquo, tunc Consules om-

**A** nes Cremonæ debent predicta arbitrari de eo, de quo disenserint usque ad quindecim dies; & Imperator statim debet facere pacem omnibus Civitatibus, & earum Societati osculo pacis interveniente, & ut ita firmum teneatur a Civitatibus, decem homines de unaquaque Civitate debent jurare, quod ita firmum sit, & habeant ab ipsis omnibus Civitatibus: & ipsi decem tales, quales Imperator elegerit, debent esse & facere fidelitatem Domino Imperatori, & filio ejus Henrico Regi: Vassallus sicut Vassallus, Civis sicut Civis. Et Comes Savoje, & ceteri Principes Imperatoris, concordēs fuerunt cum Domino Ecilino & cum Consulibus Civitatum & aliis Sapientibus Civitatum ibidem existentibus, quod quidquid juretur aut fiat a parte Lombardorum & ejus Societatis non debent esse alicujus momenti, nec debent obesse alicui, nisi concordia & pax facta fuerit ab Imperatore & ejus parte omnibus Civitatibus & locis & personis Societatis Lombardie, Marchie, Venecie, Romanie. Et isti tunc de unaquaque Civitate juraverunt ita attendere & firmam tenere. De Mediolano Ubertus de Landriano: de Brixia Albricus de Cauriano: de Verona Vivianus Advocatorum: de Placentia Guilielmus: de Tervisio Gerardinus de Campo Sancti Petri: de Vicentia Guazo filius Guazonis Potestas: de Bergamo Ubertinus de Carcere Potestas: de Parma Niger Crassus Potestas: de Laude Lanfrancus: de

Ver-

Vercello Johannes Benedidus : de Ter-  
tona Cassianus : de Novaria Petrus Ca-  
vallacius : de Regio Albertus de Bone-  
zo : de Ferraria Guidoſtus : de Alexan-  
dria Succus de Strata Conſul, & Do-  
minus Ecelinus, & Dominus Anſelmus  
de Dovaria, Reſtores Lombardie. Et  
hec omnia facta ſunt & ordinata in  
concordia Principum Eleſtorum a Domi-  
no Imperatore: hii ſunt Colonienſis  
Archiepiſcopus frater Imperatoris, Co-  
mes Savoje, Otto Palatinus Comes,  
Enricus Guertius, Cancellarius Im-  
peratoris. Iſſi verb, qui capti ſunt  
ab utraque parte, debent reddi. Et  
hoc actum & patratum & ſtatutum fuit  
die Mercurii, qui fuit XV. exeunte  
Aprili, in territorio Papie, in campo  
ſubtus Muntebellum inter exercitum Im-  
peratoris & Lombardie.

Alterà verò die Jovis, qui fuit \* XIV.  
exeunte Aprili, in Curia Imperatoris,  
Ubertus de Clemento Conſul Papie per  
ſe, & verbo Ranerii de Sancto Naza-  
rio & Carboni Truvamal, Conſulum  
Papie per ſe omnes & pro aliis ſuis  
ſociis Conſulibus Papie, & toto Com-  
muni Papie juravit tenere & habere  
firmam treugnam in perſonis & rebus  
omnium Alexandrinorum, ideſt illius  
loci, quem Paleam vocant, hinc uſque  
ad medium Menſem Junii. Hoc idem  
juravit Marchio Gulielmus Montis-  
ferrati per ſe & per ſuos filios, &  
omnes perſonas, quas mittere aut trabe-  
re ſine fraude poſeſt. Teſtes qui ade-  
rant, fuerunt Otto Comes Palatinus  
de Guitilibach, Marchio Enricus  
Guercius, Ubertus de Incifa, Domi-  
nus Ecelinus de Arnaria, Marcius de  
Caſtello, Vivianus Advocati Conſules Ve-  
ronae, Male-adobatus de Parma, Sy-  
lus Judex Papie, Adam Fantolinus No-  
tarius in campo exercitus Imperatoris:  
erat enim ſub Caſtro Montisbelli in ter-  
ritorio Papie. Item in eorundem pre-

• Legendum XVI.

A ſentia, & Archiepiſcopi Colonienſis,  
& Treverenſis Archiepiſcopi, Comi-  
tis Uberti de Savoja, & Garzapanis,  
Capitis-lupi de Terrivoſo & Cancellarii,  
Comitis Schenelli, Girardini de Cam-  
po Sancti Petri, & aliorum multorum  
in Curia Imperatoris, idem Dominus  
Imperator ſecit pacem oculo interve-  
niente Domino Ecelino, & Anſelmo  
B de Dovaria, vice & nomine omnium  
Civitatum, & Locorum, & perſonarum  
Societatis Lombardie, Marchie, Vene-  
cie, & Romanie: & ita ut ſupraſcri-  
ptum eſt, treugnam Alexandrie conſti-  
tuit. Negotium Alexandrie, & de to-  
ta ea diſcordia, que inter Lombardos,  
& ipſum Imperatorem eſt, & de emen-  
datione, debet remanere in arbitrio it-  
C lorum ſex Eleſtorum, qui electi ſunt  
vel electi erunt. Et ſi diſſenſerint in  
aliquo, arbitrio omnium Conſulum Cre-  
mone de eo, de quo diſſenſerint.....

Factum in territorio Papie infra-  
ſcriptis locis, Anno a Nativitate Do-  
mini Milleſimo Centeſimo Septuageſimo  
Quinto, Imperante Federico, Anno  
Imperii ejus Vigefimo, Indicione Octava.  
D Ego Fantolinus Notarius Domini  
Guelfonis Ducis, & ab Imperatore  
Federico confirmatus poſtea, rogatus  
praediſtis interſui, & iuſſione Conſulum  
& Reſtorum Lombardie & Marchie  
& Romanie ſcripſi.

Ego Petrus Domini Federici Impe-  
ratoris Notari. autenticum hujus exem-  
pli vidi, legi, & ſic in eo contineba-  
tur, ſicut in hoc legitur exemplo pre-  
ter literas plus minusve, & hoc exem-  
plum ſcripſi.

Enricus Guercius ſecit ſecuritatem  
per manum & oſculum, quod Impera-  
tor Federicus tenebit firmam treugnam  
Alexandrinis uſque ad medium Junium.  
Et illud idem ſecit Comes Savoje: &  
ita ſi non tenuerit Imperator, quod  
venient & mittent ſe in carcerem ad

Ver-

*Vercellas in potestate Lonbaraorum. Otto Palatinus Comes, & Cancellarius illud idem fecerunt de lingua tenenda ab Imperatore oculis & pace, excepto quod non debent se mittere in carcerem Lombardorum.*

In irritum brevi abiere ejusmodi experimenta concordiae: neque enim a proposito vel tantillum se dimoveri sinebat Imperator, vir imperterriti & constantissimi ubique animi. Fortassis etiam animo non satis sincero negotia Pacis pertractabat, quum subsidia a tempore atque ab amicis speraret, ut reluctantes populos attereret. Verum proxime sequenti Anno MCLXXVI. fractus, ux dixi, a Mediolanensibus, eorumque foederatis, tantâ aerumnarum procellâ concussus est, ut ad Pacem tandem conquirendam adactus fuerit, postea Anno MCLXXVII. Venetiis celebratam. Ad eam invitati Longobar-

di, quae pacta ab Imperatore peterent, quive tunc uno foedere contra ipsum decertarent, palam facient Acta subsequencia in Tabulario Mutinensis Reipublicae adservata. Signinus, cui ignota minime fuerunt, ea pertinere arbitratus est ad Annum MCLXXXIII. & ad Pacem Constantiae eo tempore firmatam. Sed quum aperte foederati heic se optare fateantur, ut Fridericus *habeat pacem & concordiam cum sacrosancta Romana Ecclesia, & ejusdem Ecclesiae Pontifice Alexandro*, nemo non videt, referenda haec esse ad Annum MCLXXVII. & constituta fuisse, antequam Pax Veneta concordiam invenirerit inter Alexandum III. Papam & Fridericum I. Augustum. Accedit, Pontificem ipsum Anno MCLXXXI. diem clausisse extremum, ac propterea reluctantem Chronologia haec trahi ad Annum MCLXXXIII. Sed en tandem Acta ipsa.

Foederatorum contra Fridericum I. Augustum petitiones praeviae ad pacem cum eo postea Venetiis stabilitam: Anno 1177.

*Petitio Rectorum Lombardiae & Marchiae atque Venetiae & Romaniae a Domino Imperatore.*

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Societas Lombardiae & Marchiae & Romaniae & Veronae & Venetiae optat atque desiderat habere pacem & concordiam & gratiam Domini F. Imperatoris, hoc modo, videlicet; ut Dominus Imperator habeat pacem & concordiam cum sacrosancta Romana Ecclesia, omnium fidelium matre, & ejusdem Ecclesiae suo Pontifice Domino Alexandro. Et nos Civitates, scilicet Cremona, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Ferraria, Brixia, Mantua, Verona, Vi-

centia, Padua, Tarvisum, Venetia, Bononia, Ravenna, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Terdona, Alexandria, Vercelle. Novaria, Opizo Marchio Malaspina, Comes de Bertenore, Rufinus de Trino, & omnes Castellani & perone, qui sunt in unitate Ecclesie Dei & nostrae, volumus facere Domino Imperatori F. acceptâ ab eo pace, omnia, quae antecessores nostri a tempore mortis Posterioris Henrici Imperatoris antecessoribus suis sine violentia vel metu fecerunt. Si de

loc orta fuerit questio, quod predictae Civitates, Marchio, & Comes, & singule persone omnes hujus Societatis, vel loca, vel antecessores nostri ejus antecessoribus a praedicto tempore fecerint sine violentia vel metu, hoc declaretur sub juramento per Consules illius Civitatis, cum qua questionem habuerit. Si cum Marchione, vel Comite, vel alia persona ejusdem Societatis nominata vel non nominata, vel loco contentionem habuerit, hoc declaretur per Consules illius Civitatis, de cujus Comitatu vel Episcopatu fuerit. Et si de cetero ambe partes super his contente, & totum hoc, quod praefate Civitates & loca & Marchio & Comes & ceterae persone modo tenent, ut a supra scripto tempore tenuerunt, liberè & quietè teneant. Et nominatim Consulatum more solito habeant, sub quo homines cujusque Civitatis vel Comitatus ad justiciam faciendam se distingant. Et fodrum & coltam praestent & omnia alia more Civitatum faciant. Et restituat ipse Dominus Imperator omnes possessiones & omnia jura Civitatibus & locis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, & ceteris Clericis nostrae partis, & Marchioni, & Comiti, & Ruffino, & omnibus aliis personis Societatis quae habuerunt. Cassatis omnibus privilegiis & Cartis & Datis & Investituris in aliquam Civitatem vel locum, seu personam, de his collatis. Et haec ab ipso Domino Imperatore perpetuè serventur; & cassatis omnibus conventionibus & datis & cartulis, quae aliqua supra scriptarum Civitatum vel personarum, seu aliquis locus cum eodem Imperatore vel ejus Nuntio fecit, nisi Civitas ulla vel locus sive persona conventionem vel datum seu cartulam sponte servare voluerit. Item Dominus Imperator remittat & remittere faciat omnes offensas, omnia maleficia, quae aliqua pre-

A dictarum Civitatum, vel aliquis locus vel Marchio sive Comes, aut aliquis Clericus vel Laicus quocumque tempore, quacumque occasione, ei vel Imperio vel alicui suae partis fecerit. Et liceat predictis Civitatibus & locis & personis munitiones Civitatum & Castrorum, & eadem Castra habere & tenere & meliora facere, & nova edificare & restituere, salvis conventionibus & concordiis Cremonae, & aliarum Civitatum & personarum & locorum inter se factis; & Alexandria in suo statu, restitutis possessionibus Oberto de Foro, & suis convicinis omnibus, perpetuè permanente.

B Denique Civitates petunt super omnibus in perpetuum observandis, quod Dominus Imperator cum omnibus, qui in exercitu sunt, eisdem Civitatibus & locis & personis universis Societatis tam Clericis quam Laicis plenissimam securitatem faciat. Et ut liceat Civitatibus, Domini Imperatoris permissu, & aliis omnibus Societatis, eandem Societatem firmam tenere; & juramenta quaecumque voluerint inter se facere & renovare, & semper in unitate Ecclesiae permanere. Ut si quando Imperator vel ejus Successor, aut alius contra hanc concordiam venire tentaverit, possint Ecclesiam manutenere, & se vicissim adjuvare & defendere. Item volumus, ut sententiae usque modo a Consulibus Civitatum seu locorum sive a predictis personis vel Rectoribus late, nec appellatione suspensae, vel si super causam appellationis late fuerint, firma permaneant: & ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat. Captivi quoque hinc inde absolvantur & reddantur. Hoc sunt ea, quae intelligimus, Dominum Imperatorem habere debere, & antecessores suos habuisse: scilicet Fodrum Regale & consuetum, & consuetam Paratam, cum vadit Romam, gratia accipiendae Coronae. Et debet habere

habere quietum & consuetum transitum, & sufficiens mercatum. Et transeat pacifice, ita ut in Episcopatu vel Comitatu aliquo fraudulentam moram non faciat: & fidelitatem a Vassallis recipiat, omni offensione remissa. Vassalli etiam expeditionem ei faciant, secundum quod soliti sunt, & est antiqua consuetudo, cum pergit Romam, causam accipiendae Coronae. Regalia verò, quae per eum vel antecessores ejus tam a Clericis quam Laicis fuerunt detenta, vel per ipsum seu antecessores ejus investita, quietè dimittat, nec de cetero impediatur. Consuetudines etiam & commoditates, quas Civitates & omnes de Societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis Cambiatorum & Negociatorum, macellis domibus, quas habent edificatas in viis publicis vel supra vel juxta vias publicas, & eternas consuetudines antiquas eisdem Civitatibus & omnibus de Societate quietè habere & tenere permittat. Si autem de supradictis aliqua contentio inter Imperatorem & Civitates vel loca sive personas Societatis orta fuerit, per Consules Civitatis, cum qua contentio habuerit, vel loca seu personas sui Comitatus, secundum mores & consuetudines Civitatis & loci decidatur, jurejurando praeslito ab ipsis Consulibus, quod mores & consuetudines tam Imperatori quam Civitati vel loco seu persone servabunt.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Archiepiscopus Colonienſis, & Gualfredus de Plozaſca, & Rainerius de Sancto Nazario ex parte Imperatoris F. & ex parte Societatis Albertus de Gambara Brixienſis, & Gerardus Pistus Mediolanenſis, juraverunt ad sancta Dei Evangelia, quod secundum breviam Imperatoris & Societatis, firmando, addendo, abſtrahendo secundum quod

A melius eis visum fuerit, bona fide & sine fraude ad honorem Dei concordabunt se, per quod melius Pax fieri possit & teneri inter ipsum, & Lombardos, & Marchiones, atque Veneciam, & illos de Romagnola, qui sunt de Societate, debinc usque ad medium Madium, vel ad alium terminum, consensu utriusque partis datum. Illud idem jurare debet unus de Verona.

B Quod ergo praecipue Langobardicae Civitates ac Principes tunc instabant, ut sibi Fridericus Caesar indulgeret, in hoc situm erat: nimirum ad nihil aliud praestandum Imperatori se obligatos in futurum esse, quam ei omnia facere, quae Antecessores nostri a tempore mortis posterioris Henrici Imperatoris (hoc est Quarti, qui inter Reges Quintus fuit) Antecessoribus suis sine violentia vel metu fecerunt, atque ut sibi illaetae servarentur consuetudines & commoditates, quas Civitates, & omnes de Societate habere conueverunt.

C Quae verò Imperatori debita in posterum forent, apertioribus verbis infra explicant; scilicet Fodrum Regale & consuetum: consuetam Paratam, quum vadit Romam gratiam accipiendae Coronae: consuetum Transitum: sufficiens Mercatum: Fidelitatem a Vassallis, & Vassallorum Expeditionem. Porro quod est ad Consuetudines, quas sibi conservandas petunt Langobardi Populi a Friderico Augusto, jam vidimus in Dissertatione XLV. de Assumpta &c. Henricum inter Augustos Quartum Anno Christi MCXVI. confirmasse Mantuano Populo eam Consuetudinem bonam & justam, quam quaelibet nostri Imperii Civitas obtinet. Ita idem Augustus bonos usus Cremonensis Populi ratos habuit. Neque dubito, quin inter haec Consuetudines principem locum teneret

neret mos jamdiu inuictus regendi Urbes per Consules, aliosque Magistratus a Populo electos, Comitibus exclusis olim ab Imperatore electis; & jurisdictione, meroque & mixto Imperio fruendi: nam haec omnia inuicta jam fuerant sub Henrico III. Augusto illius patre. Vide Acta

A subsequencia, & agnosces quid nomine *Consuetudinum* significaretur. Et de iisdem *Consuetudinibus* mentio quoque est in Diplomate Ottonis IV. Augusti, quod e Regesto MSto Republicae Bononiensis depromptum, publici juris nunc facio.

### De Imperatore Ottone confirmante & approbante Bononiensibus eorum antiquas jurisdictiones & Consuetudines, Anno 1210.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto Quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Consuevit Imperialis excellentia fidelium suorum affectionem, pariterque sinceram devotionem provida metiri considerationis acie, & iustis ipsorum inclinata postulationibus, multimoda ejus & praeclara suae liberalitatis beneficia cum plenitudine gratiae favorabiliter impertiri. Eapropter universis fidelibus Imperii tam praesentis aevi quam futuri duximus innotescendum, quod nos praec oculis habentes purae fidei constantiam & dilectionis fervorem, quam erga nos semper habuerunt fideles nostri, Ubertus Vicecomes Bononiensium Potestas, & ejusdem Civitatis Commune: animadvertentes quoque magnifica, quae pro commodo & honore Imperii nobis praestare possunt obsequia, de Imperiali clementia praedictae Universitati damus, concedimus & confirmamus quaecumque habuit & tenuit in jurisdictionibus tam civilium causarum quam criminalium, tam ordinariorum quam extraordinariorum, & in Officialium creatione, & ceteris bonis Consuetudinibus & tenentis, habitis vel detentis temporibus Antecessorum nostrorum Frederici & Henrici Romanorum Imperatorum, quacumque nunc habet & tenet

**B** dicta Universitas in Civitate Bononiae vel extra in ejus Episcopatu. Salvis in ceteris non concessis iustitiis & rationibus tam Imperii, quam ipsius Civitatis. Statuimus itaque, & Imperiali firmiter sancimus edicto, ut nullae unquam persona humilis vel alta, Ecclesiastica sive Secularis, ausu sit contra hanc Majestatis nostrae donationem, concessionem atque confirmationem venire vel praedictam Universitatem Bononiae in tenentis suis aliquatenus molestare. Qui ausu temerario facere praesumpserit, in vindictam suae transgressionis, auri examinati Libras centum componat, dimidium Camerae nostrae, reliquum passis injuriam. Ad cujus rei certam in posterum evidentiam praesens exinde Privilegium concipitur, sigilli nostri impressione jussimus communiri. Hujus rei testes sunt Jacobus Taurinus Episcopus, Aliprancus Verceilensis Episcopus, Willielmus Marchio Montisferrati, Willielmus Praepositus Aquensis, Comes Geriarius de Wuirden, Comes Hermannus de Harcispurc, Rodulphus de Lunso. Tedericus de Stambic, Cono de Milia, Henricus Camerarius de Tarinpin, Conradus Pincerna de Schinpsen, Monachus de Villa Passaguerra, Albertus Structius, Johannes de Pado, Judices Curiae, & alii quamplures.



*Signum Domini Ottonis Quarti Romanorum Imperatoris invictissimi.*

*Ego Conradus Spirensis Episcopus, Imperialis Aulae Cancellarius ad vicem Domini Tederici Coloniae Archiepiscopi, & totius Italiae Archicancellarii recognovi.*

*Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Ducentesimo Decimo, Indictione XIII. regnante Domino Ottone IV. Romanorum Imperatore glorioso, Anno Regni ejus XII. Imperii vero I.*

*Datum apud Vercellas per manum Gualterii Imperialis Aulae Protonotarii III. Kalendas Julii.*

Quae petierint Langobardi, jam vidimus. Verum Fridericus in suo proposito constans tantà arte negotia cum Alexandro III. Summo Pontifice pertractavit, ut cum ipso Pacis pacta Venetiis percusserit, & Inducias tantum Lombardis eorumque Foederatis concesserit. Quam ob causam de Alexandro Papa non leviter conquesti sunt Populi iidem, ut supra aiebam. Accipe nunc monumentum pertinens ad ejusmodi Induciarum negotium, quod Bononiensis Chartophylacii membranis acceptum refero.

De Tregua pertractata inter Imperatorem & filium ejus Henricum ex una parte, & omnes Lombardos ex altera, Anno 1177.

**I**nter Dominum Imperatorem & partem suam, Cremonam, Papiam, Januam, Terdonam, Asti, Albam, Taurinum, Ypoream, Vintimiliam, Savonam, Albingam, Casale Sancti Euasij, Montem Velii, Imolam, Faventiam, Ravennam, Forum Livii, Forum Pompilii, Cefenam, Ariminum, Castrocarum, Marchionem Montisferrati, & filios suos, & cum omni Terra, quam tenent Comites de Blanderato, cum omni terra sua, quam tenent Marchiones de Vasto, cum omni terra sua, quam tenent Marchiones de Busco, cum omni terra sua, quam tenent Comites de Lomello, cum omni terra sua, quam tenent, & cetera Loca nominata & innominata, & ceteras Personas nominatas & innominatas, quae sunt in parte Imperatoris, & Societatem Lombardorum, videlicet Venetiam, Tarvisum, Paduam, Vincentiam, Veronam, Brixiam, Ferrariam, Mantuam, Bergamum, Laudum, Mediolanum, Cu-

mas, Novariam, Vercellas, Alexandriam, Carfinum, & Belmontem, Placentiam, Bobium, Opizonem Malaspinam, Parmam, Regium, Mutinam, Bononiam, Homines de Sancto Cassiano, & Dociam, & cetera loca & personas Episcoporum, Clericorum & Laicorum Lombardiae, Exarchatus, Romagnolae, quae sunt in Societate Lombardiae, cum omnibus quae habent & tenent, Tregua constituta est ab istis Kalendis Augusti usque ad sex annos, quae sic firmabitur. Dominus Imperator faciet jurari in anima sua, & filius suus Henricus Rex similiter, & Principes Alamanniae jurabunt, qui praesentes sunt, & Guarfendonius, & Marchio Montisferrati & filii sui, & Marchiones de Vasto, & de Busco, & Comites de Blandrato, & de Lomello, & consules Cremonae, & Papienses, & Credentiae ipsorum, & unus in publica concione, in animabus Populi ex mandato ipsius Populi. Idem fiet in aliis Civitatibus, quae sunt ex parte Domini

Domini Imperatoris, quod videlicet bonâ fide, sine fraude & malo ingenio praedictam Trengam observabunt praedictis Civitatibus & locis & personis nominatis & non nominatis praedictae Societatis: ita quod uque ad sex annos non ostendent eos per se vel per alios in personis vel rebus quas habent vel tenent. Continebitur etiam in juramento, quod Homines Societatis & eorum res, securi sint in terra Imperatoris sicut tempore pacis: & e converso Cremonensibus quoque & Papiensibus cum aliis Civitatibus, locis, & personis de parte Imperatoris eadem fiet & observabitur securitas a Societate Lombardiae. Securos autem tempore pacis sic intelligimus, ut bona fide abstineant Imperator & sui ab injuriis personarum Societatis & damno rerum. Similiter Societas abstinebit ab injuriis personarum & damno rerum Partis Domini Imperatoris. Similiter Consules Civitatum Societatis & credentiae earum, & quinquaginta homines Civitatis, in quantum erunt credentiae, & Potestates Civitatum, in quibus erunt Consules, & unus similiter in anima Populi cujuscumque Civitatis, & Opizo Malaspina & filius ejus jurabunt, se observaturos praedictam Trengam Domino Imperatori & Civitatibus & locis & personis, quae sunt ex parte Imperatoris. Ad observationem autem Trengae, de singulis Civitatibus utriusque partis, & de terra Marchionis Montisferrati, duo eligentur, qui jurejurando firmabunt, quod bona fide dabunt operam ad observandum Trengam, etsi qua Civitas vel persona infregerit. Et quod bonâ fide dabunt operam efficacem ad emendandum intra quadraginta dies, nisi prorogaretur de consensu partium. Juramento autem Consulium credentiarum Populi & Potestatum, & quinquaginta bonorum hominum, qui jurabunt, Marchionum & Comitum,

A continebitur, quod bonâ fide & efficaciter jurabunt ad haec ut Trenga emendetur infra praedictum tempus, si contigerit, quod aliqua praedictarum Civitatum vel locorum vel personarum, quae sunt ex parte Societatis offenderit aliquam Civitatem, locum, vel personam, quae sunt ex parte Imperatoris, & non fuerit emendatum per Trengarios, qui ad hoc electi sunt, Imperator vel alii, qui sunt ex parte sua, non propterea frangant Trengam, sed Civitates Societatis & alii de Societate ponant ea sub banno juxta arbitrium Trengariorum. Si verò Civitas, locus, vel persona ex parte Imperatoris fregerit Trengam adversus Civitatem vel locum vel personas Societatis, non ob hoc Trenga frangatur, sed similiter emendabitur. Si verò aliqua Civitas, locus vel persona offenderit aliam Civitatem, locum, vel personam ejusdem Civitatis, Imperator vel sui non se intromittent. Idem servetur in Parte Imperatoris. Imperator verò usque ad sex annos praedictos non compellet aliquem Clericum vel Laicum praedictae Societatis jurare sibi fidelitatem, nec sententiam dabit, nec faciet dari in aliquem praedictae Societatis pro fidelitate & servitio sibi non exhibito, vel Investitura sibi non petita infra praedictum tempus Trengae. Praeterea nullum locum vel personam praedictae Societatis trahet ad iudicium tempore Trengae pro praeteritis negotiis.

E Deinde Fridericus hasce Inducias se servaturum sacramento pollicitus est, quod secundum morem jussit pro se praestari per Henricum Comitum de Dedo. Haec omnia Auctor Vitae Alexandri III. Summi Pontificis Tomo III. pag. 471. Rer. Italic. commemoravit. Ego verò tabulas proferam ex eodem Bononiensis Reipublicae Archivo depromptas.

Friderici I. Augusti jusjurandum de observandis in sexennium  
Inducis Societati Lombardorum, Marchiae,  
& Romaniae, Anno 1177.

**A** Nno a Nativitate Domini Mille-  
fimo Centesimo Septuagesimo Se-  
ptimo: imperante Imperatore Frederico,  
Anno Imperii ejus vigesimo tertio,  
Indictione X. die Lunae, qui fuit Pri-  
mus Augusti, in Palatio Gradensis Pa-  
triarchae, in praesentia Cardinalium,  
videlicet Domini Willielmi Episcopi  
de Porto, Episcopi Hostiae Domini  
Hiacynthi, Domini Petri de Bona,  
Johannis de Neapoli, Arditiōnis de  
Pladana, Domini Conradi, Domini  
Manfredi de Lavagna. & aliorum Car-  
dinalium multorum, Domini Reynaldi  
Cardinalis Episcopi de Salerno, &  
Comitis Rogerii de Apulia, & Do-  
minici de Bici Patriarchae de A-  
quileja, Domini Patriarchae de Gra-  
de, Episcopi Paduae, Johannis Epi-  
scopi Mantuae, Episcopi Brixiae Pa-  
piae, Domini Albericonis Episcopi  
de Regio, Domini Bonifacii Episco-  
pi de Novaria, Domini Wale Epi-  
scopi de Aquì, Episcopi de Taurino,  
Electi de Aste Episcopi de Ramene,  
Episcopi Placentiae, Oderici  
Episcopi de Tarvisio, Episcopi de  
Ceneda, Domini Salomonis Episcopi  
de Tridento, Grunle de Verona, &  
Henrici de Aicardi, & aliorum mul-  
torum. Coram Domino Alexandro san-  
ctae Romanae Ecclesiae summo Pon-  
tifice Comes Henricus Dedens. prae-  
serte Domino Frederico Romanorum  
Imperatore, & ejus verbo juravit in  
anima Imperatoris. quod ipse Dominus  
Imperator observabit Treugam Lombardis,  
cunctis & omnibus personis de So-  
cietate Lombardiae, Marchiae, &  
Romagnolae, secundum quod ordinatum

**A** & dispositum est a mediatoribus utrius-  
que partis, & secundum quod continetur  
in scripto, quod apud Cardinales  
est & apud Lombardos in concordia:  
tenor cujus scripti superius legitur. Et  
quod bona fide daret operam, ut ita  
secundum quod in eo scripto continetur,  
Treuga attendatur. Et quod faceret  
Principes Alamanniae, qui cum eo sunt,  
**B** jurare illam Treugam, pro ut statutum  
est, tenere, & filium suum Henricum  
Regem, & homines Civitatum Lombardiae,  
& alios, qui sunt in ejus parte,  
de partibus Lombardiae faceret jurare,  
ipsam Treugam firmam, pro ut  
in eo scripto Treuguae continetur, tenere;  
& quod bona fide darent operam,  
ut teneantur infra hos quadraginta  
dies: nisi concordia Rectorum Lombardiae  
remaneret, parabola videlicet communiter data.  
**C** Praeterea Dominus W comannus Magdeburgensis Archiepiscopus,  
Dominus Philippus Archiepiscopus Coloniae,  
Christianus Moguntinensis Archiepiscopus,  
Arnoldus Treverensis Archiepiscopus,  
Conradus Electus Wormatiae, Gottifredus Imperialis  
Aulae Cancellarius jurarunt  
**D** unusquisque pro se bona fide obtinere  
Treugantibus de Societate Lombardiae,  
Marchiae, & Romagnolae prout per  
mediationes utriusque partis ordinatum  
est eo in scripto, quod apud Lombardos  
est, & apud Cardinales continetur;  
tenor cujus scripti superius legitur. Et  
ita per bonam fidem servare, & quod  
**E** bona fide darent operam, ut servaretur.  
Factum in Venetiis suprascripto loco.  
Evo Fitolinus Notarius Domini Welfonis Ducis,  
& ab Imperatore Frederico

derico confirmatus, postea rogatus, praedictis omnibus interfui & scripsi.

Ad haec quia non satis sibi caverrant Lombardi pro Investituris Feudorum, quae durantibus Induciis

A expetendae forent, ab Imperatore deinde impetrarunt cautionem de crimine nemini eam ob causam deinceps inferendo. Itaque hoc etiam monumentum addo, ex eodem Tabulario Bononienfi descriptum.

De Friderico I. Imperatore, qui promisit Lombardis & omnibus de sua parte, se non judicaturum eosdem, nec Feudum accepturum eisdem propter fidelitatem & servitium non praestitum, & Investituram non petitam, Anno 1177.

**I**N nomine Domini: amen. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Septuagesimo Septimo, die Veneris, qui est XI. Kalendas Novembris, Indictione X. In praesentia Domini Magistri de Palatio, Dei gratia sanctae Brixienfis Ecclesiae Canonici, & Guillelmi Oriani Judicis ejusdem Civitatis, & Oprandi de Sancto Alexandro Pergami, & Guillelmi Burri, & Aripbrandi Judicis, Mediolani Consulom, & Guillelmi Grassi ejusdem Civitatis, & Jannoni Buttaemattae, Consulom Placentiae, Bogorii & Sacci & Ribaldi de Gezo, Consulom Alexandriae, & Uberti de Fodro ejusdem Societatis. Dominus Albertus de Summa, Dei gratia sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconus & Apostolicae Sedis Legatus, sicut in Literis ejusdem Apostolici Alexandri, a me visis, datis Venetiis in Rivoalto, VI. Idus Octubris continebatur: dedit in manibus Apostolici Advocati Brixiae, & Alberti de Carate de Mediolano, & Guiscardi Mugani Placentiae, & Ruffini de Fodro Alexandriae, Rectorum suarum Civitatum, & totius Societatis Lombardiae ad suam Partem & ad Partem omnium Ecclesiarum & Civitatum, & omnium Hominum & locorum praedictae Societatis, Literas sigillatas sigillo Domini Frederici Imperatoris quarum tenor talis est:

**B** „ Nos Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Pro interventu venerabilis patris nostri Domni Alexandri Papae & fratrum suorum Cardinalium, promittimus tam Lombardis quam Marchianis, & illis de Romania, & reliquis de Societate ipsorum, Vassallis nostris, & iis, qui debent esse Vassalli nostri, quod pro fidelitate nobis non praestita, vel servitio non exhibito, aut de Investitura non petita quamdiu Treugae duraverint, nullum de Societate ipsorum post Treugam judicabimus, nec judicari faciemus, nec propter hoc cui libet de Societate Feudum aufere remus.

**D** Hoc actum in Civitate Parmae in Canonica Sanctae Mariae, unde complures chartas fieri uno tenore jussit.

Ego Albertus de Summa, sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconus, & Domini Papae Alexandri Nuntius, harum Literarum authenticum, sigillatum sigillo Domini Imperatoris, a Domino Papa accepi, & ejus mandato Rectoribus supradictis tradidi & scripsi.

Ego Oprandus de Sancto Alexandro Causilicus, authenticum harum, sigillo Domini Frederici Imperatoris sigillatum vidi & legi, nullo addito vel diminuto,

minuto, & sicut in eo continebatur, A  
ita & in isto scripsi.

Ego Manfredus qui vocor Benbonus,  
Judex sacri Palatii, exemplar hujus  
authentici & tenorem vidi & legi, &  
sicut in eo continebatur, sic in isto legi  
& praeter literas plus minus scripsi &  
subscripsi, & rogatu superscripti Domini  
Alberti & superscriptorum Rectorum  
hanc chartam scripsi.

Peraetâ Venetâ Pace tranquillitas  
per omnem fermè Italiam subsequuta  
est: ac durante sexennio pertractatum  
est de Pace stabili tandem instituen-  
dâ inter Fridericum & Lombardos,  
eorumque Socios. Sed potissimum in

id negotii nervos omnes intenderunt  
ipse Augustus, iique Populi Anno  
MCLXXXIII. antequam Induciarum  
finis esset. En ergo Acta praevia ad  
illam celeberrimam Pacem, quae An-  
no eodem constabilita fuit Constans-  
tiae. Et primo animadvertendum est,  
ante illam Pacem nonnullas Lom-  
bardiae Civitates pro ipso Friderico  
semper stetisse, quales prae ceteris fue-  
re Ticinenses. Alias verò ab eo in  
gratiam fuisse receptas, priusquam  
Comitia Constantiensia instituerentur.  
Inter postremos hosce Populos *Der-  
tonenses* enumerò, uti constabit e ta-  
bulis, ad me ex ea Civitate missis.

### Charta reconciliationis Friderici I. Augusti cum Populo Dertonensis Urbis, Anno 1183.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Chri-  
sti. Haec est forma reconciliationis,  
qua Civitas Terdonae & ejus habitatores  
ad gratiam Domini Imperatoris  
redierunt. Dominus Imperator per in-  
terpositam personam, scilicet per Con-  
radum de Belalus, super animam suam  
fecit jurare, quod Civitas Terdonae de  
cetero non destruetur nec per se nec per  
aliquem suorum: sed potius habet eam  
salvare & custodire, necnon personas &  
res eorum Civium bonâ fide & sine  
fraude, ad honorem & utilitatem Im-  
perii, & ipsius Civitatis Terdonae.  
Nec ipsam Civitatem dabit alicui ho-  
mini: & suos Castellanos permittet &  
consentiet subjacere Civitati Terdonae,  
sicut Castellani Papienses subjacent Ci-  
vitati Papiae; nec habet eos Castella-  
nos Civitati Terdonae auferre nec per  
se nec per alium. Majores exactiones  
non exiget a Civibus Terdonae & ab  
Oppidanis, sed quomodo ipse exiget a  
Papiensibus, & eorum Castellanis secun-

Tom. X.

**C** dùm quantitatem personarum & aeris.  
Et hoc bonâ fide & sine fraude. Pri-  
vilegia verò & donationes, quae qua-  
sive fecit de Civitate Terdonae, vel de  
Castris & Villis & possessionibus ipsius  
Episcopatus, praesertim de Serravalle  
& de aliis, sine fraude bonâ fide re-  
vocat & cassat, & cassata non confir-  
mabit. Possessiones Ecclesiae Terdonae,  
D quas nunc habet & tenet, sive per se  
sive per alium non habet auferre. Et  
faciet Marchionem de Monteferrate qui-  
escere de Oppido Statiani, ne Episcopus  
de cetero inquietetur a Marchione occa-  
sione datae pecuniae. Et habet jubere  
Papiensibus, ut de cetero teneant Pa-  
cem Terdonensibus, & ut juvent se cum  
eis de omnibus guerris eorum suis sum-  
ptibus, & faciant vivam guerram ini-  
micis Terdonae. Et praecipiet Papien-  
sibus, quod remittent omnes superscri-  
ptos Castellanos Terdonensibus, quos no-  
strâ remittimus & confirmamus auctori-  
tate. Castellanos verò eos intelligimus,

P.

qui

qui in montanis & planis habitant, praesertim illos de Copara, de Azano, de Castro Novo, de Bagnolo, de Pontecurono, de Puzolo, de Monte Merlino, de Vipegolo, de Bagnara, de Monte Legali, de Belignano, de Faurega, de Gremiasco, de Monte Acuto, de Dernice, de Monte Ebore, de Merlasio, de Boligo, de Brusamuneca, de Liprando, de Monte Jardino, de Monte Jaro, de Savignone, de Grondona, de Persio, de Pobletto, de Monte Alto, de Arquada, de Monte Cuco, de Praecipiano, de Serravalle, de Cassiano, de Stadiano, de Brion, de Nova, de Bosco, de Villa, de Olafca, de Sarzano. Et facit finem de omnibus maleficiis, quae Terdona Domino Imperatori vel suis militibus vel praedictis fecerunt; & malum meritum non reddet Terdonensibus. Marchas, quas olim dabant Terdonenses, remittit, nec de cetetro eas exiget. Et faciet hominibus de Serravalle finem de omnibus maleficiis, quae erga Dominum Imperatorem vel suos fecerunt. Et permittit hominibus Terdonae habere Consulatum & Macellam & Molendina & vias publicas habere & tenere, sicut permittit Papiensibus, sicut Conradus Belalus iuravit pro Domino Imperatore, & pro se, sic &

A Principes & Nobiles subscripti iuraverunt pro se.

Theodoricus Marchio de Landesbe, Florentinus Comes Hollandiae, Bernardus Comes Saxoniae, Conradus de Monteferrato, Recherius Comes de Blanderan, Conradus de Boresbe, Constantinus de Berga, Cono de Nunxebert, Henricus Marscalcus, Walterius Dapifer, Conradus Pincerna. Insuper iuravit Archiepiscopus Colonienfis Cancellarius Imperialis, Gotesfredus Comes, Henricus de Ditze. In hac autem conventionem comprehendit Dominus Imperator, quod Civitas Terdona, & ejus districtus non recipiat aliquem vel aliquos homines, qui de octo Villis infra scriptis apud Paleam collecti sunt. Si vero recepti fuerint infra octo dies ab eo die, quo ab Imperatore Federico, vel a Marchione de Monteferrato vel eorum certo Nuntio requisiti fuerint, vel a Rege vel a suo Nuntio certo eos dimittant vel restituant. Sunt autem hae Villae Mareuge, Gamondi, Orville, Four, Bergul, Solere, Vagent, Rovere.

Actum Anno Domini MCLXXXIII. Indictione I. Regnante Domino Federico Romanorum Imperatore invictissimo, Pridie Nonas Februarii.

Sacramentum fidelitatis a Dertonensi Populo praestitum Friderico I. Imperatori, Henrico Romanorum Regi ejus filio, & Beatrici Augustae, Anno 1183.

**I**N nomine Domini Jesu Christi. Hoc est Sacramentum fidelitatis, quod iuraverunt Consules Dertonenses Ido, Ubertus, & Buscho, Cives Dertonenses Domino Federico Imperatori, & filio ejus Regi Henrico, & Dominae Beatrici Romanorum Imperatrici Augustae; Ego juro ad sancta Dei Evangelia, quod ab hac die in

E antea semper ero fidelis Domino, Federico Imperatori, & Domino Henrico Regi Romanorum, & Dominae Beatrici Imperatrici Augustae. Nec ero in facto, quod perdat vitam vel membra vel honorem. Et bona fide & sine fraude juvabo eos tenere Regnum Italiae & honorem Coronae; & nomina-  
,, tim

tim Civitatem Dertonae, & Episcopatum & Comitatum; & dare eis Civitatem ad offensionem & defensionem. Et si perdiderint Regnum Italiae vel Civitatem, & Episcopatum & Comitatum Dertonae, bona fide & sine fraude juro yabo eos recuperare, & recuperata tenere. Et Credentias, quas ipsi per se, vel per certos suos Nuntios mihi insinuaverint, vel per literas, secretas tenebo, nec pandam ad detrimentum personarum, vel honoris eorum. Et pacem faciam omnibus amicis eorum & servabo; & guerram vivam faciam omnibus inimicis eorum; nec guerram recrudutam faciam hostibus eorum & Imperii, secundum mandatum Domini Imperatoris, vel Domini Regis, vel Dominae Imperatricis, vel Legati, quem ipsi ad hoc factum destinaverint. Et nos operam dabimus bonâ fide & sine fraude, quod omnes homines Civitatis Dertonae fidelitatem in hac eadem forma jurent Domino Imperatori Federico, & suo filio Regi Henrico, & Dominae Beatrici Augustae Imperatrici.

**A** Anno Domini MCLXXXIII. Indictione I. Pridie Nonas Februarii.

Haec a Dertonensibus acta ante Pacem Constantiensem, Friderico curante, ut quocumque posset a Societate Lombardorum divelleret, sibi jungeret. Propterea in Capitulis ejusdem Pacis infra legendis, ab ipso Augusto inter Civitates sibi antea adhaerentes enumerantur *Papia, Cremona, Cuna, Terdona, Asta, Caesarea, Janna, Alba, & aliae Civitates & personae, quae sunt & fuerunt ex parte nostra. Caesarea* heic est *Alexandria* Civitas, ut infra ostendam. Quid verò ceterae Urbes eidem Friderico adversantes praestiterint, ut ad eandem Pacem & Concordiam honorifice pervenirent, Acta ipsa prodent, quae hausi e Tabulario Communitatis Mutinensis, omniumque interest Eruditorum, ut tenebris erepta in publica tandem luce versentur. Nunc ubi de Pace inter Reges reintegranda agitur, mille praeliminaria, ut ajunt, & Acta praecedere consueverunt. Sed nec Seculo quidem XII. artem pertractandi politica negotia Majores nostri ignorasse videntur.

Colloquium primum Placentiae habitum inter Nuntios Friderici I. Augusti & Langobardos, eorumque Foederatos, de Pace inter eos instituenda, Anno 1183.

**A** Nno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Octuagesimo Tertio, Indictione Prima, die Sabbati, Pridie Kalendas Martii, in Civitate Placentiae, infra Ecclesiam Sancti Antonini, in praesentia Domini Tebaldi Placentini Episcopi, & Cleri ejusdem Civitatis, & Marchionis Opizonis Malaspinæ, & Rectorum & Consulum & multorum Sapientum Societatis Lom-

**E** bardiae, Marchiae, & Romaniae, & magnae partis Populi Placentiae. Dominus Gulielmus Astensis Episcopus, & Marchio Henricus Guercius, & Frater Teodoricus & Rodulfus Camararius, fecerunt legi Literas sigillatas sigillo Domini Imperatoris Federici, in quibus continebatur: *Quod Dominus Imperator dederat licentiam praedictis Astensi Episcopo & Marchioni Henrico*

et Fratri Theodorico, tractandi verbum Pacis inter ipsum Dominum Imperatorem, nec non et Lombardos; et totum, quod ipsi acceptarent vel juramento vel aliâ promissione ratum haberent. Quibus Literis lectis, praedicti Astensis Episcopus, et Marchio Henricus et Rodulfus tale fecerunt juramentum:

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Juro ego, quod faciam, Dominum Imperatorem Federicum, & filium ejus Regem Henricum habere ratam & firmam concordiam Pacis inter Nuntios Imperatoris, scilicet Dominum Guillelmum Astensem Episcopum, & Marchionem Henricum Guercium, & Fratrem Theodoricum, & Rodulfum Camararium, & Rectores Lombardiae, & Marchiae atque Romaniae scriptam. Et eos juramento firmare faciam, sicut in praesenti scripto Pacis continetur. Hoc totum attendam & adimplere faciam usque ad Octavam Pentecostae proxime venientis, nisi remanserit justo Dei impedimento. Quo transacto infra octo dies similiter attendam & adimplere faciam, ut superius dictum est, nisi remanserit per parabolam Nuntiorum vel Rectorum Societatis sponte datum, & per omnes terminos mihi datos sic observabo. Deinde Frater Theodoricus in suo ordine, bonitate, & legalitate promisit, quod illi juraverunt; & facere Dominum Imperatorem sic adimplere & attendere. Huic facto interfuere testes Dominus Armannus et Guillelmus de Cario, Capo, Petrus Vicecomes Placentiae, Arnaldus Striclus, Gumerius Co-deporco, Robertus Mogle-

arius de Civitate Placentiae, & multi alii de Civitatibus et Societate Lombardiae. (Sequuntur Literae Imperatoris.)

FRidericus Dei gratiâ Romanorum Imperator & semper Augustus dilectis ac fidelibus suis Astensi Episcopo, Marchioni Henrico Guerce, & Fratri Theodorico, gratiam suam & bonam voluntatem. Quia vestrae devocionis ac studii fidem in multis rerum experimentis probatam nobis & cognitam habemus, magna Imperii negocia industrie vestre sincera fidelitate tractanda committere non dubitamus. Itaque verbum tractandae pacis & concordiae inter nos & Lombardos eos, qui rebelles sunt Imperio, sinceritati vestrae proponendum & consummandum committimus, plenam vobis nostrae auctoritatis potestatem conferentes, ut quaecumque vos acceptaveritis, nos quoque acceptemus, & quae promissione vel juramento firmaveritis, nos rata habeamus & exsequamur.

Hic primus ad pertractandam Pacem gradus fuit, & ut nunc loquimur, l'apertura del Congresso. Pridie Calendas Majas, quo die peracta ista fuerunt, convenere utriusque partis Legati, atque eo ipso in aliquas pacis condiciones concordiam animo itum est, quae etiam literis consignatae fuerunt. Id patebit ex altero Instrumento quod proxime sequenti die, hoc est Calendis Maji, conscriptum fuit, atque ex Archivo Mutinensi depromptum.



Reſtorum Langobardiae ac ſociorum juſjurandum de accipiendis  
ac ſervandis quaecumque in Pace cum Imperatore  
ſtabilienda decreta fuerint, Anno 1103.

*Qualiter ſacramentum a Reſtoribus Lombardiae & Marchiae  
fuit factum de concordia inter ſe firma tenere.*

**A** Nno Dominicæ Incarnationis Mil-  
leſimo Centeſimo Oſtuageſimo Ter-  
cio. Primo die Menſis Mæj, Indictione  
Prima, in Civitate Placentia. Ego  
juro omnibus Civitatibus Societatis  
Lombardiae, Marchiae, & Roma-  
niae, & locis, & Domino Marchioni  
Opizoni Malaspinæ, & omnibus  
perſonis prædictæ Societatis conſeſſiones  
& promiſſiones atque pacta, ſicut in  
ſcripto Pacis inter Nuntios Domini Im-  
peratoris & Reſtores & Nuntios Civi-  
tatum Societatis factò continetur, fir-  
mas tenere. Nec in factò ero vel con-  
ſilio, ut aliquid prædictorum alicui de  
Societate minuatur. Et ſi qua perſona  
vel Civitas aut locus alicui Civitati  
vel loco, aut perſonæ præſatæ Socie-  
tatis, aut jam dictò Marchioni auferre  
vel diminuerè voluerit; eas vel eos  
manutenerè & defendere bonâ fide &  
ſine fraude contra omnes adjurabo. Et  
omnia præcepta, quæ Reſtores concor-  
diter omnes vel major pars mihi fece-  
rint, ſine fraude obſervabo. Et omnia  
ſupradicta attendam a præſentibus Ka-  
lendis Madii uſque ad triginta annos:  
& in capite uniuſcujuſque quinquennii,  
ſi per majorem partem Reſtorum requi-  
ſitus fuero, renovabo. Et hoc totum ſi-  
ne fraude jurare faciam omnes homines  
meæ Civitatis a decem & oſto annis  
uſque ad ſeptuaginta. Et hæc omnia  
faciam jurare Conſules & Potestates  
meæ Civitatis, & Credentiam uſque  
ad quindecim dies. His omnibus ita  
demum aſſerictus ero hoc juramento, ſi

**A** Pax fuerit finita. Præterea juro ego,  
qui Conſul, vel Potestas ſum, quod ſa-  
ciam bonâ fide omnes focos mei diſtricti  
in ſcriptis redigi, & eorum quantita-  
tem Reſtoribus Civitatum Societatis bo-  
nâ fide in ſcriptis dabo tam in Civi-  
tate quàm extra, Clericis & Conver-  
ſis inde exceptatis & Servis. Et hoc  
faciam uſque ad Octavam Sancti Petri  
proximi venientis. Et hoc juramentum  
infra oſto dies, poſtquam domi rediero,  
faciam ſociis meos, vel Potestates ſine  
fraude jurare.

**B** Hoc ſacramentum fecit de Mediola-  
no Adobatus Butraſſus Reſtor. De  
Brixia Oprandus Reſtor. De Placen-  
tia Gerardus Ardicionis Reſtor. De  
Mantua Alexander Reſtor. De Laude  
Aldricus de Sala Potestas Laudenſis.  
**C** De Bononia Antonius de Audito Po-  
teſtas & Reſtor. De Pergamo Atto  
Ficiane Reſtor. De Vicentia Opran-  
dus Reſtor. De Novaria Robertus U-  
cedominus Reſtor. De Mutina Arioſtus  
Reſtor.

**D** Quum verò Placentiæ inter Le-  
gatos de multis conditionibus ad pa-  
cem ſtabiliendam pertinentibus con-  
veniſſet, & utraque pars ad concor-  
diam ſinceris animis anhelare jam  
videretur, ad Fridericum Auguſtum  
Conſtantiae agentem cuncti ſe contu-  
lere: atque ibi ceteris, quæ adhuc  
dubia reſtabant, diſcuſſis, omnes tan-  
dem in ſententiam pacis coiverunt.  
Illic ne, an Placentiæ Acta præ-  
via,

via, quae nunc subjicio, fuerint scripta, decernere non ausim. Haec au-

tem ex pervetusto Regeſto MSto Reipublicae Mutinensis descripsi.

Pacta pacis ſtabiliendae inter Fridericum I. Auguſtum & Langobardos, eorumque Socios, ex utraque parte oblata, Anno 1153.

*Qualiter pericio Domini Imperatoris fuit facta a Reſtoribus Lombardiae.*

**I**N Christi nomine. Super questione Regalium sic respondeamus. Facta vobis Civitatibus Societatis & personis concessione Regalium & consuetudinum vestrarum in perpetuum tam in Civitate quam extra Civitatem, videlicet, ut in ipsa Civitate & suburbis seu cohaerentibus edificiis, veluti in Castro Veronae, & Brixiae, omnia in integrum habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis per commune & divisum, seu tenetis; & si quid in ea amplius, ad Imperium pertinet. Extra vero omnes consuetudines sine contradictione Domini Imperatoris F. & successorum ejus exerceatis, quas quidem quondam exercuistis, vel modo exercetis, scilicet in Fodro, in Exercitu, in Munitionibus Civitatum, & in Jurisdictione plena, in Pascuis, Molendinis, in Aquis, aquarum Usibus, in Pontibus, Toloncis, & Communanciis, & in ceteris, quae ad commoditatem Civitatum & personarum Societatis spectant; ita ut unaquaeque Civitas praedicta habeat in suo Episcopatu & Comitatu seu Districtu, nisi consuetudo, aut pacti tenor restiterit. Et ita ut ex presenti concessione Imperiali nullum praedictum iuri aut consuetudini alicujus Civitatis, nec aliquod jus acquiratur super his, de quibus discordia est. Volumus, ut alia Regalia in hunc modum cognoscantur. Homines tam de Civitate quam de Episcopatu eligantur viri bone opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra Civitatem

**B** nec contra Imperatorem privato vel speciali odio teneantur. Qui jurent bona fide, & sine fraude perquirant, & inquisita consignabunt ea, quae specialiter ad Imperatorem spectant: & quod concorditer dixerint, obtineat. Si autem huic inquisitioni superſedendum esse putaveritis, censum duarum mille Marcharum per singulos annos petimus, ita tamen quod competenti moderamine moderetur etiam quantitas ista, si enormis visa fuerit. Si quis autem super his, quae vobis concessa sunt, vel promissa, sive in Civitate sive extra Civitatem querimoniam apud Imperatorem vel ejus Nuntium deposuerit, ejus querimoniam Dominus Imperator non admittet, nec ejus Nuntius, sed silentium eis imponet. Hoc, quod Dominus Imperator, vel ejus Antecessor Rex, vel Imperator, vel alius, qui pro eo tenebat, Episcopis, Clericis, vel aliis quibuscumque personis Clericis vel Laicis ante tempus guerre dedit, vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum & ratum Dominus Imperator habeat, nec possessionem de praedictis inquietabit, salvo superioribus concessionibus & promissionibus Civitatibus factis in integrum, & pro eo solita servicia exhibeantur, sed Censum non prestetur, sententiis, transactionibus, retutationibus, privilegiis in dampnum alicujus Ecclesiae, vel Civitatis, persone, Societatis, datis vel factis, cassatis. Regalia & commoditates, quas pro bono pacis Civitatibus vel personis Societatis superius

perius concessimus seu promissimus in Civitate vel extra, liberas ab omni prestatione Censuum esse statuimus. Privilegia omnia, & data, & concessiones, que in prejudicium Ecclesiarum vel Civitatum vel locorum vel personarum Societatis occasione guerrae vel discordiae Ecclesiae, vel in injuriam alicujus predictarum a Domino Imperatore vel Nuntiis ejus indulta sunt, cassentur, & in irritum deducantur. In Civitate illa, in qua Episcopus Apostolicus habet Comitatum, Cives illius Civitatis non teneantur ab Imperatore Consulatum recipere. In Civitate vero, in qua Episcopus per Privilegium Imperatoris Comitatum habet, si Consules per ipsum Episcopum auctoritatem Consulatus recipere solent vel volent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin ab Imperatore vel Nuntio ejus gratis in Lombardia recipiant vel requirant. Ita quod Investitura uni Consuli vel pluribus facta omnium nomine vel requisita sine fraude, sufficiat: nec cogatur ipse vel ejus Successor, denuo ab eo Investituram recipere vel requirere, donec Imperator idem vixerit. Cum autem Imperator defunctus fuerit, vel Regnum filio suo concesserit, simili modo in Lombardia a filio ejus, vel Successore Investituram recipiant vel requirant. In Causis Appellationum si quantitas Centum Librarum Imperialium excesserit, appellatio ad Imperatorem licite fiat: ita tamen quod non cogantur in Alamanniam ire; sed Imperator habeat proprium Nuntium in Civitate vel Episcopatu, consilio Consulium Civitatis electum, qui de ipsa appellatione infra Civitatem illam vel Episcopatum coalescat & diffiniat. Consules qui in Civitatibus continentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint Domino Imperatori, vel faciant sicut Cives in ipsa Civitate, antequam Conju-

latum recipiant. Vassalli Imperatoris ab eo Investituram recipiant & fidelitatem faciant sicut Vassalli. Cives vero secundum consuetudinem obtinentem ante Regnum Domini Federici. Vassalli tam Clerici quam Laici, qui Investituram tempore guerrae non postulaverunt, vel debita servicia Imperatori non exhibuerunt, vel occasione Societatis eum offenderunt, hac occasione Feudum non amittant, nec propterea in jus vocentur.

Libellarie, & Precarie in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscujusque Civitatis, non obstante Domini Federici Imperatoris.... nisi in ea Civitate, que sponte eam servare voluerit. Damna omnia & injurias, quas Dominus Imperator per se vel per suos ab Universitate Societatis vel ab aliquo de Societate vel coadjutoribus Societatis sustinuit, gratis remittet, & remitti faciet a suis, qui damna sunt passi, & plenitudinem gratiae suae eis dabit. Moram superfluum in Civitate vel Episcopatu pro dampno Civitatis vel Episcopatu non faciet. Civitates munire, & extra munitiones facere eis liceat; nec alicui de Societate, qui non sit in Comitatu vel Episcopatu vel districtu alicujus Civitatis vel de Societate; Castrum vel Civitatem, vel ullam munitionem facere vel reficere liceat absque consilio & voluntate ipsius Civitatis. Item Societatem, quam nunc habent, tenere, & quociens voluerint, renovare eis liceat. Pactiones timore Imperatoris vel per impressionem Nuntiorum ejus extorte in irritum deducantur. Pacta Placentinorum & Episcopi Paduani & Veronensium & Vicentinorum Civium: & si que sunt similes, & si quid ex his pactionibus debetur, remittatur. Sententiae quoque, que de jure secundum leges contra aliquem, vel aliquos de Societate laesae sunt, teneant; si tamen

contra eos tenerent, si gratiam Imperatoris haberent. Que vero contra aliquem de Societate vel aliquos late sunt occasione guerre vel discordie Ecclesie vel Societatis, in irritum deducantur. Possessiones quas quisque de Societate a tempore Regni ejus tenebat, seu tenuit, si ablatae sunt ab his, qui non sunt de Societate, restituantur; vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem Regalium Imperii assignentur, salvis superioribus concessionibus seu permissionibus. Alexandria, Dei gratia, misericordia Imperialis benevolentie, Civitas remaneat, & statum Civitatis obtineat, & omni privilegio Civitatum Societatis gaudeat intra & extra, & earum consuetudinibus libere utatur. Amplius eam jurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in Comitibus Seprii & Marciane & Burgarie & in aliis Comitibus modò exercent, libere & quiete habeant & possideant sine contradictione Domini Imperatoris Federici & successorum ejus: salvis pactis, datis & concessionibus, & in suo robore durantibus, que Mediolanenses per commune fecerunt Civitatibus Pergami, Novarie, Laude, nec propter hanc concessionem ledendis. Opizoni Marchioni omnem offensam, quam cum Societate vel per se vel per aliquam aliam personam contraxit, Imperiali clementia remittet, & in plenitudinem gratie sue eam recipiet. Nec per se, nec per interpositam personam pro preteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferet lesionem, nec ad rationem faciendam eam compellet; & possessiones, quas habet in Tertona & Episcopatu, ei restituantur. Omnes de Societate, qui fidelitatem Domino Imperatori jurabunt, in sacramento fidelitatis adjicient, quod possessiones & jura, que Dominus Imperator in Lombardia habet & possidet extra Societatem, jura-

**A** bunt, eum bona fide manutenere, si opus fuerit. Et super hoc, si per Imperatorem vel ejus Nuntium requisiti fuerint; & si amiserit, recuperare, ita videlicet quod finitime Civitates obnoxie sint principaliter ad hoc faciendum; & si opus fuerit, alie teneantur ad competens auxilium prestandum. Civitates Societatis, que sunt extra Lombardiam in suo confinio, similiter teneantur facere. Si qua Civitatum ea, que in conventionione pacis ex parte Imperatoris statuta sunt, omnino non observaverit, ceterae Civitates ad id observandum bonâ fide compellent. Imperatori intranti in Lombardiam causâ suscipiende Corone fodrum conuetum, & Regale, qui solent & debent, parabunt. Vias & pontes bona fide & sine fraude & sufficienter rescient in cundo & redeundo. Mercatum sufficiens sibi & suis eunti & redeunti bonâ fide & sine omni fraude parabunt. Si qui ex parte Imperatoris de possessionibus suis expulsi sunt, restituantur sine fructibus & damno dato, & offensa remittantur: salvis prioribus omnibus concessionibus seu permissionibus, & salva compositione, de qua actum fuit inter Papienses & parentes Egidii de Prando pro morte ejus, nisi possessor munitus fuerit privilegio, vel investiturâ Imperatoris vel Regis, seu alio jure, & nisi Civitas teneatur juramento, ut non restituat. Quo casu arbitrio boni viri volumus pro restitutione succedere, pactis inter Civitates factis, presertim ante Imperium Domini Imperatoris, in suo robore durantibus, veluti quod factum fuit inter Bononienses & Faëntinos & Imolenses. Si quando controversia de Feudo orta fuerit inter Dominum Imperatorem & alium qui sit de Societate, per pares illius Civitatis & Episcopatus, in qua discordia agitur, secundum consuetudinem Lombardie in eodem Episcopatu & Civitate terminetur.

Concordia pactorum inter Fridericum I. Augustum & Langobardos;  
eorumque socios ad stabiliendam utrinque Pacem, Anno 1183.

De exemplo Laudi inter Dominum Imperatorem & Lombardos.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Nos sumus in concordia, quod Civitates & persone, que sunt in Societate Lombardie, & esse intelligimus, sine fraude talem Pacem & concordiam habeant cum Domino Imperatore Federico, recuperatâ ejus gratiâ: scilicet ut Imperator habeat omnia illa, que sui Antecessores habuerunt a predictis Civitatibus & personis, vel suis Antecessoribus, sine manifesto metu & violentia a tempore postremi Henrici Imperatoris: videlicet Fodrum Regale & conjunctum, sive consuetam Paratam, & consuetum Transitum, & sufficiens Mercatum. Et debet transire pacifice, ita quod in Episcopatu vel Comitatu aliquo fraudulentam moram non faciet. Vassalli quoque fidelitatem Imperatori, & filio ejus Henrico Regi faciant, & expeditionem, & faciant secundum quod soliti sunt, & est antiqua consuetudo, remissâ omni offensione. A Civibus quoque secundum mores Civitatum fidelitatem suscipiat ipse & filius ejus, remissâ omni offensione. A Civibus quoque secundum mores Civitatum fidelitatem suscipiat ipse & filius ejus, remissâ omni offensione; & similiter remissâ omni offensione Civitatibus & Locis & personis, que sunt vel fuerunt ex parte Imperatoris. Regalia verò, que per eum vel Antecessores ejus tam Clericis quàm Laicis fuerunt detenta, & per ipsum seu Antecessores ejus investita, quietè dimittat, nec de cetero impediatur. Cetera verò Regalia consueta, que fuerunt detenta ab Antecessoribus ejus, sine manifesto metu & violentia

Tom. X.

**A** a tempore postremi Regis Henrici, habeat & teneat. Sin autem de predictis rebus vel aliis quibuscumque orta fuerit contentio inter Imperatorem & Civitates & Loca & personas, eligantur sex boni viri & idonei, tres ex parte Imperatoris, & tres ex parte Civitatum vel Civitatis vel Locorum vel persone, cum quo vel cum qua Civitate Imperator contentionem habuerit: qui sex jurejurando prestito causam illam examinent, & in veritatem, prout melius poterint, inquirent; & illam causam bonâ fide & sine fraude diffiniant: & quod dixerint, ab utraque parte teneatur & firmetur. Et nominatim liceat predictis Civitatibus & personis singulis habere Consulatum vel Potestatem more solito; sub quo homines ejus Civitatis & ejus Episcopatus & districti se conveniant & distringant ad justitiam faciendam & puniendam delicta, secundum quod a Civitatibus statutum est vel fuerit: ita quod predictæ Civitates & persone ab Imperatore, qui pro tempore est vel erit, vel ab ejus Misso in Lombardia, pro ipso Consulatu vel Potestate semel Investituram accipiant pro Communi Civitatis. Et liceat predictis Civitatibus & personis vel Rectoribus earum colligere Fodrum, & facere Coltam, & omnia alia, sicut consueverunt sine prohibitione Imperatoris vel ejus Missi, salvo Domino Imperatori jus Appellationum & ordine in sententiis. Consuetudines quoque & commoditates, quas Civitates & homines de Societate habere consueverunt in piscationibus, molendinis, furnis,

Q tabu-

tabulis Cambiatorum & Negotiatorum, macellis, domibus, quas habent edificatas in viis publicis, & ceteras consuetudines antiquas eisdem Civitatibus & omnibus de Societate quietè habere & tenere permittat.

Praeterea Dominus Imperator nullam exactionem pecuniariam habeat in Civitatibus Societatis vel suburbii Civitatum vel in Civibus. Item Dominus Imperator remittat & remitti faciat omnes offensas & maleficia, que aliqua predictarum Civitatum, vel aliquis Locus, vel Marchio, vel Comes, vel aliqua persona hujus Societatis quocumque tempore, quacumque occasione ei vel Imperio vel alicui sue partis fecerit. Et liceat predictis Civitatibus, Locis, & personis munitiones Civitatum & Castrorum, & eadem Castella habere & tenere & meliora facere & nova edificare & rescire, salvis conventionibus & concordiiis Cremonae & aliarum Civitatum & personarum & locorum, inter se factis, & nominatim salvis conventionibus & pactis de Crema non restauranda; & de munitionibus & Castris inter Oleum & Aduam non faciendis, sicuti continetur sine fraude in Privilegiis & Cartis Cremonensium, & a Civitatibus & ab Imperatore sibi factis. Item sententiae usque modo a Consulibus Civitatum seu locorum sive a praedictis personis vel Rehoribus latae, nec Appellatione vel alià legitimâ contradictione suspensae, vel si super causam Appellationis vel contradictionis latae fuerint, firmae permaneant; & ut de criminibus jam commissis criminalis accusatio non fiat. Item Dominus Imperator restituat omnes possessiones & omnia jura Civitatibus & Locis & omnibus personis, que sunt de Societate, que habuerunt & tenuerunt, si per Imperatorem vel ejus Nuntium, vel per interpositam personam occasione sui ban-

A ni vel sue malivolentiae, vel aliter malo ordine amiserunt. Similiter Civitates & Loca & persone Societatis restituant omnes possessiones & jura Imperatori vel alicui Civitati vel hominibus sue partis ablatas predicto modo, cassatis omnibus privilegiis & datis & cartis & investituris in aliquam Civitatem vel Locum seu personam de his collatis: salvis datis & privilegiis & cartis Communi Cremonae de Crema factis: & cassatis omnibus conventionibus & datis & cartis, que aliqua superscriptarum Civitatum vel personarum, seu aliquis Locus cum eodem Imperatore vel ejus Nuntio fecit, nisi Civitas illa vel Locus seu persona conventionem vel datum sive Cartulam sponte servare voluerit. Denique predictae Civitates & Loca & persone debent habere plenam & idoneam securitatem & sufficientem super his omnibus observandis tam ab ipso Imperatore quam ab omnibus Principibus, qui secum sunt in exercitu. Et debet licere Civitatibus & aliis hominibus Societatis sine prohibitione Domini Imperatoris eandem Societatem firmam tenere & juramenta, quodcumque voluerint, facere inter se & renovare. Et si quando Imperator vel ejus successor contra hanc concordiam venerit, liceat Civitatibus & personis hujus Societatis se vicissim, non obstante sacramento aliquo, adjuvare & defendere. Et e contrario si Civitas aliqua vel Locus vel persona Societatis voluerit infringere hanc concordiam Domino Imperatori, possint alie Civitates vel Loca vel persone adjuvare Imperatorem & debeant, non impediendo sacramento Societatis. Captivi quoque ab utraque parte absolvantur & reddantur. Semper in unitate Ecclesie permanere liceat: nec cogat Dominus Imperator predictas Civitates vel Loca vel personas Societatis, Cleros vel Laicos aliqua ratione

ione de his, que spectant ad obedientiam vel observationem Ecclesie vel Apostolici, nec eâ occasione debeat eis offendere in rebus vel in personis. Item Dominus Imperator permittat habitato-

A res Alexandrie redire ad sua loca propria cum personis & rebus cum plenissima securitate, & habitent & morentur, sicuti sui Antecessores fecerunt.

Qualiter Dominus Imperator Fredericus, & ejus filius  
Henricus proferebant concedere Lombardis  
Regalia & consuetudines, Anno 1183.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Dominus Imperator Fredericus, & filius ejus Henricus, concedent vobis Civitatibus, Locis, & personis Societatis Regalia & Consuetudines vestras tam in Civitate quàm extra Civitatem in perpetuum, videlicet, ut in ipsi Civitate omnia in integrum habeatis sicut hactenus habuistis vel habetis. Extra verò omnes sine contradictione exercentis Consuetudines, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis, scilicet in Fodro, & nemoribus, & pascuis, & pontibus, aquis, & moleninis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis in exercitu, in munitionibus Civitatum, in jurisdictione, tam criminalibus quàm in pecuniariis intus & extra, & in ceteris, quae ad commoditatem spectant Civitatum. Volumus, ut Regalia, quae vobis concessa non sunt, in hunc modum cognoscantur. Episcopi loci & homines tam de Civitate quàm de Episcopatu eligantur viri bonae opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur, tales, qui nec contra Civitatem nec contra Imperatorem privato vel speciali odio teneantur, qui jurent, quod bona fide & sine fraude perquirent & inquisita consignabunt ea, quae specialiter ad Imperatorem spectant. Si autem huic inquisitioni super sedendum esse putaveritis, censum duarum millium Marcharum per singulos annos petimus. Si quis

**B** autem super his, quae vobis concessa sunt vel permissa, sive in Civitate sive extra Civitatem spectant, querimoniam apud Imperatorem deposuerit, ejus querimoniam Dominus Imperator non admittet, & silentium ei imponet. Hoc, quod Dominus Imperator vel ejus antecessor Rex vel Imperator, Episcopis, Ecclesiasticis, Civitatibus, vel aliis quibuscumque personis Clericis vel Laicis ante tempus guerraee dedit, vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum & ratum Dominus Imperator habeat, salvo superioribus concessionibus. Et pro eo ei solita servicia exhibeantur, si Censum non praestetur. Commoditates, quas pro bono pacis Civitatibus concessimus in Civitate vel extra, illorum Regalium nomine non intelligimus, pro quibus Censum debeat praestari. Privilegia omnia & data & concessionem, quae in praesudicium vel damnum Civitatum vel Locorum vel personarum Societatis, occasione guerraee vel injuriâ alicujus predictorum a Domino Imperatore vel a Nuntiis ejus indulta sunt, cassantur, & in irritum deducuntur. In Civitate illa, in qua Episcopus per Privilegium Imperatoris vel Regis Comitatum habet, si Consules per ipsum Episcopum auctoritatem Consulatus recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin unaquaeque Civitas a Domino Imperatore Consulatum recipiat. Consequen-

quenter prout in singulis Civitatibus Consules constituentur, a Nuntio ipsius, qui sit in Civitate vel Episcopatu, investituram recipient. Et hoc usque ad quinquennium. Finito quinquennio unaquaeque Civitas mittat Nuntium ad Dominum Imperatorem pro recipienda Investitura. Et sic in posterum videlicet, ut finitis singulis quinquenniis ab ipso recipient infra quinquennia, & a Nuntio ejus, sicut dictum est, nisi Imperator in Lombardia fuerit: tunc enim ab ipso recipient. Eadem observentur in Successore ipsius. Et omnes Investiturae gratis fiant. Cum autem Imperator defunctus fuerit, vel Regnum filio concesserit, simili modo a filio vel ejus successore investituram recipient. In causis Appellationum, si quantitas viginti quinque Librarum Imperialium excesserit, Appellatio ad ipsum licite fiat, salvo jure & moribus Brixienfis Ecclesiae in Appellationibus, ita tamen, quod non cogantur in Alamanniam ire. Si Imperator habeat proprium Nuntium in Civitate vel Episcopatu, quod de ipsa Appellatione cognoscat & juret, quod bona fide causas examinabit & diffiniet secundum leges & mores illius Civitatis infra duos Menses a contestatione litis, vel a tempore appellationis receptae, nisi iusto impedimento vel consensu utriusque partis remanserit. Consules, qui in Civitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint Imperatori, vel facient, antequam Consulatum recipient. Vassalli, qui tempore guerrae vel treuguae non postulaverint investituram, vel debita servitia non exhibuerint Imperatori, hac occasione Feudum non amittant. Libellariae & Precariae in suo statu permanent secundum consuetudinem uniuscujusque Civitatis, non obstante Lege Domini Imperatoris Frederici. Vassalli Imperatoris ab eo Investituram recipient, &

A fidelitatem facient, sicut Vassalli. Ceteri omnes, sicut Cives, a sexdecim annis usque ad septuaginta, nisi sint tales personae, quibus debeat & possit sacramentum remitti. Damna omnia, & ablata, & injurias, quas Dominus Imperator per se vel per suos ab universitate Societatis, vel ab aliquo de Societate, vel ab aliquo de adjutoribus Societatis sustinuit, per se vel per suam partem gratis remittet & plenitudinem gratiae suae eis dabit. Moram superfluum in Civitate vel Episcopatu pro damno Civitatis non faciet. Civitates munire, & extra munitiones facere eis liceat. Item Societatem, quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint, renovare eis liceat.

G Passiones timore Imperatoris, vel impressione Nuntiorum ejus factae, pro infestis habeantur, nec pro eis aliquod exigatur, puta Placentinorum, scilicet pactum Pontis Padi, & fictum ejusdem Pontis & Regalium, & datum & pactum, quod Episcopus Ugo fecit de Castro Arcuato, & si qua alia facta sunt similia ab ipso Episcopo, vel a Communi, vel a suis de Societate cum Domino Imperatore vel ejus Nuntio, ipso Ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen quod teneantur semper solvere fictum Abbatissae Sanctae Juliae de Brixia. Et si quae sunt similes. Sententiae quoque, quae jure & secundum leges & consuetudines contra aliquem vel aliquos de Societate latae sunt, teneant, si tamen de jure contra eos tenerent, si gratiam Imperatoris haberent. Quae vero contra aliquem vel aliquos de Societate latae sunt, occasione discordiae Ecclesiae, in irritum deducantur. Possessiones, quas quisque de Societate ante tempus guerrae iuste tenebat, si per vim ablatae sunt ab his, qui non sunt de Societate, sine fructibus & damno resti-



restituatur: vel si eas recuperaverint, quietè possideant, nisi per electos Arbitros ad cognitionem Regalium Imperatoris assignentur. Obizoni Marchioni omnem offensam, quam Domino Imperatori vel alicui suae partis fecit, postquam in Societate fuit, ipso, vel per aliquam personam cum Societate, vel defendendo aliquem de Societate, Imperiali clementia, & per suam partem remittet, & in plenitudinem gratiae suae eum recipiet, nec per se nec per interpositam personam pro praeteritis offensis sibi vel parti ipsius, aliquam inferat laesionem vel occasionem. Amplius eam jurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in Comitibus Seprii & Martianae & Bulgariae, & in aliis Comitibus, exceptis Locis, quae Pergamenses per Commune modò tenent inter Alduam & Oleum, & excepto Rumano Veteri & Bariano, & eam, quam modò exercent, libere & quietè habeant & possideant, & sine contradictione Domini Imperatoris Friderici, & successorum ejus. Salvis pactis & datis & concessionibus, & in suo robore durantibus, quae Mediolanenses per Commune fecerunt Civitatibus Pergani, Novariae, Laudae, nec propter hanc concessionem laedendis. Nec ullum praepjudicium fiat juri aut consuetudini alicujus Civitatis Societatis, nec aliquod jus acquiratur in detrimentum alicujus Civitatis propter praedictas concessionem. Et propter praedictas concessionem pacta inter Civitates Societatis quaedam facta, nihilominus firma & rata permaneant; nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in Episcopatu Laude propter praedictas concessionem. Salvo jure Mediolanensibus aquae Lambri & in pedagio, si quod habent. Omnes de Societate, qui fidelitatem Domino Imperatori jurabunt, in sacramento fidelitatis adicient, quod

A possessiones & jura, quas Dominus Imperator in Lombardia habet & possidet, extra Societatem jurabunt ea bonè fide manutenere, si opus fuerit, & super hoc per Imperatorem vel ejus certum Nuntium requisiti fuerint, & si amiserit, recuperare: ita videlicet quod finitimae Civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum, & si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium praestandum. Civitates de Societate, quae sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter teneantur facere. Si qua verò Civitatum, quae in conventionem Pacis ex parte Imperatoris statuta sunt, non observaverit, ceterae Civitates ad id observandum bonà fide compellent, Pace nihilominus in suo robore permanente. Imperatori intranti in Lombardiam Fodrum consuetum & regale, quod solent & debent, & quando solent & debent, praestabunt; & Vias & Pontes bonà fide & sine fraude sufficienter reficient in eundo & redeundo. Mercatum sufficiens sibi & suis eunti & redeunti bona fide & sine fraude praestabunt. In omni decimo anno fidelitates renovabunt in his, qui Domino Imperatori eas non fecerint, cum ipse petierit per se vel per suum Nuntium. Si qui ex parte Imperatoris de possessionibus suis justis expulsus sunt, restituantur sine fructibus & damno, nisi in causa principali suae proprietatis jure possit se tueri posse. Salvis prioribus concessionibus; & omnes offensae eis remittantur. Eodem jure servando his, qui sunt ex parte Imperatoris circa restitutionem, nisi Civitas teneatur juramento, ut non restituat, quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere. Et si qua controversia de Feudo orta fuerit inter Dominum Imperatorem & alium, qui sit de Societate, per pares illius Civitatis vel Episcopatus, in quo discordia agi-

agitur, secundum consuetudinem illius Civitatis in eodem Episcopatu terminetur, nisi Dominus Imperator in Lombardia fuerit: tunc enim apud ipsum, si sibi placuerit, causa agitabitur. Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta, & juramenta firmata inter Civitatem & Civitatem Societatis, vel Civitatem Societatis & alias p..... Dominus Imperator audientiam negabit,

Item Dominus Imperator restituet Stratam Veronensibus, & nominatim recipiet Dominum Icilinum in plenitudinem gratie sue, & omnem offensam ei remittet. In causis, que terminate sunt ante tempus pacis, Dominus Imperator appellationes ad se factas non recipiet. Ecce nomina Principum & Militum, qui jurare debent. Archiepiscopus de Maganza: Archiepiscopus de Colonia: Archiepiscopus de Salsburgo: Episcopus de Panbergis: Episcopus de Guarnasia: Episcopus de Straseburgo: Episcopus de Basilea: Episcopus de Spira: Episcopus de Renesburgo; & Cancellarius Imperatoris: Abbas de Volt: Dominus Imperator F. & Rex Henricus ejus filius, & alius ejus filius, qui est Dux de Saxonia: Bernardus Dux: & Dux Guelpbus: & Dux de Zaren-go: & Dux de Bajoeria: & Dux de Austorico: & Dux de Stira: & Dux de Boemia: Dux de Carantana: & Marchiones de Saxonia, scilicet Marchio Tiris, & frater ejus Comes Dedde; & Landegrandi, qui sunt Imperatoris Nepotes: & frater Imperatoris Comes Henricus de Decio: & Comes de Savolia: Comes Palatinus de Doenga: Guarnerius de Balenda: Cona de Miciborgo: Enricus Marefcalcus: Conradus de Scainke: Rodulfus Camerlengus; Albertus de Grognengo: Albertus de Adalburgo; & omnes qui habent administrationem ab Imperatore in Lon-

A bardia & Marchia & Romania, infra mensem ex quo ceperit administrare. Hec sunt nomina Civitatum, que debent jurare ex parte Imperatoris, scilicet Cremona, Pavia, Aste, & Terdona. Nomina Civitatum & Locorum & personarum Societatis, cum quibus Dominus Imperator facit concordiam, & que debent jurare ex parte Societatis, be sunt Vercelle, Novaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Ferraria, Bononia, Inmola, Faentia, Castrum Sancti Cassiani, Mutina. Regium, Parma, Placentia cum Bobio, Plebs de Grabadona, Marchio Opizo. Dominus Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, & filius ejus Rex Henricus jurare debet per se, aut per aliam personam, cui nominatim parabolam dabit, ut juret in anima sua, quod ipse Dominus Imperator bona fide & sine fraude servabit concordiam pacis scriptam per Dominum Guilielmum Astensem Episcopum, & Marchionem Henricum, qui dicitur Guercius, & Fratrem Tedericum & Rodulfum Camerlengum; qui mandatum pacis habuerunt ab Imperatore. Et ex altera parte Nuntios Civitatum & Locorum & personarum Societatis, & quod bona fide & sine fraude faciet jurare praedictos Principes tam Clericos quam Laicos, & Milites & Consules & Potestates praedictarum Civitatum, quod ipsi facient omnes homines sue Credentie, & unum hominem in publica concione in anima Populi jurare pro sua Civitate, quod bona fide servabunt Pacem & concordiam quantum ad eos pertinebit, Civitatibus, Locis & personis Societatis, sicut continetur in scriptis factis in Episcopum Astensem & Marchionem Henricum, & Fratrem Tedericum, & Rodul-

Rodulfum Camerlengum; & ex altera parte Rectores & Consules Civitatum Societatis. Dominus Imperator jurabit, & duo predicti filii ejus & Principes, qui presentes erunt in colloquio, quod statutum est per predictos Nuntios Imperatoris usque ad Octavam Pentecosten proximam. Et sic alii Principes & Milites supra nominati, qui absentes erunt, usque ad Kalendas Septembris proximas jurabunt, & Consules predictarum Civitatum infra tres menses jurabunt, & facient jurare, sicut superius dictum est; ex quo requisitum fuerit a Nunciis Civitatum Societatis post reditum, nisi remanserit justo impedimento, aut per parabolam parcium, quousque data fuerit. Alioquin ponet in bannum illam Civitatem, que noluerit predictum juramentum facere infra duos menses, postquam inde ex parte Societatis requisitus fuerit. Nec extrahet eam de banno, nisi compleverit hoc, pro quo in banno posita fuerit. Rectores cum Consulibus, qui sunt hic, jurabunt, quod Pacem istam, sicut in scripto continetur, bonâ fide & sine fraude observabunt erga Dominum Imperatorem Fridericum & filium ejus Regem Henricum; & ea, que in Instrumento Pacis continentur, bonâ fide & sine fraude adimpleri facient. Insuper quod Credentias, & ceteros Consules, vel Potestates de singulis Civitatibus in eundem modum jurare facient. Item quod pecuniam, quam Domino Imperatori debent scilicet quindecim milia Librarum Imperialium, & mille Libras Imperiales, quas debent Apenſi Episcopo & Marchioni Henrico Guersio & Rodulfo Camerlengo, & Proposito Sancti Antonini, bonâ fide constitutis terminis persolvent Mediolani pro porcione sibi a sociis concorditer imuncta. Item convenit inter predictos Nuntios Domini Imperatoris, Rectores, & Con-

A fules Societatis, quod si qua Civitas aut Locus Societatis non juraverit ad terminum, quo alie Civitates jurabunt, & in terminis statutis de pecunia paranda non solverit, Dominus Imperator ponet eam vel eum in bannum infra duos menses, ex quo requisitus fuerit, neque extrahet eum de banno, donec duplum solverit ejus, quod parare debuerit. Ceteri vero de porcione ejus non teneantur, sed ad competens auxilium parandum ad id recuperandum teneantur. Hanc Pacem jurabunt Rectores & alii homines de Societate: ita si placuerit Civitatibus Ferrarie, Imole, Faventie, & Episcopatibus videlicet Feltre, Bellune, & Cenate: salvis pactis & datis inter homines predictorum Episcopatum & Civitatis Tarvisi, jurare similiter a proximo die Mercurii usque ad tres septimanas; alioquin que videbuntur per fraudem Pacem recusare, teneantur Rectores & alii, qui juraverunt, exinde precise.

D Rebus ita compositis, fausta denique dies adfuit, qua postremo decreto Fridericus Imperator Pacem Langobardis Civitatibus earumque sociis in Urbe Constantiensi dedit. Dies Septimus ante Kalendas Julias delectus tantae celebritati fuit. Acta Pacis illius inter Caesareas Leges, quibus Italia utitur, relata, ac saepe typis aeneis consignata, nota adeo sunt, ut ab iis heic inferendis abstinere potuissem, nisi edita omnia exemplaria deprehendissem multis scilicet erroribus, & medicam plane manum exposcere. Usus sum ergo ad ea germanae lectioni restituenda non solum vetustissimo Regesto Communivitatis Murinensis, sed & altero non minoris antiquitatis, quod in Archivo suo adservat Civitas Regienſis. Praesto etiam mihi fuit per-

E vetustus

vetustus Codex Romanus, ubi Acta eadem scripta reperi. Sed & doctus atque amicus vir Philippus Garbellius Brixianus, Abbas Pontis Vici, e Tabulario patriae suae, atque ex membranaceo vetusto Apographo Mo-

A nasterii Brixiani Sanctae Juliae, exemplum eorumdem Actorum ad me humanissime misit. Atque ex his plura emendavi. Quae verò variantia erant, adjeci.

Acta Pacis Constantiae inter Fridericum I. Imperatorem, & Henricum VI Regem ejus filium ex una, & Langobardos, eorumque foederatos ex altera parte, Anno 1183.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Fridericus (a) divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus, & (b) filius ejus Henricus Sextus Romanorum Rex\* (c) Augustus. Imperialis clementiae mansueta serenitas eam semper in subditis suis (d) dispensationem favoris & gratiae habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessum delicta debeat & possit corrigere, (e) magis tamen studeat propitiâ tranquillitate pacis, & piis affectibus misericordiae (f) Romanum Imperium regere, & rebellium insolentiam ad debitam fidem & debitae devotionis obsequium revocare. Ea propter cognoscat universitas fidelium Imperii tam praesentis aetatis, quam successurae posteritatis, quod nos solitâ benignitatis nostrae gratiâ ad fidem & devotionem Lombardorum, qui aliquan-

B do nos, & Imperium nostrum (g) offenderunt, viscera nobis innatae pietatis aperientes, eos & Societatem & fautores eorum in plenitudinem gratiae nostrae (h) recepimus, offensas omnes & culpas, quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes, eosque propter fideliam (i) devotionis suae servitia, quae nos ab eis credimus certissime recepturos, in numero dilectorum (k) nostrorum fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, praesenti paginâ jussimus (l) subterscribi, & auctoritatis nostrae Sigillo communiri. Cujus hîc est tenor & series.

D I. Nos Romanorum Imperator Fridericus, & filius noster Henricus (m) Romanorum Rex, concedimus vobis Civitatibus, Locis, & Personis Societatis,

- (a) Codices Brixianus, & Romanus: *Fridericus*.  
 (b) Apographum membranaceum Sanctae Juliae Brixianae, & Henricus Sextus filius ejus. Codex Brixianus: *Et Henricus Sextus filius, Romanorum &c.*  
 (c) Codex Romanus: *Romanorum Rex. Imperiali &c.*  
 (d) Codices Romanus & Brixianus: *in subditis dispensationem*.  
 (e) Codices iidem: *tamen magis*. In Codice Brixiano desiderantur ea: *tamen magis usque ad regere*.  
 (f) Codex Romanus: *& Romanorum Imperium*.  
 (g) Apographum Sanctae Juliae: *offenderant*.  
 (h) Apographum idem: *recipimus*.  
 (i) Codex Brixianus & Regienfis: *devotae sinceritatis suae*.  
 (k) Codex Brixianus, & Apographum Sanctae Juliae: *dilectorum Fidelium nostrorum*.  
 (l) Codices Romanus & Brixianus: *subscribi*.  
 (m) Codex Romanus; *Henricus Rex Romanorum*.

tis, Regalia & Consuetudines vestras tam in Civitate, quàm extra Civitatem, videlicet Veronae & Castro (\*) e-  
jus, & suburbiis, & aliis Civitati-  
bus, Locis, & Personis Societatis in  
perpetuum: videlicet ut in ipsa Civi-  
tate omnia habeatis; extra verò om-  
nes Consuetudines sine contradictione (n)  
nostra exerceatis, quas (o) ab antiquo  
exercuistis vel exercetis, scilicet in (p)  
Fodro, & nemoribus, & pascuis, &  
pontibus, aquis, & molendinis, sicut  
ab (q) antiquo habere consuistis vel  
habetis, in exercitu, in munitionibus  
Civitatum, in jurisdictione tam in cri-  
minalibus causis, quàm in pecuniariis  
intus & extra, & in ceteris, quae  
ad commoditatem spectant Civitatum.  
Volumus, ut Regalia, quae (r) vobis  
concessa non sunt, in hunc modum co-  
gnoscantur. Episcopus Loci & Homines  
tam (f) de Episcopatu, quàm de Civi-  
tate eligantur, viri bonae opinionis,  
& qui ad hoc idonei esse credantur;  
tales, qui nec contra Civitatem, nec  
contra nostram Majestatem privato vel  
speciali odio teneantur: qui jurent, quod  
bonâ fide & sine fraude perquirent,  
& inquisita consignabunt ea, quae spe-  
cialiter ad nostram spectant Excellen-  
tiam. (t) Si autem huic inquisitioni  
superfledendum esse putaverint, Censum

Tom. X.

A duorum millium Marcharum argenti per  
singulos annos petimus. Attamen compe-  
tenti moderatione moderabimur etiam  
quantitatem istam, si enormis visa  
fuerit.

B II. Si quis autem super his, quae  
vobis concessimus vel permisimus sive in  
Civitate, sive extra Civitatem queri-  
moniam apud Majestatem nostram depo-  
suerit, ejus querimoniam non admitte-  
mus, & silentium ei imponemus.

C III. Hoc, quod nos, vel noster ar-  
tecessor Rex vel Imperator Episcopis,  
Ecclesiis (u), vel Civitatibus, vel aliis  
quibuscumque personis Clericis vel Lai-  
cis ante tempus Guerrae dedit, vel  
quolibet (x) concessionis titulo concessit,  
firmum & ratum habemus, salvis supe-  
rioribus concessionibus; & pro eo so-  
lita (y) nobis servitia exhibeantur,  
sed (z) Census non praestetur. Commo-  
ditates, quas pro bono pacis Civitati-  
bus concessimus in Civitate vel extra,  
illorum nomine (a) non intelligimus,  
pro quibus Census debeat praestari.

D IV. Privilegia omnia & data &  
concessionibus (b) in praejudicium & dam-  
num Civitatum vel Locorum, vel Per-  
sonarum Societatis occasione Guerrae in  
injuriam alicujus praedictorum a nobis,  
vel a Nunciis nostris indulta, (c) cas-  
sentur, & in irritum deducantur.

R

V. In

(\*) Cod. Brixianus: &amp; Castro &amp; suburbiis.

(n) Apographum Sanctae Juliae, &amp; Cod. Romanus: sine contradictione exerceatis.

(o) Idem Apographum: quas ab antico.

(p) Codex Brixianus: in Fodro.

(q) Apographum Sanctae Juliae: ab antico.

(r) Codices Romanus &amp; Brixianus: quae vobis non concessimus.

(f) Codices iidem: tam de Civitate, quàm de Episcopatu. Apographum Sanctae Ju-  
liae: in hunc modum eligantur.(t) Verba haec Si autem, usque ad visa fuerit, non leguntur in Codicibus Romano,  
Brixianis, & Mutinensibus.

(u) Codex Romanus &amp; Apographum Sanctae Juliae: Ecclesiis, Civitatibus.

(x) Codex Brixianus: quolibet occasionis titulo.

(y) Codex Romanus, &amp; Apographum Sanctae Juliae: solita servitia nobis.

(z) Codex Romanus: Si Census non praestetur. Apographum Sanctae Juliae: praestentur.

(a) Cod. Romanus: nomine nostro non.

(b) Codices Romanus, Brixianus, &amp; Apographum, concessionibus quae in praejudicium.

(c) Iidem Codices: indulta sunt, cassentur.

V. In Civitate illa, in qua Episcopus per Privilegium Imperatoris vel Regis, Comitatum habet, si Conules (d) per ipsum Episcopum Consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin unaquaeque Civitas a nobis Consulatum recipiat. (\*)

VI. Consequenter prout in singulis Civitatibus Consules constituentur, a Nuntio nostro, qui sit in Civitate vel Episcopatu, (e) Investituram (f) recipiant. Et hoc usque ad quinquennium. Finito quinquennio, unaquaeque Civitas mittat Nuntium ad nostram praesentiam (g) pro recipienda Investitura; & sic in posterum, videlicet ut finitis singulis quinquenniis a nobis recipiant, & infra quinquennia a Nuntio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus: tunc enim a nobis recipient. Eadem observentur in Successore nostro. Et omnes Investiturae gratis fiant. Cum autem nos Imperator divina (h) voluntate decesserimus, vel Regnum filio nostro concesserimus, simili modo a filio nostro, vel ejus Successore Investituram recipietis.

VII. In causis Appellationum, si quantitas viginti quinque Librarum Im-

perialium summam excefferit, Appellatio ad nos fiat, salvo jure & (i) moribus Brixienfis Ecclesiae in Appellationibus: ita tamen, ut non cogantur in Alamanniam ire; sed nos habebimus proprium Nuntium in Civitate vel Episcopatu, qui de ipsa Appellatione cognoscat, & juret, quod bona fide & sine fraude causas examinabit & definiet secundum (k) mores & leges illius Civitatis infra duos menses a contestatione litis, vel a tempore Appellationis receptae, nisi justo impedimento vel consensu utriusque partis remanserit.

VIII. Consules, qui in Civitatibus (l) constituentur, tales sint, qui Fidelitatem nobis fecerint vel faciant, antequam (m) Consulatum recipiant.

IX. Vassalli (n) nostri a nobis Investituram (o) accipiant, & Fidelitatem faciant, sicut Vassalli. Ceteri omnes, sicut Cives, (p) a XVI. annis (q) ad LXX. nisi (r) sint tales personae, quibus debeat & possit (s) sine fraude sacramentum remitti. Vassalli, qui tempore Guerrae vel (t) Treugae non (u) postulaverunt Investituram, vel debita servitia nobis non (x) exhibuerunt, hac occasione Feudum non amittant.

X. Li-

(d) Codex Romanus: per ipsum Consulatus recipere.

(\*) Apographum Sanctae Juliae: a nobis Consulatum recipiet.

(e) Codex Romanus: Investituram percipiant.

(f) Apographum: recipient.

(g) Cod. Romanus: pro Investitura recipienda.

(h) Codices Romanus & Brixianus & Apographum: divina vocatione.

(i) Codex Brixianus: jure & more.

(k) Idem Codex: secundum leges & mores.

(l) Idem: constituuntur.

(m) Idem: fidelitatem nobis fecerint, vel faciant, antequam Consulatum recipiant.

(n) Idem: Vassalli tantum a nobis.

(o) Idem: accipiant.

(p) MStum Estense, & Codices Brixianus & Romanus: a XVI. annis.

(q) Idem Codices, & Apographum Sanctae Juliae: usque ad LXX.

(r) Codices iidem: nisi tales personae sint.

(s) Idem Codices, & Apographum: possit sacramentum sine fraude remitti.

(t) Codex Romanus: Treugae. Apographum: Treguae.

(u) Codex Brixianus: postulaverint.

(x) Idem Codex: exhibuerint.

X. Libellariae & Precariae in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque Civitatis, non obstante Legge nostra, quae dicitur Imperatoris Frederici.

XI. Damna (y) omnia & ablata & injurias, quas nos per nos & per nostros ab Universitate Societatis, vel ab aliquo de Societate, vel a Coadjutoribus Societatis sustinimus per nos (z) & nostram partem gratis remittimus, & plenitudinem nostrae gratiae eis damus.

XII. Moram superfluum in Civitate vel Episcopatu pro damno Civitatis non faciemus.

XIII. Civitates munire, vel extra munitiones eis facere liceat.

XIV. Item Societatem, quam nunc habent, tenere, (a) & quoties voluerint, renovare eis liceat.

XV. Passiones timore nostro, (b) vel impressione Nuntiorum nostrorum factae (c) cassentur, & pro infectis habeantur, nec pro iis aliquid (d) exigatur.

XVI. Pacta Placentinorum, scilicet pactum Pontis Padi, & fictum ejusdem Pontis, & Regalium, & datum, & pactum, quod (e) Episcopus Hugo fecit de Castro (f) Arquato, & si quae alia similia (g) sunt facta ab ipso Epi-

A scopo, vel a Communi, vel ab aliis de Societate, nobiscum, vel Nuntio nostro, ipso Ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen quod teneantur semper solvere (h) fictum Abbatissae Sanctae Juliae de Brixia, & si quae sunt similes.

B XVII. Sententiae quoque, quae de jure, & secundum leges & consuetudines contra aliquem, vel aliquos de Societate latae sunt, teneant, si tamen de jure contra eos tenerent, si gratiam nostram non habuissent. Quae vero contra aliquem vel aliquos de Societate latae sunt (i) occasione Guerrae, seu discordiae, in irritum (k) deducantur.

C XVIII. Possessiones (l) omnes, quas quisque de Societate ante tempus (m) Guerrae tenebat juste, si per vim ablatas sunt ab his, qui de Societate non sunt, sine fructibus & damno restituantur: vel si eas (n) recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem Regalium nobis affigantur.

D XIX. Opizoni Marchioni omnem offensum, quam nobis vel alicui (o) nostrae partis fecit, (p) postquam in Societate fuit, per se vel per aliquam personam cum Societate, vel defendenda

R 2 aliquem

(y) Apographum, & iidem Codices: Damna omnia & ablata & injurias, quas.

(z) Codices Romanus & Brixianus: & per partem nostram.

(a) Apographum: & quotiens.

(b) Codex Estensis & Romanus: vel permissione, Apographum: per impressionem.

(c) Idem Apographum & Codex Romanus: factae pro infectis habeantur.

(d) Cod. Romanus: aliquod.

(e) Codices Romanus & Brixianus: quod fecit Episcopus Ugo.

(f) Codex Brixianus: Arcato. Romanus: Arcuato.

(g) Uterque Codex. similia facta sunt.

(h) Codex Brixianus: solvere fictum.

(i) Idem Codex: in occasione guerrae.

(k) Idem: deducuntur.

(l) Codices Romanus, Brixianus, & Apographum Sanctae Juliae: Possessiones, quas quisque.

(m) Codex Brixianus: guerre.

(n) Idem Codex, & Romanus: recuperaverint, quiete possideant.

(o) Ambo Codices: alicui partis nostrae.

(p) Apographum Sanctae Juliae: priusquam.

aliquem de Societate, Imperiali clementiâ per nos (q) & nostram partem remisimus, & in plenitudinem nostrae gratiae eum (r) recepimus: (l) nec per nos, nec per interpositam personam pro praeteritis offensis sibi, vel parti ipsius, aliquam inferemus (t) injuriam, laesionem, vel coactionem.

XX. Amplius eam jurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in Comitibus Seprii, (u) & Martexanae, & Burgariae, & in aliis Comitibus, exceptis locis, quae Pergamenses (x) pro Commune (y) modo tenent inter Adduam (z) & Ollium, & excepto Romano Veteri, (a) & Bariano, & eam, quam modo exercent, liberè & quietè habeant & possideant sine contradictione nostra & Successorum nostrorum, (b) datis & pactis & concessionibus, in suo robore durantibus, quae Mediolanenses, (c) pro Commune fecerunt Civitatibus (d) Pergami, Laude, & Novariae, nec propter hanc concessionem laedendis. Nec ullum praedictum fiat juri, (e) aut consuetudini

A alicujus Civitatis Societatis; nec ali-quod jus (f) acquiratur in detrimentum alicujus Civitatis Societatis propter praedictas concessionem.

XXI. Pacta inter Civitates Societatis quondam facta, nihilominus firma & rata permaneant. Nec aliquid intelligatur acquisitum (g) Mediolanensibus in Episcopatu Laudensi propter praedictas concessionem, salvo jure aquae Lambri, (h) si quod habent, & in pedagio.

XXII. Omnes de Societate, qui Fidelitatem nobis jurabunt, in sacramento Fidelitatis adjicient, quod possessiones & jura, (i) quae nos in Lombardia habemus & possidemus (k) extra Societatem, jurabunt nos bonâ fide mantere, si opus fuerit, & (l) cum super hoc per nos, vel per certum Nuntium nostrum (m) requisiti fuerint, & si amiserimus, recuperare: ita videlicet, quod finitimae Civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum, & si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium praestandum. Civitates (n) de Societate, quae sunt extra Lombardiam,

- (g) Idem Apographum: & per nostram partem. Codex Romanus: remisimus.  
 (r) Codex Brixianus: recipimus.  
 (f) Cod. Romanus: recepimus, nec per interpositam personam.  
 (t) Cod. Romanus, Brixianus, & Apographum: aliquam inferemus laesionem vel coactionem.  
 (u) Cod. Romanus: Sceprii & Martianae. Apographum: Martiane & Burgarie.  
 (x) Codices Romanus & Brixianus: Pergamenses modo tenent per Commune.  
 (y) Apographum: per Comune modo tenent.  
 (z) Codex Brixianus. Adduam & Oleum. Romanus: inter Addam, & Oleum. Apographum: Aduam.  
 (a) Codex Regiensis: Luriano: Codex Estensis, & Romanus: Buriano.  
 (b) Codices Romanus, & Brixianus: salvo pactis, datis, & concessionibus.  
 (c) Apographum, & Codex Romanus: per Comune.  
 (d) Apographum: Pergamo. Codex Brixianus: Pergami, Novarie, Laudis. Romanus: Lauda.  
 (e) Apographum: juri vel aut consuetudini.  
 (f) Codex Brixianus: acquiratur & detrimentum.  
 (g) Idem Codex: acquisitum a Mediolanensibus.  
 (h) Codices Romanus, & Brixianus: aquae Lambri, & in pedagio, si quod habent.  
 (i) Codex Brixianus: quae & quas habemus in Lombardia.  
 (k) Cod. Romanus: extra Civitatem.  
 (l) Idem Codex: & super hoc per nos, vel certum Nuntium nostrum si requisiti fuerint.  
 (m) Apographum: per nos, vel nostrum Nuntium certum requisiti fuerint, & si amiserimus.  
 (n) Codices Romanus & Brixianus: Civitates, quae sunt de Societate extra Lombardiam.



diam, in suo confinio similiter teneantur facere. Si qua verò Civitatum ea, quae in conventionione Pacis ex parte nostra statuta sunt, non observaverit, ceterae Civitates (o) eam ad id observandum bonâ fide compellant, Pace nihilominus in suo robore permanente.

XXIII. Nobis intrantibus in Lombardiam, Fodrum consuetum & Regale, qui solent & debent, & quando solent & debent, praestabunt. Et Vias & Pontes bonâ fide & sine fraude, & sufficienter reficient in eundo & redeundo. Mercatum sufficiens nobis & nostris euntibus & redeuntibus bonâ fide & sine fraude praestabunt.

XXIV. In omni decimo anno Fidelitates renovabunt, in his, qui (p) eas nobis (q) non fecerunt, cum nos petierimus vel per nos, vel per nostrum (r) Nuntium.

XXV. Si qui ex parte nostra de suis iustis possessionibus expulsi sunt, restituantur sine fructibus & damno, nisi in causa principali, seu proprietatis jure (s) possit se tueri possessor, salvis prioribus concessionibus. Et omnes offensae eis remittantur, eodem jure servando iis, qui sunt ex parte nostra

A circa restitutionem, nisi Civitas teneatur juramento ut non restituat. Quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere (t).

XXVI. Et si qua controversa (u) de Feodo orta fuerit inter nos & alium, qui sit de Societate, per Pares illius Civitatis vel Episcopatus, in (x) quo discordia agitur, secundum (y) illius Civitatis consuetudinem, in eodem Episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus: tunc enim in audientia nostra, si nobis placuerit, causa agitabitur.

XXVII. Item volentibus venire contra pacta, non per violentiam facta, & juramento firmata inter Civitatem & (z) Civitates Societatis, (a) vel Civitates & alias (b) Personas, nos audientiam denegabimus (c).

XXVIII. Item nos (d) restituimus Stratam Veronensibus.

XXIX. Et nominatim recipimus (e) Ezelinum in plenitudinem gratiae nostrae, & omnem offensam ei remittimus.

XXX. Hanc igitur Pacem, secundum formam praescriptam, & (f) per mediatores Pacis, videlicet (\*) Willelmum Astensem Episcopum, (g) Henricum Mar-

(o) Cod. Brixianus: Civitates ad id observandum.

(p) Cod. Romanus: in iis qui nobis non fecerint.

(q) Codex Brixianus: in his, qui eas nobis non fecerint. Apographum: quae nobis non fecerint.

(r) Codices Romanus, & Brixianus: vel Nuntios nostros.

(s) Apographum, & ambo Codices jure se possit tueri.

(t) Codex Romanus: succedere; salvis prioribus concessionibus; & omnes offensae eis remittantur.

(u) Uterque Codex, & Apographum: de Feudo.

(x) Codices ambo: in qua.

(y) Uterque Codex: secundum consuetudinem illius Civitatis.

(z) Codex Romanus, & Apographum: inter Civitatem & Civitatem Societatis. Ita & Brixianus.

(a) Apographum: vel Civitatem.

(b) Ambo Codices, & Apographum, & Codex Estensis: & alias Personas Societatis.

(c) Cod. Brixianus: delegabimus.

(d) Cod. Romanus: restituemus.

(e) Cod. Estensis. Ezelinum. Ita & Romanus. Brixianus verò Ezelinum.

(f) Cod. Romanus: & sicut per mediatores. Sic & Apographum.

(\*) Codices Romanus, & Brixianus: Willelmum Hastensem Episcopum.

(g) Ambo Codices: & Henricum.

ebionem (h) Saonensem, (i) Tibericum de Silva Benedicta, & Rodulphum Camerarium nostrum, una cum eis (l) bonâ fide intelleximus, (m) & secundum tenorem, quo eandem Pacem (n) & Concordiam jurari fecimus, & secundum quod (o) Lombardi eam bonâ fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi, & (p) conservari statuimus. Et ut firma permaneat, (q) & inconcussa, praesentem paginam (r) nostri impressione Sigilli fecimus (l) communiri.

XXXI. Nomina verò Civitatum, quibus & gratiam (t) nostram reddimus, & praescriptam facimus concessionem, sive (u) permissionem, haec sunt: Vercellae, Novaria, Mediolanum (x) Lauda (y) Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, (z) Vicentia, Padua, (a) Trivisum, Bononia, Faventia, Mutina, Regium, Parma, Placentia.

A Istis autem Civitatibus & Locis Pacem (b) firmam servari volumus, & gratiam nostram (c) reddimus.

XXXII. Praescriptam autem concessionem seu permissionem eis (d) non facimus, videlicet, Imolae, Castro Sancti Cassiani, Bobio, Plebi, de (e) Grabedona, Feltrae, Belluno, (f) Cenetae. Ferrariae autem gratiam nostram reddimus, & praescriptam (g) concessionem facimus (h) seu permissionem, si infra duos menses post reditum Lombardorum a Curia nostra de Pace praescripta cum eis concordēs fuerint.

XXXIII. Hanc itaque Pacem & Concordiam, (i) sicut superscriptum est, tam nos, quam filius noster Henricus (k) Romanorum Rex, per Camerarium nostrum Rodulphum (l) jurari fecimus in animam nostram.

XXXIV.

- (h) Brixianus Codex: *Saonensem*. Apographum: *Saonensem*.  
 (i) Codices Estensis, & Romanus, & Apographum: *Fratrem Tibericum*. Apographum; *Fridericum*.  
 (l) Codices Romanus, & Brixianus: *una cum eis intelleximus bonâ fide*.  
 (m) Cod. Brixianus: *secundum tenorem*.  
 (n) Apographum, & ambo Codices: *quo eandem Pacem jurare fecimus*.  
 (o) Cod. Romanus: *quod Longobardi*.  
 (p) Idem Codex: & *confirmari statuimus*.  
 (q) Apographum, & Codices Romanus, Brixianus, ac Estensis: & *inconvulsa*.  
 (r) Cod. Romanus: *nostrae iussionis Sigillo*. Brixianus: & *nostrae impressionis Sigillo*.  
 (s) Apographum: *communiri*.  
 (t) Codices Romanus, & Brixianus: *quibus & gratiam reddimus*. Apographum item: *reddimus*.  
 (u) Ambo Codices & Apographum: *seu permissionem*.  
 (x) Cod. Romanus: *Laude*.  
 (y) Idem: *Pergamum*.  
 (z) Cod. Romanus: *Vicentia*.  
 (a) Apographum Sanctae Juliae: *Trivisum*.  
 (b) Codices Romanus, & Brixianus, atque Apographum: *Pacem servari*.  
 (c) Apographum: *reddimus*.  
 (d) Codex Romanus: *eis non facimus*.  
 (e) Idem: *de Gabadona*.  
 (f) Codices Romanus, & Estensis: *Cenetae, Ferrariae. Gratiam nostram*.  
 (g) Codex Romanus: *praescriptam eis concessionem, seu permissionem facimus; ita & Brixianus*.  
 (h) Apographum: *ac praescriptam ejus concessionem facimus, seu permissionem*.  
 (i) Cod. Romanus: *sicut dictum est*.  
 (k) Codices Romanus, & Brixianus: *Henricus Rex Romanorum*.  
 (l) Codex Brixianus: *in anima nostra jurari fecimus. Ita & Romanus. Apographum in animam nostram*.

XXXIV. Hi (m) autem sunt Principes & Nobiles Curiae, qui praescriptam Pacem (n) & Concordiam per se firmam tenere juraverunt. Hermannus (o) Monasteriensis Episcopus: Henricus (p) Cracienfis Electus: (q) Thietelmus Augiensis Abbas: (r) Godefridus Imperialis Aulae Cancellarius: Otto Dux (s) Bavariae: Fridericus (t) Dux Suaviae filius noster: Bertoldus (u) Dux de Zaringen: Bertoldus (x) Marchio Ystriae: Hermannus Marchio (y) Veronensis: (z) Comes Henricus de Dietle: Comes Theobaldus de Lechbemde: Comes Ludewicus frater Cancellarii (a) de Holfeslem: (b) Rodulphus Camerarius: Wernerius (c) de Bonlandia: Co-

A no (d) de Nunzenberg: Conradus Pin-cerna.

XXXV. Hi autem sunt Nunti, qui ex parte Lombardorum Pacem praescriptam, & Concordiam receperunt, & in praesentia nostra juramento (e) confirmarunt. De Mediolano Guida de Landriano, (f) Pinamundus de Vicomercato, (g) Adubatus Butrapbus, (h) Wilhelmus Burrus, Guercius (i) de Buxolo, (k) Ardericus de Bonate, Rogerius Marcellinus (l) Loterius Medicus. De Brixia (m) Opbrandus de Martenengo, (n) Gezo de Turbiaco, Desiderius Jædex, Rudulphus (o) de Concesio, (p) Bocasius de Manerbio, (q) Albericus de Capriano. De Placentia (r) Gerardus de

(m) Ambo Codices: Hi sunt Principes.

(n) Ambo Codices, & Apographum. Pacem per se firmam.

(o) Codex Brixianus: Monasterialis Episcopus.

(p) Cod. Romanus: Curienfis. Cod. Regienfis: Corrienfis. Ita & Brixianus. Apographum verò: Corienfis.

(q) Cod. Brixianus: Thiethelmus Abbas Augiensis. Romanus: Thiethelmus Abbas Augiensis.

(r) Cod. Romanus: Godefridus Cancellarius Imperialis Aulae. Codex Brixianus: Bon-tisfredus. Apographum. Godefridus.

(s) Apographum: Dux Baivarie. Cod. Brixianus: Dux Baivarie. Romanus. Dux Bavariae.

(t) Cod. Brixianus: filius noster, Dux Suaviae. Apographum: Sueviae.

(u) Cod. Romanus: Dux Xarege. Alteram exemplar: Dux Zarmengen. Cod. Brixia-nus: de Zarege.

(x) Cod. Romanus: Marchio Histriae. Brixianus: Bertoldus Ystrie.

(y) Cod. Romanus: Marchio Veronae.

(z) Cod. Romanus: Henricus de Decio: Comes Theobaldus de Elmoldo: Comes Ludovi-cus &c. Cod. Brixianus: Henricus de Decio: Comes Tebaldus de Lebelmond. Comes &c.

(a) Apographum: de Holfeslem. Cod. Romanus: de Holfeslem. Brixianus: de Holfeslem. Regienfis: de Holfeslem.

(b) In Codice Romano desiderantur, Rodulphus Camerarius, cum aliis sequentibus.

(c) Apographum: Guarnerius de Hollandia. Cod. Brixianus: Bolandia.

(d) Idem Apographum: Cuno de Nunzenberg. Cod. Brixianus: Cuvone de Nunzenberg.

(e) Idem: confirmaverunt.

(f) Codices Romanus, & Regienfis: Pinamonte.

(g) Codex Regienfis: Adubatus Butrusus. Romanus: Adobatus Butrasus. Apogra-phem: Butrasus.

(h) Cod. Romanus: Guilielmus. Apographum: Wilhelmus Burrus.

(i) Apographum: de Uxolo. Romanus: de Ustiliolo. Brixianus: de Ustilo.

(k) Brixianus: Ardericus de Bonate. Romanus: Aldericus de Bonago.

(l) Apographum: Loterius.

(m) Romanus: Ordibrandus de Martinengo. Apographum: Oprandus.

(n) Codex Regienfis: Guercius. Romanus: Guetius de Turbiago. Brixianus: de Turbio. Apographum: de Turbiago.

(o) Apographum: Rodulphus de Concesio. Brixianus: de Concella. Romanus: de Concesio.

(p) Apographum: Bocaccius de Manerbio. Brixianus. de Manerbio: Romanus: Bocca-cius de Manerbio.

(q) Brixianus: Albericus de Capriano. Apographum: de Capriano.

(r) Romanus: Gerardus Ardicionis. Sic & Brixianus.

de Ardicione, *Jacobus Strictus*, (l) *Hermannus de Cario*, (t) *Caupo Judex*.  
**De (u) Pergamo** *Albertus* (x) *de Mappello*, *Atto* (y) *Ficianus*, *Johannes* (z) *de Prago*, *Lanfrancus* (a) *de Monacha*, *Albertus Attonis*, *Albertus* (b) *Albertonus*. **De Verona** *Gozus* (c) *Judex*, *Ubertinus* (d) *de Carcere*, *Valerianus de Castello*, *Thebaldinus* (e) *de Nascingwerre*, *Marcus de Castello*, *Tebaldinus Raymond* (f). **De Vicentia** *Pilius* (g) *Judex*; *Ubertinus* (h) *de Fonteviva*, (i) *Karnevarius*, *Marcus* (k) *de Pauliano*. **De Padua** (l) *Janfus*, (m) *Ezelinus Judex*, (n) *Englescus de Fun-*

**A** *tegliva*. **De (o) Trivisio** *Florius Judex*, (p) *Gombertinus*. **De (q) Mantua** *Alexandrinus*, *Jacobus* (r) *de Amica*, (s) *Angelus Judex*, *Henricus* (t) *de Angelo*. **De Faventia** *Bernardus* (u) *Judex*, *Ugulinus de* (x) *Azo*. **De Bononia** (y) *Antoninus Potestas*, *Rolandus* (z) *Guarini*, *Matthaeus Rodulphi*. **De Mutina**, (a) *Arloctus Judex*, *Rainerius* (b) *de Buccabadata*. **De Regio** *Albertus Cambiator*, (c) *Rolandus de Caritate*. **De Parma** *Jacobus* (d) *Petri Bavae*, *Maladobatus* (e) *Judex*, (f) *Vetulus Judex*, (g) *Chonradus Bulzoni*. **De Lauda** *Vincentius* (h) *de Fissiraga*, *Ansel-*

- (f) *Brixianus: Armannus Cano*.  
 (t) *Idem: Cauponus Judex. Romanus: Cauponus. De Pergamo*.  
 (u) *Romanus: de Bergamo*.  
 (x) *Brixianus: de Marelo*.  
 (y) *Apographum: Ficianus. Brixianus: Ticianus. Romanus: Fitianus*.  
 (z) *Romanus: de Piringo. Apographum: de Poteringo. Brixianus: de Peringo*.  
 (a) *Brixianus: de Monache. Apographum: de Monaca*.  
 (b) *Romanus: Albertonis*.  
 (c) *Apographum: Corius Judex. Romanus: Chotius Judex. Brixianus: Cherius Judex*.  
 (d) *Apographum: Ubertinus de Carcerae. Brixianus: Ghibertinus de Carcerae. Romanus: Hubertinus de Carcere*.  
 (e) *Romanus: Tibaldinus Nascinguerra. Apographum Tebaldinus de Nascinguerra*.  
 (f) *Apographum: de Raymundo. Brixianus: de Raymundini*.  
 (g) *Brixianus: Pilius, Ubertinus &c*.  
 (h) *Romanus: de Fontana. Regiensis & Estensis: de Fontaniva. Sic & Apographum*.  
 (i) *Apographum, & Codices Brixianus, Romanus, & Estensis: Carlaxarius*.  
 (k) *Romanus & Brixianus: de Paulano*.  
 (l) *Apographum: Granfus*.  
 (m) *Brixianus: Ezelinus Judex*.  
 (n) *Romanus: Janfus, Englescus, Ezelinus Judex. De Trivisio*.  
 (o) *Brixianus: De Tarvisio*.  
 (p) *Apographum: Gumbertinus*.  
 (q) *Brixianus: De Mantuana Alexandrinus*.  
 (r) *Romanus: Jacobus Amice. Brixianus: Amice*.  
 (s) *Brixianus: Augnellus, Henricus &c. Regiensis & Estensis cum Romano: Agnellus Judex*.  
 (t) *Estensis, Regiensis, & Brixianus: Henricus Angeli. Alterum MStum: Augelli*.  
 (u) *Romanus & Brixianus: Bernardus Sapiens*.  
 (x) *Brixianus: Ugolinus Azoli. Romanus: Ugolinus Azzi. Apographum: Ugolinus de Azone*.  
 (y) *Regiensis & Estensis: Anthonius*.  
 (z) *Apographum. Rolandus Rodulphi Guarini. Ita & Codex Romanus. Estensis Rolandus Guariani*.  
 (a) *Brixianus: Arloctus Judex. Romanus: Arletus Judex*.  
 (b) *Apographum: de Boccabadada. Brixianus: de Boccabadate. Romanus: Boccabadate*.  
 (c) *Apographum: Cambiator & Rolandus &c*.  
 (d) *Romanus: Jacobi Petri Balbi. Sic & Brixianus Codex*.  
 (e) *Brixianus: Maladobatus, Conradus &c*.  
 (f) *In Codice Brixiano deest Vetulus Judex*.  
 (g) *Romanus, & Brixianus Codices: Conradus Bulzoni*.  
 (h) *Apographum: de Fulsiraga. Romanus & Brixianus: de Fulsiraga*.

Anselmus (i) de Summaripa. De Novaria (k) Opizo de Bona, Thedifus (l) Kavalarius, Guido (m) de Boniprando. De Vercellis (n) Meardus (o) & Vercellinus.

XXXVI Haec (p) autem sunt Civitates, & Loca, (q) quae Pacem praescriptam sub juramento Lombardorum nobiscum (\*) receperunt: Pavia; Cremona; Cuma (r); Terdona; Asta: (f) Cesarea; Janua; Alba, & aliae Civitates & Loca & Personae, quae sunt & fuerunt ex parte nostrâ.

XXXVII. Haec autem sunt nomina Consulum & Nuntiorum, qui Investi-

A turam Consulatus (\*) a nobis Civitatum receperunt. De Mediolano Adhabatus. De Placentia Gerardus Ardicionis. De Lauda Vincentius. De Verona (t) Cozus. De Vincentia Pilius. De Padua (u) Janfus. (x) De Trivisio Florius (y) Judex. De Mantua Alexandrinus. De Faventia Bernardus (z) Judex. De Bononia (a) Antoninus. De Mutina (b) Arlotus. De Regia Rolandus (c) de Caritate. De Parma (d) Jacobus Petri Bava. De Novaria (e) Opizus de Briona. De Vercellis (f) Meardus. De Bergamo Attolicianus (g).

Signum Domini



Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus Imperialis Aulae Cancellarius, vice Christiani Maguntinae Sedis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi.

Tom. X.

S

Asta

- (i) Estensis: de Summaripa, Manfredus de Sollaro. De Novaria &c. Sic & Romanus.  
 (k) Brixianus: Opizo de Briona. Ita Romanus, & Apographum.  
 (l) Apographum: Caballarius. Brixianus: Cavallarius. Romanus: Cavallarius.  
 (m) Romanus: Guido Boniprandi. Brixianus Guido Smaragdi.  
 (n) Romanus: Medardus.  
 (o) In Brixiano: Meardus Vercellinus.  
 (p) Romanus Codex: Haec autem. In Brixiano deest autem.  
 (q) Codices Estensis & Romanus: Civitates & Loca & Pars, quae &c.  
 (\*) Apographum Sanctae Juliae: receperunt, & eandem per se juraverunt. Pavia &c.  
 (r) Brixianus Codex: Cuma, Acqui, Terdona &c.  
 (f) Romanus: Cuma, Asta, Terdona, Cesaria. Cod. Regiensis: Cesana. Estensis: Cestria.  
 (z) Brixianus: a nobis receperunt nomina Civitatum.  
 (t) Romanus: Chotius. Apographum: Cozus.  
 (u) Apographum: Gansus. Romanus: Gansus.  
 (x) Romanus: De Trivisio Florius. De Mantua &c.  
 (y) Apographum: De Trivisio Florius. De Mantua &c.  
 (z) Cod. Romanus & Apographum: Bernardus. De Bononia &c.  
 (a) Romanus: Antoninus. Estensis: Antonius.  
 (b) Romanus: Arlotus. Brixianus: Arlotus.  
 (c) Brixianus, Romanus, & Apographum: Rolandus. De Parma &c.  
 (d) Romanus & Brixianus: Jacobus. De Novaria &c.  
 (e) Idem Codices: Opizus. De Vercellis &c.  
 (f) Uterque Codex: Meardus.  
 (g) In Apographo & Codice Romano haec adduntur: Et isti similiter ex parte Imperatoris juraverunt, Cona, Conradus Pincerna, Guarnerius, Rodulfus Camerarius pro se.

Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis (h) MCLXXXIII. Indictione (i) Prima, Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni ejus XXXII. Imperii verò XXIX.

Datum (k) apud Constantiam in solempni (l) Curia, VII. Kalendas Julii. (m)

Desiderantur sequentia in Codice MSto Mutinensi.

**I**N Christi nomine. Juro ego, quod amodo ero fidelis Domino Imperatori Friderico, & ejus filio Regi Henrico. Non ero in consilio vel facto, quod ipsi perdant vitam, vel membrum, aut mentem, seu Coronam Imperii vel Regni, vel caput. Et si scivero, aliquem fecisse, vel facere volentem per se vel per alium, Domino Imperatori, vel Regi, vel Nuncio ejus, sine fraude manifestabo eis. Et adjuvabo honorem Coronae tenere, & si perdidit, recuperare bona fide in exercitu & Comitatu adjuvabo. Insuper Pacem Domini Imperatoris Friderici & filii ejus Regis Henrici, & suae partis, factam cum Societate Lombardiae & Civitatibus e-

**A** jus Societatis, sicut scriptum est inde, sine fraude intra quindecim dies post jurata bono intellectu, & Sigillo Imperatoris sigillata, observabo bonâ fide & sine fraude. Et hoc jurare faciam omnes mauculos, mecum habitantes, a quindecim annis supra usque ad septuaginta, infra quindecim dies, postquam juratum habuero, exceptis Servis. Et qui per me jurare noluerint, intra tertiam diem Imperatori, vel Regi, vel suis Nuntiis manifestabo per breve.

MCLXXXIII. Indictione Prima.

In Catalogo Civitatum, quae in hisce Actis nominantur, occurrit Caesarea. In Regesto Senatus Mutinensis

(h) Apographum Sanctae Juliae, & Codex Brixianus habent: MCLXXXIII. Sed perperam.

(i) Cod. Brixianus: Indictione III. Apographum: Indictione Tercia. Sed corrupte.

(k) Cod. Brixianus: Data sunt apud &c.

(l) Codices Romanus, & Brixianus: in Curia solempni.

(m) In eodem Apographo immediate sequuntur authenticæ Notariorum subscriptiones hujusmodi: „ In Christi nomine. Ego Johannes Cariboni, sacri Palatii Notarius Brixien-

„ sis, authenticum hujus exempli vidi & legi, cum Sigillo, seu Bulla cerae cum setha

„ serica pendente Domini Frederici Imperatoris. Et sicut in illo continebatur, ita & in

„ isto scripsi & exemplavi, verbo & praecepto Domini Ramberti de Ramberto de Bononia

„ Potestatis Communis Brixiae, & verbo totius Consilii Communis Brixiae, more solito

„ campanâ sonati & congregati. Nil addens vel minuens, quod sensum, vel sententiam

„ mutet. Et ad confirmationem me subscripsi.

„ In Christi nomine. Ego Zufredus Prandi, Domini Ottonis Imperatoris Notarius

„ Brixienfis, authenticum hujus exempli vidi & legi, cum Sigillo, seu Bulla cerae cum

„ setha serica pendente Domini Federici Imperatoris. Et sicut in illo continebatur, ita

„ & in isto scriptum & exemplatum inveni; nil addito vel diminuto, quod mutet sensum

„ vel sententiam. Et verbo & praecepto Domini Rambertini Ramberti de Bononia

„ Potestatis Communis Brixiae, & verbo totius Consilii Communis Brixiae, more solito

„ campanâ sonati & congregati: & ad confirmationem me subscripsi.

„ In Christi nomine. Ego Bonaventura de Vanzago Notarius Domini Ottonis Imperatoris,

„ Brixienfis Civis, authenticum &c. ut supra.

„ In Christi nomine. Ego Bonapax Dom..... Notarius &c.

„ Ego Bellacattus, Notarius Communis Brixiae, authenticum &c.

„ Ego Johannes de Savalo, Notarius Communis Brixiae, authenticum &c. ut supra.

nensis legitur *Caesaria*. Codex Elten-  
sis habet *Cestria*. Regiensis verò *Ce-  
sana*. Sed revera legendum *Caesarea*.  
Ut enim antea Sigonius recte ani-  
madverterat Lib. 14. de Regno Ita-  
liae, inter cetera pacta, per quae A-  
lexandrini Cives Anno MCLXXXIV.  
gratiam Friderici inierunt, illud et-  
iam fuit, ut *Urbem suam posthac con-  
stanti nomine Caesaream appellarent*.  
Hoc tamen antea inter Imperatorem  
& Alexandrinos stabilitum fuisse,  
ipsius Pacis Constantiensis acta te-  
stantur. Supra in Compromisso, fa-  
cto inter Augustum eundem & Lom-  
bardos, mentio est loci, quem *Pa-  
team vocant*, nempe Alexandriae ip-  
sius novae Civitatis, quam per con-  
temptum Ticinenses appellabant *Pa-  
team*. Adhuc etiam *Alessandria della  
Paglia* in ore hominum versatur.  
Fridericus verò Alexandri Papae no-  
men Civitati illi eripiens, *Caesaream*  
e suo nomine appellandam jussit.  
Quàm inani successu tempus deinde  
ostendit. Atque ita per nobilissimam  
Pacem finem habuere teterrima diffi-

A dia, quae per tot annos exercuere  
constantiam Friderici & Langobar-  
dorum: qua occasione Civitatibus,  
Principibusque Italicis legitimo per-  
petuoque titulo Libertas & Regalia  
collata, sive confirmata fuere. Quod  
gravissimum negotium praecipue lo-  
cum sibi poscit in Italicorum erudi-  
tione atque Historia temporis illius.  
B Disertis autem verbis in Pace Con-  
stantiae constitutum fuit §. XII. ut  
Civitatibus Italicis Societatem, quam  
nunc habent, tenere, & quoties volu-  
erint, renovare eis liceat. Atque hoc  
potissimum petiere Lombardi, quam  
non aliam prospicerent tutiorem viam  
salutis ac Libertatis suae, quam ar-  
ma semper habere parata, stabilique  
C unione publicam causam deinceps quo-  
que tueri. Quare Anno MCLXXXV.  
eamdem Societatem novis sacramentis  
firmarunt: cujus rei testem habeo  
Chartam in Tabulario Reipublicae  
Bononiensis adservatam, & in mem-  
branaceo Senatus Mutinensis MSto  
Codice itidem exaratam. Hanc ac-  
cipe.

### Confirmatio Pacis Constantiae & Societatis Lombardiae, facta a Rektoribus Civitatum Italicarum, Anno 1185.

Ego juro omnibus Civitatibus So-  
cietatis Lombardiae, Marchiae,  
& Romaniae, & Locis, & Domino  
Ozoni Marchioni Malaspinæ, &  
omnibus Personis praedictae Societa-  
tis, concessiones & promissiones atque  
Pacta, sicut in Scripto Pacis contine-  
tur, inter Nuntios Domini Imperato-  
ris, & Rectores & Nuntios Civitatum  
Societatis (a) facto, firmas tenere.

D Nec ero in facto (b) vel consilio, ut  
aliquid praedictorum alicui de Societate  
minuatur. Et si qua Persona vel Ci-  
vitas aut Locus alicui Civitati vel Lo-  
co aut Personae (c) praefatae Societa-  
tis, aut jam dicto Marchioni auferre  
vel diminuere voluerit (d) eas vel eos  
manuteneat & defendere bonâ fide &  
sine fraude contra omnes adjurabo. Et  
omnia praecepta, quae Rectores (e) con-

S 2

607-

(a) Codex MStus Mutinensis: Societatis Lombardiae facto.

(b) Idem: Nec ero in consilio vel facto, ut.

(c) Idem: Personae praedictae Societatis.

(d) Idem: eos vel eas.

(e) Rectores omnes concorditer, vel.

corditer omnes, vel major pars mihi fecerint, sine fraude (f) servabo. Et omnia (g) suprascripta attendam a praesentibus Kalendis Maji usque ad triginta Annos. Et in capite uniuscujusque quinquennii, si per majorem partem Rectorum requisitus fuero, renovabo. Et hoc totum sine fraude jurare omnes homines meae Civitatis ab odoecim annis usque ad septuaginta annos faciam. Et haec omnia faciam jurare Conules vel Potestates meae Civitatis, & Credentiam ad illum terminum qui mihi constitutus (h) erit per Rectores Lombardiae & Marchiae & Romaniae in hoc colloquio.

Die lunae XI. (i) Kalendas Januarii, Placentiae in Ecclesia Sanctae Brigidae, in praesentia (k) Vivianelli, Willielmi Giruni Notarii, ibique in eorum praesentia Rectores Lombardiae, & Marchiae & Romaniae fecerunt praedictum sacramentum; nomina quorum haec sunt: De Brixia Aldericus (l) de Sala: De Verona Cocius Judex: De Bononia Prendeparte Potestas: De Novaria Ruzerius (m) Marcellinus Potestas: De Padua Nazocus: De Tarvisio Odericus (n) de Mantello: De Muti-

na Guilielmus (o) de Atto: De Placentia (p) Homizo Judex: De Bergamo Albertus de Oia Potestas: De Plebe (q) Grabadona Petrus Cetus: De Faventia (r) Willielmus Burzus Potestas: De Mediolano Petrus Vicecomes. (l) Et haec sunt nomina illorum, qui ita juraverunt, ut superius legitur, & ut praedicti (t) juraverunt Rectores, eo excepto, quod non sunt districti facere jurare homines suae Civitatis. De Brixia Desiderius Judex, (u) Martinus Pestenalupus, & Pax Conalonerius. De Padua Gnanfus, & Gerardus (x) de Calcone. De Verona (y) Vivianus Advocatorum, & Carlaxianus Crecentinorum. De Tarvisio Tarvisius de (z) Walberto: De Bergamo Lanfrancus de Monacha, Oprandus Judex, Johannes de Petrengo. De Novaria (a) Fredericus, Orizo de Banno, Michaël Capra: De Mutina Rolandus de Bajamonte: De Bononia Rolandus de Rodulpho (b) Guarino, Buralellus de Ardeva, Opinellus de Carbonensibus: De Plebe Grabadona Gregorius Consul juravit, ut suus Rector: De Mediolano Ugo (c) de Camerario similiter, ut suus Rector: De Faventia Aureus Judex:

(f) observabo.

(g) Et omnia praedicta attendam a Kalendis Maji.

(h) fuerit.

(i) Die Lunae XI. exeunte Januario, in Placentia, in Ecclesia Sanctae Brigidae.

(k) in praesentia Vivianelli, Guilielmi, Giruni Notarii.

(l) Aldricus de Sala.

(m) Ruzerius.

(n) Odericus.

(o) de Atto.

(p) Bonizo Judex.

(q) De Plebe de Grabadona.

(r) Guilielmus Burrus.

(s) Haec autem sunt nomina.

(t) praedicti Rectores juraverunt, eo:

(u) Martinus Pestenalupus.

(x) Gerardus de Calcone.

(y) De Verona Carlaxianus Crecentinorum, & Vivianus Advocatorum. De Tarvisio:

(z) Tarvisio de Walberto.

(a) Fredericus, Orizo de Brianò.

(b) de Rodulfo Guarino.

(c) de Camerario.



dex. Anno a Nativitate Domini MC-LXXXV. Indictione III.

Et postea sequenti die Martis (d) exeunte Kal. Januarii, Armanus de Parma Rector, praedictum sacramentum fecit, ut praedicti Rectores (e) fecerant, & Albertus de Tebaldo. (f) Similiter die statuta VI. Kalendas Januarii juravit Predepars Potestas Bononiae, Rolandus Rodulphi de Guarino, Buccaletus, Osfinellus Walberti Eliazarii, Antonis, & Sinibaldi, & Uldrevandi Odonis Tascarii. Idem juraverunt alii Rectores.

Ego Odolinus, sacri Palatii Notarius, & a Domino Imperatore Frederico confirmatus postea, interjui, (g) & scripsi.

Verum plures deinde fluxerunt anni, quibus inter Imperium & Civitates Italicas nulla grandis dissensio pullulavit, cujus causâ Societati arma exerere opus fuerit. Attamen Tusciae Populi in Pace Constantiensi minime comprehensû, & Imperialibus Ministris diuturniori tempore obnoxii, tandem Anno MCXCVIII. ad imitationem Lombardorum, Societatem & ipsi inierunt. Cujus rei mentio est in VI a Innocentii III. Papae Tomo III. Rer. Italicar. pag. 488. ubi haec verba: *Civitates autem Tusciae, quae propter importabilem Alemannorum tyrannidem, quasi gravem incurrerunt servitutem, Societatem in-*

*vicem inierunt, praeter Civitatem Pisanam, quae nunquam potuit ad hanc Societatem induci. Et obtinuerunt a Summo Pontifice, ut & Civitates Ecclesiae, quae sunt in Tuscia & Ducatu Spoletini, se illis in hac Societate jungerent. Id verò factum ad honorem & exaltationem Apostolicae Sedis; & quod possessiones & jura sacrosanctae Romanae Ecclesiae bonâ fide defenderent: & quod nullum in Regem, vel Imperatorem reciperent, nisi quem Romanus Pontifex approbaret. Quae vires huic Societati fuerint paullo post effectus ostendit. Nam effectus ad Imperium, & Romanâ Coronâ donatus Otto Quartus Anno MCCX. quum in se concitasset iram & fulmina Innocentii ipsius Papae, etsi pro eo starent Mediolanenses aliaeque Urbes, ceteri tamen Populi sententiam Romanâ Pontificis probantes, atque Ottonem ejurantes, ipsum ex Italia abire coegerunt. Emergere deinde graves controversiae inter Pontifices Romanos, & Fridericum Secundum hujus nominis Augustum. Tunc Mediolanenses, quod Friderici Primi sobolem ob praeteritorum memoriam nimium averfarentur, Societatem Lombardorum ex parte restituerunt, sive adhuc vigentem novis sacramentis confirmarunt. Paria praestitere & alii Populi, uti constabit e subsequentibus Chartis, quas ex Archivo Serenissimae Familiae Estensis depromi.*

### Sacramentum Societatis Vicentiae, & aliarum Civitatum, Anno 1231;

**A** Nno Domini Millesimo Ducentesimo Trigesimo Primo, Indictione IV. die Primo intrante Julio, in Pala-

**E** tizio Communis Vicentiae, praesentibus Domino Ruzerio de Casteguanega, Judice & Assessore Potestatis infra-scriptae,  
 & De-

(d) Martis Decimo exeunte Januario, Armanus.

(e) fecerunt.

(f) Albertus de Tebaldo similiter. Reliqua desunt in Codice MSto Mutinensi.

(g) Idem Codex: & subscripsi.

& Dominis Drudo de Surifino, & Odorico de Ruzerio, Militibus ejusdem Potestatis, & Jacobino Bonijudaei, & Viviano Benzii, Judicibus & Consulibus Communis Vicentiae, & aliis multis ibidem in Consilio Tergentorum, ad sonum campanae, more solito, condunato. Dominus Guido de Raude, Vicentiae Potestas, de voluntate & parabola totius Consilii, & pro Communi Vicentiae, & omnes de Consilio, fecerunt & ordinarerunt Dominos Crassum de Ronco & Andream Bravium Judicem suum, & suos Nuntios, Syndicos, Aflores, & Procuratores, ad faciendam, complendam, contrahendam, seu diffiniendam Societatem inter Commune Paduae, Veronae, Man-

tuae, Brixiae, & Ferrariae, secundum quod Padua, & dictae Civitates facient, & secundum quod Anciani, seu Rectores Lombardiae, Marchiae, & Romagnae, quibus commissum est hoc negotium, seu committetur, ordinare voluerint: eo salvo, & specialiter ad reformationem pacis, & boni status Veronae, & ad specialem utilitatem, commodum & bonum statum tantummodo illius Veronae, Paduae, Mantuae, Brixiae, Vicentiae, & Ferrariae solummodo. Et quidquid necesse fuerit facere circa dictam Societatem tantum, promittentes de rato.

Ego Arpulinus Mutius, sacri Palatii Notarius intersui, & hoc scripsi.

### De Societate Paduae, Anno 1231.

**I**N nomine Domini Dei aeterni. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo Trigesimo Primo, Indictione IV. die X. intrante Julio. Dominus Guisfredus de Lucino, Paduae Potestas, de voluntate Consilii Quadringentorum, Gastaldionum, & Fratularum Paduae, ad sonum campanae more solito congregati, pro ipso Communi, & ipsum Consilium universum, ore ad haec interrogatum, fecerunt, constituerunt & creaverunt Albertum Corvum, Syndicum, Procuratorem, & Aflorem ad faciendam, contrahendam, & complendam pro ipso Communi Societatem cum Civitatibus Brixiae, Mantuae, Veronae, Ferrariae ac Vicentiae, ad voluntatem & praeceptum Rectorum & Ambaxatorum, quibus commissum est hoc negotium. Et ad faciendum circa Societatem praedictam quidquid necesse fuerit: promittentes de rato. Eo tamen salvo, & expressim acto, & tali conditione, quod Recto-

**C**res Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romagnae, qui sunt, vel pro tempore fuerint, non possint, vel possint, nec Ambaxiatores vel alii, quibus hoc commissum sit vel fuerit, possint vel possint, nec debeat se intromittere, vel imbrigare, vel praeceptum facere unum vel plura, nec Syndicus recipiens de aliqua vel super aliqua Societate, vel **D**Cittadinantia, quam Commune Paduae habeat cum aliqua Civitate vel Loco vel aliqua Persona, & specialiter de Cittadinantia & Societate contracta cum Domino B. Dei gratia Patriarcha Aquilejensi, & Domino O. Dei gratia Episcopo Feltrensi & Bellunensi, & Commune & Hominibus Vicentiae & Mantuae. Nec de aliquibus jurisdictionibus vel honoribus, vel possessione, vel quasi, quas Commune Paduae, vel aliquis Civis Paduanus habeat, teneat, vel possideat, vel quasi. **E**Nec de aliquibus expensis per Commune Paduae faciendis, seu aliqua restitutio-

ne damnorum in his exceptatis, nisi A  
Syndicus Communis Paduae aliquod mandatum habeat super iis.

Actum fuit hoc in Palatio Paduae. Testes fuerunt Magister Cazolus, & Dominus Alamannus Judices Potestatis, Dominus Jacobus ejus Miles, & Dominus Nicolaus Ægidioli de Vito, & alii multi.

Ego Magister Rolandinus Notarius, existens in Officio Sigilli, coram dicto Domino Guisfredo Potestate Paduae, jussu ipsius & Consilii, hoc scripsi.

Acceperunt Ferrarienses & Mantuani ad idem Foedus eo ipso Anno, qua de re certiores nos faciet Instrumentum in eodem Estensi Archivo adservatum.

Ferrariensium & Mantuanorum pacta, per quae Societati Lombardiae, Marchiae, & Romaniae adhaerent, Anno 1231.

**I**N Dei aeterni nomine. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Trigesimo Primo, tempore Gregorii Papae, & Frederici Imperatoris. die Sabbati, XII. intrante Mense Julii, Indictione IV. in Civitate Mantuae, in Palatio Communis ejusdem Civitatis, in pleno Consilio coadunato ad sonum campanae, sicut consuetudo est Civitatis praedictae: in praesentia horum testium, Domini Bonifacii de Bonoconsilio, Domini Guidonis de Boncambio, Jurisperitorum, Domini Aldi Judicis de Verona, Oltradi Fasoli Notarii de Mediolano, Arpinelli Notarii de Vicentia, Bernardini Notarii de Bononia, & aliorum multorum. Quum Dominus Opizus Salvaticus de Civitate Placentiae, & Dominus Guido de Bilieni de Civitate Bononiae, tunc Antiani Reſorum Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romagnae, dedissent in mandatis Domino Lauderengo Potestati Mantuae pro ipsa Civitate, & toti Consilio, & Dominis Albertano Judici, & Lanfranchino de Rolenzo, Syndicis Civitatis Brixiae, & Dominis Craſo de Runco, & Androae Bravo Judici, Syndicis Communis Vicentiae, & Domino Alberto Corvo, Syndico Paduae & Domino Bono Judici, Syndico Civitatis Veronae, & Dominis Papazono de Al-

**B** digeris, & Naximbeni Judici, Syndicis Civitatis Ferrariae, nomine & vice supradictarum Civitatum, quatenus Societatem dictarum Civitatum ordinatam per praenominatos Antianos, & tunc temporis Reſores, & scriptam per Oldradum Fasolum Notarium tunc Reſorum Societatis Lombardiae, jurare deberent; ad haec surrexerunt in pleno **C** Consilio dicti Domini Papazonus & Naximbene Index, Syndici Communitatis Ferrariae, & ante aliquod juramentum per eos factum coram praesatis Antianis & Reſoribus, protestati fuerunt, dicentes nomine & vice Civitatis Ferrariae, quod parati erant jurare Societatem & omnia facere secundum tenorem Instrumenti Syndicatus eorum & secundum formam **D** Literarum transmissarum Potestati & Communi Ferrariae ab Antianis & Reſoribus Societatis praedictae, eo salvo, quod quidquid contineatur, vel scriptum sit in ipsa Societate, non praesudicet, nec nocere possit Communi Ferrariae, ne Antiani, qui sunt, vel per tempora erunt vel Reſores Civitatum, aliquod **E** gravamen hujusmodi vel personarum Communi Ferrariae imponere possint occasione Societatis jam dictae. Ad haec in continenti surrexit Dominus Lauderengus Potestas Mantuae pro ipsa Civitate,

tate, & primo juravit, Societatem dictam in omnibus, sicut in ea per Oldradum Fasolum scriptum est, & pacem Veronae manutenere, & operam dare toto suo potestate, quod observetur. Et omnia praedicta jurantibus Syndicis praedictis Civitatum dictarum, juraverunt etiam Domini Papazonus & Nascimbene, Syndici Ferrariae, in eadem tamen in eorum juramento conditione praedicta, quod Commune Ferrariae occasione dictae Societatis vel concordiae, nullum onus solvendi haberis aliqua occasione debeat tolerare. Remittente & absolvente dicto Loderingo Potestate Mantuae pro ipsa Civitate sub vinculo sui sacramenti, & Consilio universo, quod omnes sigillatim tunc juraverunt expressim, Dominis Calvolo & Bonafide Ygillini de Musto, Syndicis & Procuratoribus partis Comitum, & eorum, qui tunc habitabant apud Sanctum Bonifacium & Montem Sambanum, & pro parte dicti Comitum, eorum nomine & vice, & Procuratoribus Comitum, Guillelmi de Lendenaria, Pegorarii, Leonis de Carceribus, & aliorum quatuordecim, qui cum eo capti erant, eorum nomine & vice, & Domino Benio Syndico partis intrinsecus Veronae, nomine ipsius partis, stipulantibus omnia juramenta, pactiones, promissiones, vincula, obligationes personarum vel bonorum, quae retro inter Commune Mantuae intus vel extra cum Comite Rizado, & tota sua parte parvisset fecisse, vel cum aliquo vel aliquibus de sua parte ejus occasione, remoto omni sophismate & ingenio. Et nullum Instrumentum vel Instrumenta exinde facta deinceps obtineant vigorem & nullam habeant firmitatem; sed penitus sint cassata & in irritum redacta. Et in ipso eodem juramento continetur, quod deinceps in aeternum nullum sacramentum, nullam conspirationem, nul-

A lum vinculum facient cum Comite dicto, vel aliquo seu aliquibus de sua parte. Et versa vice dicti Syndici remiserant & abolverunt dictum Lauderingum Potestatem Mantuae pro ipso Communi, & totum Commune Mantuae a dicta promissione & obligatione & pacto inter eos hactenus facta, & Instrumenta omnia exinde facta, cassata & inutilia, & nullius momenti sint vel valentiae. Promittentes dicto Lauderingo Potestati, stipulanti nomine ipsius Civitatis, se cum dicto Commune Mantuae in aeternum ullam pactionem, conspirationem, juramentum, vel Societatem aliquam non facturos.

C Sub eodem Milleesimo, die Dominico, XIII. intrante Julio praesentibus dictis testibus in plena concione coadunata in Platea, ubi Mantuani ad concionem conveniunt in ipsa Civitate Mantuae, Gogora praeco de mandato Domini Lauderingi Potestatis Mantuae sub animabus omnium Mantuanorum concionis, licentia ab eis habita eo tenore, quo juraverunt Mantuani & Potestas eorum in Consilio, sicut supra scriptum est, omnia dicta attendere & observare corporaliter juravit.

E Sub praedicto Milleesimo & Indictione, die Martis XV. intrante Julio, praesentibus testibus praedictis, Dominus Salinguerra Potestas Veronae in pleno Consilio coadunato, sicut mos est & consuetudo illius Civitatis, super animabus omnium de Consilio Veronensium, licentia ab eis habita & parabolâ, Societatem & Concordiam Brixiae, Mantuae, Paduae, Vicentiae, Ferrariae, ac Veronae, sicut in ipsa concordia scriptum est per Oldradum Fasolum Notarium Reorum, & eorum mandato, & Pacem Veronae attendere, observare & firmam tenere corporaliter juravit.

Et ego Zacharias, Dei gratiâ Jacri Palatii Notarius, ut audiui & intellexi, his omnibus præsens fui & scripsi.

Acta hæc Anno MCCXXXI. Sed ante Annum illum monumenta ab Odorico Raynaldo in Annalib. Ecclesiastic. evulgata indicant, Societatem Lombardorum in Fridericum II. pro Pontifice infurrexiffe, quum Anno MCCXXVII. & MCCXXX. pax inter eos restaurata deprehendatur. Rolandinum quoque habeo testem Anno MCCXXXI. iterum coaluisse Societatem Lombardorum. En ejus verba Lib. 3. Cap. 6. Chronici: *Quum electus fuisset Wilfredus de Lucino in hoc MCCXXXI. Anno, adhuc*

**A** in XXXII. potestabatur in Padua. Igitur ergo in Lombardiam, Ambaxiatoribus de Padua honorifice sociatus; & institutam fideliter & prudenter cum Potestibus & Rectoribus Lombardiae, quod renovata sunt Sacramenta, & Lombardorum Societas est firmata. Dubitare tamen cogor, an satis recte Odoricus Raynaldus concordiam inter Fridericum II. & Civitates Foederatas initam retulerit ad Annum MCCXXX. Equidem novi, Anno MCCXXXII. compromissam fuisse in Papam quamlibet eorum controversiam, qui revera Laudum tulit Anno subsequente. Hujus rei testes adfero tabulas, quas ex Estensi Archivo depromsi.

Sententia vel Laudum Gregorii Papae IX. inter Fridericum Augustum hujus nominis II. & Civitates Lombardiae, Marchiae, & Romaniae, Anno 1233.

**G**regorius Episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis Rectoribus Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romaniae, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum jam dudum inter carissimum in Christo filium nostrum Fridericum illustrem Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem & Siciliae Regem ex parte una, & Vos ex altera, super quibusdam articulis exprimendis inferius, inimico homine superfeminante zizania, gravis discordia orta esset, Nos attendentes animarum pericula, strages corporum, damna rerum, & Ecclesiarum ac religiosorum Locorum exitia, quae possent ex hujusmodi discordia obvenire, & quod res, nisi obsisteretur principiis, multum esset allatura discriminis, & in malum alterius progressura, coepimus inter Vos, & eundem Imperatorem pacis consilia cogitare. Quapropter futu-

Tom. X.

**C**ris obviare periculis cupientes, dilectos filios nostros, I. Penestrinum Electum, & O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem, ad partes Lombardiae, commisso eis plenae Legationis officio propter hoc providimus destinandos. Quibus ad bonum pacis interponentibus efficaciter partes suas, post labores multiplices, utraque pars in Cardinales eisdem Ecclesiae Romanae nomine solemniter compromisit. Forma verò compromissi hæc est.

**D**  
**E**  
**T**  
In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem Millesimo Ducesimo Trigesimo Secundo, Indictione V. die Jovis XIII. intrante mense Madii, temporibus Domini Gregorii Papae IX. & Domini Serenissimi Friderici Dei gratiâ Romanorum Imperatoris ac semper Augusti, Hierusalem, & Siciliae Regis, in Civitate Paduae apud Episcopatum in Sala domus Domini Landolfi Canonici

nici Paduae, praesentibus testibus rogatis, scilicet Domino Jacobo Dei gratiâ Episcopo Paduae, Domino Nicolao eadem gratiâ Regino Episcopo, Domno Jordano Priore Sancti Benedicti de Padua, Magistro Raynaldo Capellano Domini Jacobi Penestrini Electi, Cive Placentiae, Magistro Aegidio Scriptore Domini Papae, Cive Romano, Domino Oddone de Fontana, Cive Placentiae, Magistro Cazolo de Lando, Domino Allamanno de Crescenzano, Judicibus Potestatis Paduae, & Magistro Cognoscente de Florentia. Ad honorem omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum ejus Petri & Pauli, & sanctissimae matris nostrae Ecclesiae, Domini Papae, venerabilium Dominorum Cardinalium Jacobi Penestrini Electi, & O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatorum, & serenissimi Domini Frederici Dei gratiâ Romanorum Imperatoris semper Augusti, Hierusalem, & Siciliae Regis, & Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romaniae: quum venerabiles Cardinales Domini Jacobus Penestrinus Electus, & O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, Apostolicae Sedis Legati; sicut in suae Legationis literis plenius continetur, jam diu requisissent, quod Dominus Fredericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ex una parte, & Rectores & Ambaxatores infra scripti Civitatum infra scriptarum Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romaniae, & ipsae Civitates & Societas ex altera super discordia, quae inter Dominum Imperatorem praedictum & ipsam Societatem verti videbatur, se committerent & compromitterent: ipse Imperator ex una parte & ipsi Rectores & Ambaxatores, nomine suae Civitatis singuli, & nomine Societatis universi, in ipsos Dominos Legatos, secundum formam ar-

articulorum, sive capitulorum inferius adnotatam, nomina quorum Rectorum & Ambaxatorum & Civitatum sunt haec scilicet: pro Mediolano, Domini Rufinus de Mandello, Lampugnanus Marcellinus Rectores, Wisfredus de Pusterla, & Henricus Gambaro Judex, Ambaxatores Communis Mediolani: pro Brixia Dominus Ognabene de Pejazio Judex & Rector: pro Bononia Dominus Aimericus Arpinelli Legum, & Dominus Ursolinus de Ursis Rectores: pro Placentia Dominus Lanfrancus de Lando Rector: pro Padua Dominus Wisfredus de Lucino, Cumanus Civis, Potestas Paduae, Domini Nicolaus Matthaei de Flabiano Judex, Henricus de Manfredis, Rectores: pro Ferrara Domini Wido Visdominorum, Menaboi, Rectores: pro Faventia Domini Gerardus Arcolanus Judex, Guido de Marzano, Rectores: pro Cumis Petrus de Roma, Nuntius & Procurator ipsius Communis de Cumis: pro Mantua Domini Uguitio Advocatus, Martinus de Bonacosis, Rectores; qui ambo Rectores de Mantua consenserunt & compromiserunt in dictos Dominos Legatos, secundum formam superius & inferius denotatam in omnibus, & per omnia, sequenti die Veneris immediate XIV. intrante Madio, in Sala Palatii Domini Episcopi Paduae, quae est versus meridiem, praesentibus testibus rogatis, scilicet Domino Nicolao Episcopo Regino, Domno Jordano Priore Sancti Benedicti de Padua &c. (ut supra). Forma autem articulorum, sive capitulorum haec est.

Cum Dominus Fredericus Imperator gravissime a Societate Lombardiae Marchiae & Romaniae asserat se offensum, pro eo videlicet, quod Curiam suam, quam Ravennatibus indixerat pro succursu Terrae Sanctae, dispositione Imperii, & aliis quibusdam necessariis & honestis impederint, ut dicit, non per-

mittendo venire filium suum & Principes Alamanniae per vias, sive stratas Imperiales ad ipsum, nec adhuc permittant, quinimmo sibi & suis transitum impediunt, ut proponit. E contrario verò Societas dicatur timere de ipso, ne velit malum, & gravamen inducere super eos, & ideo si qua faciunt vel fecerunt, pro defensione sua se facere asserunt & fecisse. Et Dominus Papa cum fratribus suis attendens, quod ex hoc talis & tanta posset discordia surgere, & jam esse immanis videbatur, quae posset toti Christianitati grave dispendium irrogare, praecipue propter impedimentum subsidii Terrae Sanctae: ac volens tantis periculis praecavere, Dominum Jacobum Penestrinum Electum, & O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem ad partes istas cum plenae Legationis officio destinavit, sicut in suae Legationis Literis plenius continetur; requirunt praefati Cardinales, tamquam Legati Sedis Apostolicae, & propter factum pacis specialiter destinati, ut super discordia supra dicta ipsis Legatis nomine suo & nomine Romanae Ecclesiae Dominus Imperator, & praefata Societas, & Civitates ejusdem Societatis \* taltier se committant, scilicet quod de satisfactione idonea Imperatori praestanda, de securitate eidem Societati facienda & firmanda, & modo adhibendo idoneo, si Imperator velit, filio suo & Principibus Alamanniae venientibus ad ipsum, a dicta Societate liberum transitum exhiberi; primo tractetur per ipsos Legatos inter Imperatorem & Societatem praefatam. Et si de communi consensu poterit negotium expediri, Deo gratiae referantur. Sin autem iidem Legati habeant potestatem, ut expositis omnibus, quae difficultatem habeant, Domino Papae, & Fratribus suis, juxta ipsius mandatum & consilium per-

cipiant, ordinent, & disponant quidquid ad sedandam discordiam & pacem firmandam viderint pertinere super articulis superscriptis. Et si inter Imperatorem & memoratam Societatem aliqui etiam articuli apparerent, ex quibus posset discordia generari, vel foveri concepta, placeat ut eodem modo & ordine sopiatur. Ideoque venerabilis Magister Hermannus Hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum in Hierusalensium Nuntius & Procurator serenissimi Domini Imperatoris praefati, sicut in Literis Imperialibus Bulla aurea bullatis sui mandati dignoscitur plenius contineri, ibidem visis & lectis, procuratorio nomine Domini Imperatoris ejusdem, & pro ipso Imperatore ex una parte, & superscripti Rectores & Ambaxatores nomine dictarum Civitatum, & pro suis Civitatibus, ac pro ipsa Societate ex altera, sicut erant quilibet a sua Civitate super hoc specialiter deputati, ut ostendebant Rectores & Ambaxatores cujuslibet Civitatis per publica Instrumenta, nomine suae Civitatis, cujuslibet Civitatis Rectores & Ambaxatores, & nomine Societatis praedictae insimul universi, ita tamen quod pro illis Civitatibus, quae licet sint vel fuerint de Societate, quae huic tamen commissae & compromisso non conveniunt cum eis, nullatenus teneantur, consenserunt & compromiserunt in praefatos Dominos Legatos: scilicet ipse Magister Hermannus pro parte Imperatoris ex una parte, & ipsi Rectores & Ambaxatores ex altera, sicut erant, deputati a suis Civitatibus per dicta publica Instrumenta, tamquam in Judices Ordinarios vel Arbitros seu arbitratores, sive amicales Compositores, sicut res melius valere potuerit, secundum formam & articulos supradictos super negotio memorato.

Solemniter promittentes Dominis Legatis praefatis tam dictus Magister Hermannus pro Domino Imperatore, quam praefati Rectores & Ambaxatores nomine suarum Civitatum & Societatis praefatae, & invicem inter se stare de praedicto negotio eorum sententiae, arbitrio sive laudo, sive amicabile compositioni, ordinationi, sive dicto, mandato, voluntati, sive praeceptis in articulis supra dictis. Et generaliter eorum omnimodae ordinationi factae semel vel pluries, praesentibus partibus vel absentibus, simul vel per partes, sicut ipsis Legatis melius videbitur expedire. Salvâ semper substantiâ formae superius adnotatae. Item promiserunt eodem nomine, scilicet Magister Hermannus praefatus nomine Domini Imperatoris, ex parte ipsius Imperatoris, & pro ipso Domino Imperatore, & ipsi Rectores & Ambaxatores nomine Societatis, ipsi Legatis pro se & Romana Ecclesia recipientibus, poenam viginti millium Marcharum argenti pro qualibet parte si contra facerent aut venirent, quaecumque pars contra faceret, vel veniret. Quam etiam poenam promiserunt pars parti vicissim stipulanti solemniter, scilicet idem Magister Hermannus nomine Imperatoris & pro ipso Imperatore, & praefati Rectores & Ambaxatores nomine praescriptarum Civitatum & Societatis praefatae, ita quod quaelibet Civitas pro rata teneatur ad poenam, si dictus Imperator pareret arbitrio, & Societas non pareret. Si autem una Civitas tantum, vel plures arbitrio non parerent, illa vel illae, quae contra facerent, aut venirent, pro sua portione tantummodo teneantur; aliae vero, quae servarent arbitrium, nihil propter hoc sustineant oneris. Quod si idem Imperator Societate parente arbitrio non pareret, aut contra faceret vel veniret, promisit idem Magister

A Hermannus nomine Imperatoris, & pro ipso Imperatore ipsis Legatis, & adversae parti, dictam poenam solvere ac praestare parti servanti, poenâque commissâ exactâ, solutâ vel non, servare arbitrium utraque pars nihilominus teneatur. Possint etiam dicti Legati & Romana Ecclesia dictum Dominum Imperatorem & Civitates ipsas & Societatem compellere per Censuram Ecclesiasticam ad ipsorum arbitrium observandum, quoties a parte vel a partibus fuerit contra factum. Hoc autem commissum & commissum receperunt dicti Legati nomine suo & sanctae Romanae Ecclesiae, ita quod si non posset per eodem negotium terminari, Dominus Papa cum Fratribus suis, sicut ei placuerit, de ipso disponat, receptis & factis eisdem promissionibus in persona Domini Papae licet absentis, sub eodem modo, poenis & forma, quae superius & inferius est notata. Insuper promiserunt utraque pars ipsis Legatis suo nomine, & nomine Romanae Ecclesiae recipientibus, & inter se vicissim servare dies & terminos sibi datos pro negotio pacis prosequendo & terminando usque ad finem negotii consummati, sub poena arbitrio ipsorum Cardinalium, & arbitrio Romanae Ecclesiae imponenda. Item promiserunt utraque pars eidem Legatis suo nomine & nomine Romanae Ecclesiae recipientibus, & sibi vicissim per stipulationem servare omnia mandata, quae illis facient, scilicet utrique parti vel alteri, in articulis superscriptis, & eorum accessoriiis circa ipsos articulos occasione istius pacis prosequendae, firmandae, & consummandae, sive prohibendo, ne aliquid fiat, sive praecipiendo, ut fiat, quod ad Pacis negotium viderint pertinere. Et hoc possint praecipere sive prohibere sub qua poena viderint expedire: reservatâ eisdem Legatis & Domino Papae potestate interpretandi, si ali-



aliquod dubium fuerit, ad suam voluntatem omnia supradicta. Hoc acto in ipso compromisso voluntate ipsorum Legatorum, & voluntate utriusque partis, scilicet, quod illae Civitates, Loca, vel Castra, aut Personae, quae sunt de Societate, si volunt, admittantur & recipiantur ad simile commissum & compromissum in omnibus & per omnia hinc ad octo dies post festum Sancti Johannis de mense Junii, proxime venturi. Insuper praenominatus Magister Hermannus procuratorio nomine Domini Imperatoris, & pro ipso Domino Imperatore promisit stipulatione solenni ipsis Legatis, suo nomine & nomine Romanae Ecclesiae recipientibus, & ipsis Rectoribus & Ambaxatoribus, nomine dictarum Civitatum, & nomine Societatis praesatae Lombardiae, Marchiae, & Romaniae recipientibus sub dicta poena viginti millium Marcarum argenti, quod Dominus Imperator firmum & ratum habebit quidquid promissum est supra per dictum Magistrum Hermannum. Et quod Dominus Imperator faciet filium suum Dominum Henricum illustrem Regem Romanorum firmum & ratum habere quidquid supra per ipsum Magistrum Hermannum promissum est in omnibus & per omnia sub dicta poena. Quae soluta vel non, praenominata omnia & singula in sua semper maneant firmitate.

Ego Magister Rolandinus Notarius de Padua praedicto commissio & compromisso, aliisque omnibus supra scriptis intersui, mandatoque ipsorum Dominorum Cardinalium Legatorum, & rogatu partium scripsi, & publicavi.

Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra praesentia constitutis ex parte Imperatoris fuit propositum coram nobis, quod eundem Imperatorem Societas Lombardiae, Marchiae, & Romaniae gravissime offenderet, pro eo videlicet quod Curiam suam, quam

A Ravennae indixerat, pro Terrae Sanctae succursu, dispositione Imperii, & quibusdam necessariis & honestis aliis, impedivit, non permittendo venire filium suum & Principes Alamanniae per vias seu stratas Imperiales ad ipsum: Procuratoribus Societatis ejusdem e contrario proponentibus, Societatem ipsam dicto Imperatori nullas offensas, nullasque injurias intulisse; sed si qua cece-  
 B rint, dicebant eos ob propriam defensionem fecisse. Nos itaque iis & aliis, quae fuerunt hinc inde proposita, plenius intellectis, communicato Fratrum nostrorum consilio, de prudentia sic duximus ordinandum. Ut videlicet Imperator suo & filii sui ac Imperii nomine iis, qui sunt de Societate praedicta, & universaliter singulis, & singulariter universis Civitatum & Locorum, quorum nomina in compromisso specialiter sunt expressa, & quae postea infra tempus ibidem provisum per se simile compromissum nostro arbitrio commiserunt, remittat omnem rancorem, malivolentiam, injurias, & offensas; omnia quoque banna, constitutiones, sententias, & ordinamenta, quae occasione hujus discordiae fecit vel imposuit per se vel per alium, aliisque pro eo Societati, vel alii de Societate jam dicta, Civitatibus, Locis, & Personis de ipsa Societate, & quaecumque ex eis vel ob ea sequuta sunt, penitus revocet; uni-  
 C versos, & singulos, qui occasione alicujus praedictorum laesi videntur, restituens in integrum in omnibus & per omnia suo statui atque famae. Remittendo nihilominus insamiam omnem & poenam, quae secutae sunt ex aliquo praemissorum, ita quod ea, quae medio tempore per eos acta sunt, non obstantibus supra dictis, robur obtineant, quod aliis debuerant obtinere. Ad haec Civitates, Loca, & Personas de ipsa Societate in compromisso contentas in  
 D  
 E

plenitudinem gratiae suae recipiat, & eis faciat firmam pacem. Specialiter nobili viro Marchioni Montisferrati, Mediolano, Brixiae, Bononiae, Placentiae, Paduae, Cumis, Mantuae, Ferrariae, Faventiae, aliisque Locis & personis quibuscumque Societatis ejusdem. Faciat etiam fieri patentes Literas ex parte filii sui, quod pacem & concordiam istam ratam habeat & firmam, & remittet illis de Societate omnem rancorem, malivolentiam, injurias & offensas. Ii autem, qui sunt de Societate praefata, ad honorem Dei omnipotentis & Ecclesiae suae ac ejusdem Imperatoris, dent pro subsidio Terrae Sanctae, in expensis Societatis praedictae per biennium Milites quingentos in termino, quem Romana Ecclesia duxerit praefigendum; quos in eundo, morando & redeundo, Ecclesia Romana sub speciali protectione suscipiet cum omnibus bonis suis. Ac Civitatibus, Locis, & Personis, Imperiali excellentiae adhaerentibus tam Ecclesiasticis quam mundanis, firmam pacem inviolabiliter servent, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, injurias, & offensas. Ac revocent omnia banna, constitutiones, sententias, & ordina-  
 D menta, quae discordiae occasione praemissae fecerunt vel imposuerunt Civitatibus, Locis, & Personis, Imperiali celsitudini adhaerentibus, & quaecumque ex eis sequuta sunt, vel ob ipsa. Ceterum alia, quae in ejusdem compromissi serie continentur, nostrae providentiae reservamus. Ideoque Universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, & sub praedicta poena praecipimus, quatenus praemissa omnia pro

A parte nostra inconcussa servetis, ac super hoc nobis juxta tenorem, quem vobis transmittimus, vestras patentes Literas usque ad festum beati Michaelis proximo futurum mittere procuretis, per manum publicam scriptas, vestri & quarumlibet Civitatum de ipsa Societate sigillorum munimine roboratas.

Datum Laterani Septimo Idus Junii, Pontificatus nostri Anno Septimo.

B Ego Bonaventura Magistri Petri filius, sacri Imperii, Ferrariaeque Notarius, hanc formam concordiae sive Laudi bullatam, & firmatam Bulla Domini Papae, in hoc Libro exemplavi: & sicut in ipso authentico vidi & perlegi, ita exemplavi & scripsi, nihil addens vel minuens me sciente, nisi  
 C forsitan literam vel syllabam, nec hoc quod mutet sensum vel sententiam. Currente Millesimo Ducentesimo Trigesimo Tertio, Indictione VI. die VI. intrante Septembri, tempore Potestariae Domini Johannis de Boccasio Civis Brixienfis, Potestatis Ferrariae.

D Legisti compromissum, de quo rogatus fuit Magister Rolandinus Notarius de Padua. Num ille idem, qui Historiam Patavinam, Tomo VIII. Rer. Italicar. a me recusam, literis consignavit post annos octo & viginti? Literas etiam habeo, quas eam, ut opinor, occasione Rectores Societatis ad Romanum Pontificem conscribere. Desideratur in his Annus: sed post Laudum ipsum subsequutae  
 E videntur; quare & eas profero ex eodem Estensi Chartophylacio excerptas.

Litterae Rectorum Societatis Lombardiae ad Gregorium IX. Papam;  
Anno, ut videtur, 1233. vel 1234

**S**anctissimo Patri & Domino Gregorio, Dei gratiâ sacrosanctae Romanae Ecclesiae summo & universali Pontifici, Rectores Societatis Lombardiae, Marchiae, & Romaniae, & Universitates & Communia, & singuli praedictae Societatis, oscula pedum, & promptum in omni genere salutatum. Quae pro bono Pacis sunt a Compositore amicabili ordinata, & maxime a tanto Domino, qui praestit in justitia debita universis, approbati, ratique haberi debent, & inviolabiliter observari. Litteras, quas vestra nobis Sanctitas destinavit super Pace & Concordia, per vestram clementiam factâ & praeceptâ inter Missos & Procuratores Domini Friderici Romanorum serenissimi & semper Augusti, & Regis Hierusalem & Siciliae ex una parte, & Procuratores & Syndicos Societatis praedictae, & singulos illius Societatis ex altera, devotione & debita reverentia recepimus; earumque tenore plenius intellecto, habito quoque super his deliberato consilio & tractatu, & de voluntate & consilio Communium & Universitatum singularum praedictae Societatis, sigillis quorum Litterae istae sunt corroboratae, Pietati vestrae voluntatem & responsionem nostram taliter super his duximus exprimendam, videlicet, quod Pacem illam ratam habemus, ipsamque volumus observare. Re-

**A** mittimus insuper omnem rancorem, malivolentiam, injurias, & offensas, & revocamus omnia banna, constitutiones, sententias & ordinamenta, quae occasione praemissae discordiae si quas vel si quae fecimus vel imposuimus Civitatibus, Locis, vel Personis, Imperiali Celsitudini adhaerentibus, & quaecumque ex eis vel ob ipsa haecenus sunt sequuta. Et has Litteras jussimus per manum infra scripti Notarii scribi cum ejusdem subscriptione & testimonio confirmatione, unde plures chartae uno tenore scriptae sunt.

**B** Ego Guilielmus de Sexto, qui & Abbas dicor, filius quondam Alberti de Sexto, Civis Mediolanensis, publicus Notarius scripsi ex mandato praedictorum Rectorum mihi facto, in Palatio Communis Brixiae, ubi praedicti Rectores convenerant. Et hoc praesentibus testibus ibi rogatis, Petro de Lanzano Notario de Placentia, & Beraldo de Coa-lunga Notario de Padua, & Petro Franzigena, Notario de Cario.

**C** Anno deinde MCCXXXV. accessere ad praedictum Foedus Ferrarienses: quod mirere, quum Ferrariae primas partes adhuc teneret Salin-guerra, addictissimus Friderico II. & Eccelino de Romano. Accipe tabulas ex eodem Archivo Estensi haustas.

Renovatio Societatis Ferrariensium cum Societate  
Lombardiae, Anno 1235.

**I**N Christi nomine. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo Trigesimo Quinto, Indictione VIII. Brixiae, tempore Gregorii Papae, & Federici Imperatoris, die Lunae V. intrante Novembri, praesentibus Domino Bona-paxe Milite Domini Johannis de Porta Potestatis Ferrariae, Christofaro Notario Mediolanensi, & Johanne de Sala Notario de Bononia, testibus rogatis & vocatis, in camera Salve Domini Gualae Episcopi Brixiae. Ibiq[ue] Dominus Johannes de Porta Civis Brixiae & Ferrariae Potestas, & Dominus Guizardinus Contrarius, & Dominus Nascimbene Judex, Ambaxatores & Rectores Communis Ferrariae, nomine & vice dicti Communis, protestati fuerunt, & expresse dixerunt Dominis Bartholomaeo de Nascinturre, tunc Antiano Societatis Lombardiae, Ursulino de Bari, Guala de Libida, Alberto Boniperti de Novara, Spitio Incardo, Ruffino de Mandello de Mediolano, Gerardo Ercolano, Napuliono de Laërda de Faventia, & Griffolino de Griffis de Brixia, tunc Rectoribus Societatis praedictae, quod parati erant pro Comuni Ferrariae, reformare Societatem praedictam secundum antiquum modum & formam, ita quod dictae Potestati Ferrariae, & ipsi Comuni reserventur omnes bonae conditiones, quae fuerunt statutae & promissae Comuni Ferrariae eo tempore, quando dictam Societatem primo juraverunt. Et quod

**A** dicta Potestas & Commune Ferrariae non teneantur pro dicta Societate vel occasione dictae Societatis subire aliquod onus expensarum vel ullam tagliam militum vel peditum, aut aliquod aliud onus, quod imponi posset per praedictos Rectores, aut eorum successores, cum dicta Civitas Ferrariae sit gravata haecenus multis oneribus impensarum propter civilem dissonionem, & propter inundationem aquarum, & propter alias graves & intolerabiles gravitates, quae passa fuit & est dicta Civitas & specialiter propter servitia haecenus facta Societati praedictae. Sed praedicta Potestas & praedicti Rectores & Ambaxiatores dicunt & asserunt & volunt, quod Civitas Ferrariae sit de Societate praedicta in hunc modum, scilicet in dando vias, & in aliis, quae circa haec fuerint opportuna secundum possibilitatem dictae Civitatis Ferrariae, & in vetando Teutonicis & eorum fautoribus, ne per vias & aquas Ferrariae vadant & veniant ad offensionem & detrimentum Societatis Lombardiae. Qui Dominus Bartholomaeus Antianus una cum supradictis Rectoribus praesatum Potestatem Ferrariae & dictos Rectores pro Comuni Ferrariae secundum supradictum modum, & sicut praedixerunt, ad Societatem praedictam receperunt, affirmaverunt, & approbaverunt, & eos jurare fecerunt.

Et ego Aribertus Dei gratiâ sacri Palatii Notarius his omnibus interfui, rogatus scribere scripsi & complevi.

Potestas Ferrariensis cum aliis Potestatibus jurat  
Societatem Lombardorum, Anno 1235.

**I**N Christi nomine. Anno ejusdem Nativitatis Millefimo Ducentesimo Trigesimo Quinto, Indictione VIII. Brixiae, tempore Domini Gregorii Papae, & Federici Imperatoris, die Mercurii VII. intrante Novembri, in publica concione Brixiae, praesentibus Domino Bona-pace Milite Potestatis, Guidone de Raule, Tederico de Villa de Mediolano, Bonaventura Notario de Faventia, Gristofaro Notario de Mediolano, & aliis, ubi Dominus Umberto Saccus Mediolani Potestas, Dominus Ubertus de Mandello Potestas Laude, Dominus Florius de Castelletto Potestas Novariae, Dominus Resonatus Putei-Bonelli Potestas Alexandriae, Dominus Conradus de Conceso Potestas Cumi, Dominus Rainerius Zeni Potestas Trivisii, Dominus Olaus de Mandello Potestas Paduae, Dominus Carnetvarius de Uzine Potestas Bononiae, Dominus Pagenus de la Turre Potestas Brixiae, & Dominus Andreas Domini Aldrandini, nomine & vice Potestatis Faventiae, juraverunt & reformaverunt Societatem praedictam. Et praefatus Dominus Johannes de Porta Ferrariae Potestas, nomine & vice Communis Ferrariae in dicta concione juravit dictam Societatem Lom-

**A** bardiae, Marchiae, & Romaniae, secundum modum & formam & conditionem, quam dixerat & proposuerat Dominis Bartholomaeo Antiano & Ursulino Judici, Rectoribus Bononiae, & eorum sociis. Protestatus fuit, quod in nullo alio vult teneri pro Communi Ferrariae, nec ipsum Commune ipsis Rectoribus vel Societati praedictae, nisi secundum quod praedixerat, & cum supradictis Antianis & Rectoribus fuerat & est in concordia, & scriptum reperitur per me Aribertum Notarium. Qui Rectores secundum modum supradictum receperunt eum & jurare fecerunt in dicta concione.

**B** Et ego Aribertus, Dei gratia sacri Palatii Notarius, his omnibus interfui, & quae audiui & intellexi, rogatus scribere scripsi.

**C** Munus autem fuit Rectorum Societatis Langobardicae intercedere, ne in singularia bella crumperent finitimae Civitates aut ut discordiae jam pullulantes inter eas, quam citò fieri posset, componerentur. Exempla prostant in Historiis eorum temporum. Unum tamen ego proferre statui, deductum ex supra laudato Archivo Estensi.

Petitio facta a Societate Lombardorum Consulibus Ferrariae, ut transitum per aquas Padi aperiant, & apertum teneant, Anno 1177.

**I**N Christi nomine. Anno Dominice Nativitatis MCLXXVII. tempore Alexandri Papae, & Federici Imperatoris, die VII. intrante Mense Martii, Indictione X. retro Altare Sancti Tom. X.

**E** Georgi Episcopatus Ferrariae ante Tertiam. Cum venissent Rectores Lombardiae & Nuntii Venetiae, scilicet Johannes Michaël, Johannes, & alii Lombardi Ferrariam, & dicebant Consulibus

fulibus Ferrariae, ut jurarent aquam Padi aperire, & apertam tenere, scilicet Albertus de Gambara de Brixia, Adubato de Mediolano, Maladubatus de Placentia, Pio de Mutina, Rectores Societatis Lombardorum: Respondebant Consules Ferrariae, scilicet Petrusbonus Pagani, Guido Judex, Isuardus, & alii, quod non facerent, nisi prius scirent eorum intellectum pro sacramento. Quod predicti Rectores juraverunt per Dei Evangelia, quod eorum intellectus, & intellectus Ducis Venetie, & suorum Nuntiorum talis erat; & ita erant concordēs, quod si

A Ferrarienses jurarent tenere aquam Padi apertam, & alii non tenerent aquam Padi apertam eis, quod Ferrarienses non tenerentur aliis tenere aquam Padi apertam, sed liceret eis reseruatam tenere: & quod de cetero nullum praeceptum ab eis, vel a Nuntiis Venetie haberent. Hoc facto Consules juraverunt in concione.

B Testes Comes Azzo, Aldruvandinus Magistri Gasfredi, Albertus de Bergamo, & alii, Johannes Dusdeus, Rambertus Judex, & multi alii.

Et ego Magister Presbiterinus tunc Ferrariae Notarius hanc Cartam scripsi.

Explicatio Juramenti a Consulibus Ferrariensibus facti  
 Rectoribus Lombardiae, de aperiendo libero  
 transitu per aquas Padi, Anno 1177.

I N Christi nomine. Anno Dominice Nativitatis Millesimo Centesimo Septuagesimo Septimo, tempore Alexandri Pape, & Federici Imperatoris, die Septimo introëunte Mense Madii, Indictione X. in Civitate Ferrariae. Breve recordationis sive posteritatis ad memoriam retinendam, qualiter Guido Judex, Petrusbonus de Pagano, Aldigerius de Bereo, & alii Ferrarienses Consules juraverunt per Sancti Dei Evangelia Rectoribus Lombardiae, scilicet Alberto de Gambara de Brixia, Adubato de Mediolano, Malo-nepoti de Placentia, Pio de Mutina: quod cum preceptum fuerit eis a Rectoribus Lombardiae in reversione eorum de Venetiis aperire aquam Padi & apertam tenere, & hoc facere jurare omnibus suis Consulibus & cuncto Consilio, & hec omnia sine fraude: quod sacramentum sic fuit expositum a Rectoribus & Sapientibus Lombardie & intellectum; quia sicuti Ferrarienses debent aperire aquam Padi, & apertam tenere eis

C omnibus, sic & omnes debent aperire aquam Padi & apertam tenere eis. Et si quis eam reseraverit, babeant Ferrarienses licentiam reserandi eis, qui eis Ferrariensibus reseraverint. Et si contigerit, Cremonenses ad Societatem redire, & aquam Padi aperire, & aliqua occasione sumpta reserare vel lent, liceat predictis Ferrariensibus eis reserare, & reseruatam tenere, donec resipuerint; & sic omnibus aliis desipientibus eis reserare liceat. Et si que Civitas vel Civis vel Castellanus, vel aliqua Persona publice forum dederit Cremonensibus, vel tenentibus aquam Padi apertam omnibus, liceat Ferrariensibus eis reserare & reseruatam tenere. Et hoc precipue dicimus Mantuanis, quod non liceat eis Mantuanis forum dare Cremonensibus, non tenentibus aquam Padi apertam prius reseruatam. Et si Ravennates non dimiserint Ferrariensibus deorsum ire, & eis non dabunt totum suum forum, non teneantur Ferrarienses alios dimittere ire deor-

deorum: & sic de aliis omnibus. Hec autem omnia fuerunt scripta in concordia Rectorum Lombardie, scilicet Adu-  
 bati de Mediolano, Alberti de Gauba-  
 ra de Brixia, Malinepotis de Placentia,  
 Pii de Mutina, Pinamonte de Vimercato,  
 qui est Potestas Bononie, & aliorum Rectorum Lombardie, in Ecclesia Sancti Georgii Episcopatus Ferrarie. Que omnia suprascripta a Rectoribus Lombardie intellecta, similiter a Consulibus Ferrarie intelliguntur, & sacramentum eodem modo exponitur. Mantuani vero Agnellus, & Henricus de Alberto Azzi de Henrico, Asurbinnus, Ugo Advocatus, Mantuae Consules juraverunt Rectoribus Lombardie, quod, cum preceptum fuerit eis a Rectoribus Lombardie in reversione de Venetiis, postquam Ferrarienses juraverunt, aquam Padi aperire & apertam tenere, jurare ad Breve, quod fuit scriptum Verone, & totam, quod in eo continetur, firmum tenere. Et quod hoc totum facient jurare suis omnibus Consulibus & toto Consilio infra octo dies, & totam Civitatem infra quadraginta dies, sicuti in Breve continetur factum Verone. Et hec omnia facient sine fraude.

A Ad hec omnia presentes fuerunt testes, Accius de Brixia, Aldeprandus de Bononia, Albertus de Bergamo, Johannes de Brixia.

Et ego Magister Presbiterinus, Dei gratia sacri Palatii, & Ferrarie Notarius, ad haec omnia presens ex mandato Rectorum Lombardie, hanc Cartam scripsi atque complevi.

B Denique animadvertendum est, Civitates Tusciae, ineunte Seculo Christi Tertiodecimo pro sua Libertate ac tutela Societatem iniisse, seu potius initam confirmavere; nam (uti jam monui) praeiverat earum confederatio Anno MCKCVIII. instituta. Hujus rei testes habemus tabulas Anni MCCV. a Clariss. quondam Benvogliento productas in Notis ad Statuta Pistorientia, in hoc Opere edenda. Conveniebant unum in locum Rectores Societatis hujus, quorum Prior erat Episcopus Volaterranus, scilicet Florentini, Lucenses, Senenses, Perusini, Arretini: ibique de communibus negotiis agebatur. Quoto autem tempore Societas ista Tusciae perduravit, aliis inquirendum relinquo.





D E  
CIVITATUM  
ITALICARUM  
FOEDERIBUS AC PACIBUS.  
DISSERTATIO  
QUADRAGESIMANONA.



# DISSERTATIO

## QUADRAGESIMANONA.



Ustenus vidimus Civitates Italicas arto amicitiae & Societatis vinculo copulatas & foederatas, ut partam Libertatem unanimi studio, viribusque conjunctis tuerentur. At tamen vel ipso tempore, quo Lombardorum Societas viguit, non defuere Civitates aliae, quibus aut Imperialis partis studium, aut sperata aliqua utilitas, aut metus obsistit, quominus in idem foedus convenirent, aut etiam ipsas ab eo abstraxit. Ad haec multorum animos urebat ambitio, familiaris comes potentiae, dilatandi imperii cupido, ita ut quaecumque Civitas potentio-rem se finitimis sentiebat, facile contra

A eos belli gerendi occasionem emendicaret. Praeterea de finibus, de injuriis, de damnis illatis, aliisque hujusmodi rebus non levis interdum contentio fuit. Proinde hinc nata est singularium Foederum & pactorum necessitas: unusquisque enim quibus poterat artibus ac praesidiis suae Libertati & incolumitati cavebat; aut servandae pacis & concordiae causâ cum suis conterminis pacificationes faciebat. Accessit etiam Mercaturae & commercii causa, curantibus quibuscumque propriae patriae utilitatem. Quid Bononiensis Respublica Anno MCLXVI. cum Mutinensi pro utriusque Populi quiete, & securitate Commerciî statuerit, tabulae indicabunt, quae in Estensi Archivo custodiuntur.

### Pacta concordiae initae inter Bononienses & Mutinenses, Anno Christi 1166.

Nos Bononienses juramus salvare & custodire personas Mutinensium, & eorum bona, & personas omnium habitantium in toto Comitatu, & Episcopatu Mutinae, & eorum bona in toto nostro Districtu, & Stratam, & Treguam tenere inter nos, exceptis latronibus & falsatoribus & inimicis Imperatoris. Et si quis de nostris Ci-

D vibus, vel de nostro Episcopatu, vel Comitatu debitor est ex quacumque causa, solvere faciemus, si habeat unde solvat: si verò non habeat unde solvat, de Civitate & nostro districtu expellemus, bonis ablatis & destructis. Si plures sint fidejussores de Bononiensibus & Mutinensibus, quorum unusquisque insolidum sit obligatus, pro parte eos sol-

solvere compellemus. Predas in preteritum a duobus annis factas a nostris hominibus tam de Civitate, quam de Episcopatu simpliciter restituere faciemus. In futurum vero factas usque ad quinquennium similiter restituere faciemus. Et si restituere non possint, de Civitate & toto vostro Districtu expellemus, bonis ablatiis & destructis, bonâ fide infra triginta dies, postquam requisiti fuerimus. Et si necessarium fuerit, inter nos ad supradictos malefactores puniendos invicem inter nos auxilium dabimus. Et si aliquis de vestris in Civitatem nostram vel Episcopatum & Comitatum confugerit, similiter ut vestros puniemus. Haec omnia observat-

**A** bimus bonâ fide & sine fraude ab hinc usque ad Festivitatem Sancti Michaëlis, & a Festivitate Sancti Michaëlis usque ad quinque annos finitos, subâ Fidelitate Imperatoris.

Anno Domini MCLXXI. Decimo tertio Kalendas Augusti, Indictione XIV.

Actum in Rastiliolo.

**B** Romanae Legis ego Wido Tabellio Regis.

Repetita est par concordia inter utrumque Populum Anno MCLXXVII. ut constabit ex altera Charta, quae in Regesto Reipublicae Mutinensis legitur.

Charta renovatae concordiae inter Mutinenses & Bononienfes,  
Anno 1177.

**I**N nomine Domini. Nos Pius & Pinamons, Potestates Mutinae & Bononiae, juramus bonâ fide, & sine omni fraude tenere Stratam & Treguam inter Mutinam & Bononiam, & facere tenere hominibus totius nostrae sortiae, omnibus personis & rebus inde transeuntibus, exceptis furibus, latronibus, salatoribus, & inimicis utriusque Civitatis vel alterius tantum, & eorum rebus. Et quicumque de nostris Episcopatibus vel Civitatibus Stratam ruperit, & ad arbitrium Potestatis suae non emendaverit, sub hunc meo erit, de cujus Civitate vel Episcopatu fuerit, & in suis rebus bonâ fide eum damnificabo. Et si adiutorium ad puniendos, eos, qui Stratam ruperint, invicem nobis necesse fuerit, infra octo dies, postquam nos requisierimus, unus scilicet alium, adiutorium dabimus, secundum quod ille, cui necesse fuerit, requirere sine fraude voluerit per Literas vel Nuntium, nisi con-

**C** sensu ejus remanserit, differendo ad alium vel ad alios terminos vel remittendo. Et si terminum vel terminos ille, cui expedierit, dare voluerit, ad eos terminos ita servabimus. Haec autem omnia usque ad finem nostri regiminis bonâ fide & sine fraude servabimus, & in concione faciemus jurare per Nuntiam super animam Populi eorum parabolâ ita servare. Et per nostras Terras, in quibus visum fuerit nobis expedire, Stratam & Treguam istam jurare faciemus. Hoc autem sacramentum fecerunt praedictae Potestates Anno Domini MCLXXVII. Undecimo Kalendis Septembris, Indictione X. in praesentia Ugonis de Ceula, Manfredi de Lugarello, Tiberti de Falabrina, Matthaei de Mutina, Odervici Buccadeluccio, Radaldi de Gorgadella, & aliorum multorum.

**E** Actum ad Sanctam Mariam in Stratam, Indictione praedicta.

Ego Lambertus Communis Bononiae  
Notarius interfui & subscripsi.

Haec inter ambos Populos consti-  
tuta ad unius commercii tutelam.  
Nunc Foedus inspiciamus inter eos  
percussum, ut alter alteri militaret,  
prout necessitas ferret. Exstat ejus  
concordiae Charta in Regesto novo  
Reipublicae Bononiensis; & quam-

A quam annus desideretur, quo scripta  
fuit, antiquus Index eam refert ad  
Annum MCLXXII. Sigonius verò in  
Histor. Bononiens. uti & Ghirardac-  
cius Lib. 4. Historiar. Bononiens.  
conventionem hanc adnectunt Anno  
MCLXXXI. Nihil verò dubitandum,  
quin & Mutinenses pari sacramento  
sefe Bononiensibus obstrinxerint.

**Pacta Foederis inter Bononienses & Mutinenses  
initi Anno 1172. vel 1181.**

**I**N nomine Domini. Placuit Muti-  
nensibus & Bononiensibus hujusmodi  
concordiam inter se facere, quod Bono-  
nienses debent adjuvare Mutinensibus in  
toto Episcopatu Mutinae, & in ra  
confines Episcopatus Mutinae contra  
omnem mortalem hominem, & contra  
omnem gentem, & contra omnem lo-  
cum, qui locus sit de Episcopatu Muti-  
nae vel infra confines Episcopatus Mu-  
tinae, excepto contra Nonantulanos,  
& excepto contra Civitates Societatis  
Lombardiae, contra quas non debent  
eos adjuvare; sed nec aliquam Civita-  
tem Societatis debent adjuvare contra  
Mutinenses infra fines Episcopatus Mu-  
tinae, nisi fieret praecepto Rectorum  
Societatis pro communi facto Societatis.  
Et Bononienses duas Hostes in anno fa-  
cient Mutinensibus infra fines Episco-  
patus Mutinae, semel cum militibus &  
peditibus per commune, ad dispendium  
& perditam Bononiensium, & alia vi-  
ce cum militibus & sagittariis, ad  
dispendium similiter & perditam Bono-  
niensium. Et has Hostes facient infra  
octo dies, postquam requisiti fuerint a  
Mutinensibus Nuntio vel Litteris, vel  
infra alium seu alios terminos, quos  
Mutinenses eis dederint, nisi Muti-  
nenses eis remiserint; & postquam eis

Tom. X.

**B** fuerint adjuncti, octo diebus stabunt in  
eorum servitium, ubi Mutinenses volue-  
rint infra confines Episcopatus Muti-  
nae, excepto contra Nonantulanos, ni-  
si per Mutinenses steterit. Et Bono-  
nienses debent salvare, custodire, &  
defendere Mutinenses & eorum bona in  
Civitate Bononiae, & in tota sua for-  
tia, & alibi ubicumque poterunt. Item  
**C** Bononienses non debent imbrigare Mu-  
tinensibus quidquid in suo Episcopatu  
Mutinae, vel infra Episcopatum Muti-  
nae, & nominatim non debent eis im-  
brigare Nonantulam. Et si quis de  
Bononiensibus contra Bononienses Nonan-  
tulum iverit, Bononienses in eum ban-  
num statuent, & auferent pro arbitrio  
Rectorum vel Rectoris Mutinae, qui  
**D** pro tempore fuerint; & quoscumque de  
suo Episcopatu, vel infra confines sui  
Episcopatus habitantes Mutinenses suos  
inimicos fecerint, Bononienses suos ini-  
micos facient infra octo dies, postquam  
a Mutinensibus eis denuntiatum fuerit  
Nuntio vel Litteris. Nec in amicos  
nec in Cives eos recipient, nec adju-  
torium, nec mercatum eis dabunt, nec  
**E** homines sui districtus dari permittent,  
nisi cum Mutinensibus primo reconcilia-  
ti fuerint. Et si aliquis de Episcopatu  
Mutinae, vel infra confines Episcopatus

X

Muti-

Mutinae fuerit Civis Bononiae, liceat Mutinensibus constringere eum de bonis, quae habet in Episcopatu Mutinae, sicut quemlibet alium de suo Episcopatu, sine contradictione Bononiensium, dum tamen non fiat ei malum in odium Bononiensium. Praeterea Bononienses facient rationem Mutinensibus de querimoniis sibi ab eis delatis his modis, quod res subreptae vel vi raptae simpliciter restituantur, possessiones vero per violentiam ablatae similiter restituantur simpliciter, nemine a suo jure cadente, quod sua auctoritate praesumpsit invadere, vel dampnum propterea alicui aederit, vel res aliquas abstulerit; debita solvantur usuraria cum usuris; quae vero sine usuris conventis sunt, restituantur ejusdem bonitatis, cujus fuerunt tempore dationis. De Manentibus, & Ascriptitiis, & Arimannis Bononienses consuetudinem suae Civitatis Mutinensibus servabunt. Pensiones autem emphiteosis debitas in duplum praestare facient secundum morem suae Civitatis. Et haec observabunt Bononienses Mutinensibus. De his quae evenerunt a decem annis retro ante hanc concordiam, & querimonias susceptas Bononienses infra triginta dies disjucient sine fraude, si poterunt, si de causa liquebit, nisi consensus partium paciscentium vel differentium intervenerit. Hanc autem concordiam Bononienses & Mutinenses a quindecim annis supra, & a sexaginta annis infra, scilicet capud hominis per domum jurabunt inter se servare bonâ fide usque ad viginti & unum annum expletum, & in omni capite septem annorum hanc concordiam sacramento renovare in omnibus qui inventi fuerint habitatores utriusque Civitatis tempore renovationum, capud videlicet hominis per domum.

Uti in antiquis Mutinensium Annalibus in Collectione Rerum Itali-

A carum a me vulgatis Tom. XI. legitur, Anno MCXXXI. Nonantulanis dederunt se per prodicionem Communi Bononiae. Idem pariter testantur Historici Bononienses, atque ego supra confirmavi in Differt. XLVII. Rem aegro animo tulere Mutinenses, in quorum agro & Comitatu ab antiquis Seculis situm erat Oppidum Nonantulanum, uti & nunc est. B Hinc ergo inter utrumque Populum belli occasio coorta, & Nonantulani tandem coacti parere Mutinensium mandatis. In hoc ergo foedere conventum est, ut Bononienses nullam quidem opem Mutinensibus praestarent adversus Nonantulanum Populum, sed simul sese in posterum ab illo protegendo abstinerent. C De Manentibus, & Ascriptitiis heic nominatis illud tantum monebo, designari iis vocabulis colonos agrorum, non proprie servos, sed aliqua conditione Dominis obnoxios, de quibus mihi sermo fuit in Dissertatione XIV. de Servis. Arimannorum nomine significantur ingenui homines: atque interdum etiam Nobiles, qui nulli arti servili dabant operam, de quibus quidem egi in Dissertatione XIII. de Arimannis. Neque tantum cum Civitatibus Liberis pacta inire mos fuit, sed etiam cum Castellanis, five Militibus, & Nobilibus, e quibus non pauci olim Castellis imperabant, a Civitatum dominatione soluti. D Inter hos olim numerabatur illustris Familia filiorum Manfredi, unde Picorum, Picorum, Papazonum, Fantium, Manfredorum, aliarumque familiarum lineae exierunt: qua de re mihi sermo supra fuit in Differt. XLII. de Cognomin. orig. In Regiensis Senatus Archivo Charta legitur ad eos spectans, quam huc inferre placuit. E

**Manfredinus & Bernardus Consules Domus filiorum Manfredi, nomine quoque suorum consortium, societatem ineunt cum Regiensibus, Anno 1174.**

**I**N nomine Domini. Millesimo Centesimo Septuagesimo Quarto, V. exeunte Mense Martii, Indictione Decima. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam habendam & retinendam, qualiter in praesentia Domni Alberti Regini Episcopi, & Gerardi Canonici de Regio, & Presbyteri Johannis de Sancto Silvestro, & Alberti Clerici de Massenzatico, & Guido filiorum Manfredorum, & Gerardi de Guinzolo, & Pildoguera, & Siragoti Alexandrini, Ordelaſi, & Bondeni de Bordenone, & Guizoli filii Monarii, Bernardi de Novis, & Petri Burdi: **Manfredinus filius Bernardi, & Bernardus frater Roberti Consules Domus filiorum Manfredorum**, praesitito juramento firmaverunt, quod bona fide sine fraude Stratum, quae per Quarantulas & per Sanctum Martinum in Spinis Ferrariam vadit, per terram & aquam securam facient & tenebunt, & homines de Regio & Episcopatu, & res suas, & omnes homines per eam transire volentes, in virtute sua pro posse salvabunt. Et hoc idem juramentum a toto Casali suo, videlicet ab eis de Domo Guidonis, & Manfredini filii Bernardi, & Pizonis, & Manfredi, & a Pio, cum de Potestate & regimine Mutinae exiverint, si exi facient, & ab eis hominibus de Sancto Posidonio, & Sancto Stephano, & Quarantulis, & de Sancto Martino, & de Gavelo, quos ad Stratum melius tenebunt, & securius tuendam utiles esse cognoverint. Et si aliquando Consules Regini ad tempus fuerint, filios istorum requisierint de hoc juramento, praesaf-

**A**ctus Bernardus & Manfredinus Consules & ceteri, qui hoc juramentum fecerint, ab eis fieri facient. Et si quo tempore pro aliqua discordia alicui Civitati, excepto Civitate Regii, & Episcopatu per se vel per Consules Reginos, & non veniant per Strata post duodecim dies transactos renunciaverint, nisi concordiam fecerint, eis juramento non teneantur: homini autem de Regio & Episcopatu juramento semper teneantur. **Altemannus** Consul Regii vero suum firmavit juramento, quod si aliquo tempore Domus Filiorum Manfredorum propter custodiam & defensionem Stradae cum aliqua Civitate vel Terra discordiam seu seditionem haberent, ipse **Altemannus** debeat eos ad suum spendium, & perditam suam bona fide & sine fraude adjuvare, & postquam eos adjuvare inceperit, nullum pactum vel concordiam sine ipsis cum eis faciet; nec eis Manfredis absque Reginis Consulibus facere liceat. Et hoc idem juramentum a Sociis suis Consulibus fieri faciet, & Consilio Reginorum bona fide sine fraude. Et si aliquo tempore Consules eligerentur, qui hoc juramentum non fecissent, si Consules Manfredorum eos inde requisierint, Consilium Reginorum ab eis fieri faciet.

**Actum in Castro Nove feliciter, in camera Domni Albriconis Episcopi Regini.**

**Signus manus supradicti videlicet Manfredicus, & Bernardus, & Altemannus, qui hoc scriptum firmare rogaverunt, ut supra.**

**Ego Rodulfus Notarius sacri Pallatii rogatus hoc scriptum feci.**

Hujus Manfredini Pici filius Anno postea MGLXXXVIII. constituit se Civem Mutinae, ut nuper ostendi in Dissertatione XLVII. de amplificata Civitatum Italicarum dominatione. Haec autem. peracta videas in praesentia Domni Alberti Regini Episcopi, qui & Albriconis nomine appellatur. Infra quippe additur, eadem fuisse acta in Castro Nove in camera Domni Albriconis Episcopi Regini, de quo etiam est mentio in Charta praecedentis Anni, quam evulgavi in Dissertatione XLVIII. de Societatibus Lombardorum. Itaque Albertus, Albriconus, Albergonus vocabula quidem di-

A versa fuere, sed unum tamen Regiensis Episcopum indicabant. Ex his Ughellius juvandus in Italia Sacra. Mercimonii causa frequens olim erat commercium Pisanis cum Populo Grassae, quae Civitas Galliae est, sita in Provincia, septem leucis a Nicea distans. Quin libera olim Civitas fuerit, vix dubitare non sine  
B Charta haec, quam accepi a quondam Nobili viro Octavio de Abrahamo, Primatialis Pisanae Canonico, ubi quid inter utriusque Civitatis Consules conventum fuerit, Lector animadvertere poterit.

**Pacta inter Consules Reipublicae Pisanae, & Consules Civitatis Grassae, conventa pro pace & securitate commercii, Anno 1179.**

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Amen. Cum pacis memoriam, tum propter libilem hominum mentem, tum propter brevem vitam facile ubi possibile sit, ut stabilis permaneat, litterarum notabulo duximus commendandum. Itaque nos Petrus Galcus, & Caucerandus Rolandi, & Raimundus Gajoli, atque Barreria, Dei gratia Consules Grassae, & nos similiter Malusvicinus & Raimundus..... & Raimundus Garcinus eadem gratia Anni futuri Consules, facimus Consulibus Pisanis, & Civitati Pisane, & omnibus Pisanis, & omnibus Personis Pisani districtus, firmam pacem, & convenimus pro nobis, & omnibus hominibus nostri districtus, tenere firmam pacem in Personis & habere, terra, & aqua, Consulibus Pisanis, & omnibus hominibus eorum districtus, & omnes sanos & naufragos in personis & rebus per totam fortiam nostram salvare & defendere & non offendere eos, nec offendere facere. Et si offensio facta fuerit de

C personis, infra quadraginta dies, ex quo inde reclamatio facta fuerit, convenientem vindictam facere. Si vero de rebus fuerit offensa, secundum rationem & bonum Grassae usum justitiam fieri faciemus similiter infra quadraginta dies, nisi per reclamatorem remanserit, vel causa testium, vel instrumentorum, hoc intellectu, ut de pena pro rebus ablatis, vel de injuria non teneamur facere rationem, nisi sicut superius dictum est, nec jus suum amittat, qui jus sibi dixerit faciendo injuriam, vel sua auctoritate aliquid accipiendo. Promittimus etiam, quod si persenserimus, Regem Aragonum vel Comitem Provinciae, vel ejus Bajulum, vel Nuntium velle offendere Pisanos, citius, quam poterimus, significabimus Pisanis Consulibus, & eos, si potuerimus, defendemus & adjuvabimus precibus, & querendo mercedem. Et si habere Pisano- rum, qui tempore pacis Grassae, vel in eorum districtu fuerit, ipse vel alius pro eo abstulerit, vel damificaverit, red-



reddemus de nostro Communi, & Populo, & emendabimus passis & eis, quibus ablatum fuerit. De havere Pisano- rum, quod Grasse adductum fuerit, Grassen- ses solitam diricturam tollant, & nemo aliam. De mercationibus & ceteris contractibus intra Pisanos & Grassen- ses Grasse habitis, Pisani, si voluerint Grassenes, Grasse conveniri poterunt, & ad rationem cogi: hoc tamen salvo, ut supra illis factis, que jam preterierunt, unde ratio a Pisani- bus contra Grassenes, vel Grasse Commune exigitur, videlicet ab Ildebrando Belaste, & aliis Pisani- bus, & omnibus, qui cum eo erant, & omnibus aliis Pisani- bus, Judices super hoc jurare deberent diffinire per rationem & bonum usum infra quadraginta dies, ex quo inde reclamatio facta fuerit, & testes, quos predicti reclamatores petierint, cogemus ad testimonium reddendum, & eos jurare cogemus dicere veritatem totam pro utraque parte, nisi, ut superius dictum est, remanserit; & quod nullum sacramentum vel ordinamentum fecerunt, quominus ita diffinire debeant, nec propter aliquod ordinamentum, vel preceptum, vel compagiam omittent, ut non cognoscant, vel diffiniant per rationem vel bonum usum. Et sententiam & laudamentum inde datum executioni mandabimus, exceptis Libris quatuorcentis usque in Libris quingentis Melgorum, si tot fuerunt, quas Rex Aragonensis Pisani- bus auferri fecit, de quibus non teneamur facere justitiam. Eodem habito intellectu, ut de pena non exigenda, & de injuria & de jure non amittendo, sicut superius dictum est, in venturis offensis ut inde non teneamur. Predicta verò pax & conventio debeat observari ab hodie usque in vicini sex annos. Et sic ad sancta Dei Evangelia juravimus, quod hæc omnia ista sine fraude, & malo ingenio observabimus

A toto tempore hujus Consulatus. Et sequentes Consules hoc idem jurare faciemus, & quod non recipient Consulatum, qui hoc idem non jurent. Et si forte, quod absit, aliquid predictorum, ut dictum est, non fuerit observatum, propterea pax non rumpatur, & id quod non fuerit observatum, infra viginti dies ab inquisitione inde facta emendetur.

B Hæc pax & conventio facta fuit in Ecclesia beate Mariae in presentia Fulconis, Dei gratia, Antipolensis Episcopi, & Ugonis Riperti, Sicardi de Torretis, Guilielmi Longi, Guilielmi Aimini, Fulconis Boni filii, & Calverrie, & Isnardi Garcini, Guilielmi Joannis Petri de Claromonte. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCLXXVIII. mense Novembri, Indictione XII.

C Ego Bernardus Notarius Consulium Grasse mandato ipsorum Consulium hanc cartam scripsi.

D Artissima quoque olim Societas fuit inter Mutinenses ac Parmenses, pluries quoque renovata. Quum enim saepe Regienses intermedii discordiarum ac bellorum semina excitarunt, hujusmodi foedus Regiensem Populum in officio ac metu continebat. Contra fuit Regiensibus saepe Societas cum Bononiensibus, ut & ipsi ad reprimendos Mutinenses eorum ope ac patrocinio uterentur. Vide Memoriale Potestatum Regiensium Tomo VIII. Rer. Italicarum. Quod Populis istis in usu fuit, idem quoque a ceteris ferme Civitatibus Liberis factum est, ut a finitimis sibi cave- rent, easque insuper debellarent. si fortuna arrideret. In Tabulario Communis Mutinensis exstat formula sacramenti, eam ob causam a Parmensibus praestandi, cujus hæc sunt verba.

## Charta Foederis initi inter Parmenses &amp; Mutinenses, Anno 1188.

**I**N nomine Domini. Ego Parmensis iuro guardare & salvare Mutinenses, ubicumque semper in rebus & in personis, & adjuvare & defendere ubicumque, & expeditionem ubicumque voluerint per Commune ad meum dispendium & perditam facere, cum a Consulibus vel a Potestate Mutine, qui per tempora fuerint, requisitus fuero litteris vel nuncio, cum Militibus & Peditibus bis in anno, & cum Militibus & Sagittariis quater, secundum quod requisitus fuero. Et postquam eis adjunctus fuero in expeditione, per octo dies stabo, nisi parabola Potestatis vel Consulium Mutinae remanserit, & eos bona fide adjuvabo. Episcopatum quoque & Comitatum Mutine & Terras Episcopatus & Comitatus, quas habent, & omnes tenutas, ubicumque habent, siue sint in suo Episcopatu vel Comitatu, siue extra, dum tamen non sint in meo Episcopatu vel Comitatu, alibi etiam constitutas, tenere & defendere adjuvabo. Et Terras, scilicet Villas, & Castra sui Episcopatus & Comitatus, & infra confines Episcopatus acquirere iuvabo, & adquisitas tenere, & defendere iuvabo. Cives quoque eorum & alios in eorum territorio habitantes, & qui habitabunt, fructus universos, quos super suo solo & possessionibus & tenutis habuerint, vel ex suis redditibus perceperint, in ipsorum Civitatem & Episcopatum portare non vetabo. Et quoscumque Mutinenses de suo Episcopatu banniverint, qui sint utriusque Civitatis Cives, de possessionibus in eorum territoriis constitutis eis non nocebo. Proprium Civem Mutinae bannitum non recipiam, postquam de his requisitus fuero a Consulibus vel a

**A** Potestate Mutinae, qui per tempora erunt, nisi primum cum Mutinensibus reconciliatus fuerit. Et si discordia inter Mutinenses & Reginos apparuerit, si Consul vel Potestas fuero, inter eos bona fide componam. Et si Consul non ero, bona fide ut id fiat a meo Consule vel Potestate, operam dabo, si requisitus fuero. Quod si compositio non posset fieri sub amico vel amicis duobus de ipsis Civitatibus litigantibus, litigare, & eorum arbitrio stare cogantur, qui iuramento praestito, inter eos secundum rationem & bonum usum dividant. Et iuro, quod guerram Mutinensium meam faciam, & usque ad pacem factam eos meis sumptibus & perditis, si requisitus fuero, inde adjuvabo. Et si quis de Episcopatu vel Comitatu Mutinensi vel Parmensi, vel infra eorum Episcopatum vel Comitatum erit Civis Parmae, liceat Mutinensibus de bonis, quae habent in suo Episcopatu vel Comitatu distringere. Consules autem Parmae vel Potestas, qui per tempora erunt, sic observabunt; & quod facient jurare suos Successores in suo regimine ita attendere, ut supra dictum est. Et facient renovare sacramenta singulis sex annis, cum a Consulibus vel Potestate Mutinae requisitum fuerit. Et qui erunt a quindecim annis supra usque ad septuaginta annos, omnes sine fraude jurare teneantur in perpetuum. Quicquid autem additum fuerit in concordia tantum Consiliorum ad campanam sonatam Parme, Regii, & Mutine, vel quicquid detractum, sit firmum, & observare teneantur. Et haec omnia praedicta attendam, & observabo in perpetuum bona fide & sine fraude, salva Fidelitate Imperatoris, & filii ejus Regis

Regis Henrici, & salva Societate Lombardie, ita tamen quod propter hoc & propter dictam exceptionem Societatis Lombardie nihilominus teneat observare omnia supradicta & supradictis.

Actum Regii in Platea Monasterii Sancti Prosperi feliciter, Anno a Nativitate Domini MCLXXXVIII. Indictione Sexta, Kalendis Augusti, die Lunae. Qui hoc sacramentum, seu perlegitur, juraverunt, hii sunt, Dominus Jacobus de Gorzano, & Rolandus Perigenarius Consules Mutine, & alii homines, Dominus scilicet Guido Papiensis, Dominus Matheus, Guilielmus de Afo, & ego ipse Blasius. Et quod i-

dem sacramentum facient fieri a hominibus sue Civitatis hinc ad exitum mensis Augusti sine fraude. Hujus rei testes fuerunt Dominus Maladobatus, Dominus Albertus Rubeus, Gerardus Flordebelle &c.

Percussum vides hoc Foedus, salva Fidelitate Imperatoris, & Filii ejus Regis Henrici, & salva Societate Lombardorum. Ita & obsequio erga Principem, & Foederi pro communi salute inito satisfactum. Vicissim vero & Mutinenses suum conceperunt jusjurandum, cujus formam ex Codice MSco prae laudati Archivi depromptam subiungo.

*Qualiter Mutinenses juraverunt adjuvare homines Parmae. Anno 1188.*

**I**N nomine Domini. Ego juro, quod bona fide salvabo & guardabo in abere & personis homines Parmae, & ejus districtus, qui per Parmam se distringent, per totam meam Terram, & per totam meam aquam, & per meam fortiam, & alibi, ubicumque poterit, sine fraude. Nec studiose eos offendam per me neque cum alio in mea Terra & aqua, neque meorum, nec alibi, nisi cum communitate Societatis Lombardiae. Et reversa communitate Societatis Lombardiae domi, semper predicto modo teneat. Et si offensio aliqua alicujus ex Parmensibus venerit ab aliquo Mutinensium, infra quadraginta dies, postquam mihi requisitum fuerit a Consulibus vel Potestate Parmae, vel literis Sigillo Communis sigillatis, caput tamen emendare faciam, nisi per parabolam Consulium vel Potestatis Parmae remanerit, vel illius, cui offensio facta fuerit, vel jussu Dei impedimento. Et querimonias mihi factas ab aliquo ex Parmensibus Sigillo sue Civi-

tatis, bona fide suscipiam, & rationem & justitiam ei secundum jus & bonum usum & morem mee Civitatis sine fraude faciam: & infra quadraginta dies, postquam mihi de lite cognitum fuerit, nec fraude dimittam, quin cognoscam per me, vel per ordinatas personas ad hoc diffiniam vel diffinire faciam sine pena & fructibus, & secundum morem mee Civitatis, vel per convenientiam, si partibus placuerit. Et illa negotia, quae Civitas Parmae fecerit sua, vel per commune, vel per divisum, non contrariabo, nec offendam per me neque cum alio per commune, neque per divisum, nisi cum communitate Societatis Lombardie, ut dictum est superius. Et si aliquis mei districtus de predictis negociis eos contrariabit, aut offendet, ad voluntatem Consulium vel Potestatis Parmae & Consilii super eum judicatum faciam. Item juro, quod bona fide & sine fraude studebo & operam dabo Parmae, vel per Rectores & Consules hujus Civitatis Mutine ad acquirendam para-

parabolam a Rectoribus Lombardie, vel a Consulibus Civitatum Societatis renovandi sacramentum Societatis antique Mutine & Parme; & parabolâ aequitâ, vel etiam si cognovero, quod possim ea renovare absque parabola predictorum Rectorum & Consulum, videlicet, quod jam sit data, vel aliter, sacramentum predictæ antique Societatis renovabo. Et si Consules vel Rectores utriusque Civitatis consilio aliquid addere vel minuere voluerint, idem observabo & studebo, quod Cives mee Civitatis hoc idem sacramentum antique Societatis faciant. Et sacramentum superscripte antique Societatis faciam infra unum mensem, ex quo requisitus fuero a Consulibus vel Rectoribus Parme, vel alium terminum, quem mihi dederint juxta quod superius legitur. Et bona fide studebo, ut Consules & Rectores hujus Urbis Mutine, qui per tempera fuerint, predictum sacramentum faciant, dummodo non fecerint. Nec faciam, nec factum habebō sacramentum per commune vel per divisum alicui Civitati adjuvandi eam, nec Societatem nec conventum Societatis cum aliqua alia Civitate aliquo ingenio faciam, nisi datâ parabolâ a Consulibus vel Rectoribus Parme in Consilio ad campanam sonatam sine fraude, exceptâ Bononiâ, cum qua possim facere sacramenta & Societatem absque predictâ parabolâ Parme. Ita tamen ut Parmam excipiam. Et si quid additum vel diminutum fue-

A rit a Consulibus vel Rectoribus utriusque Civitatis Consilio idem observabo. Et hoc totum attendam ab hinc in antea tandiu, quod antiqua Societas Parme & Mutine renovata fuerit, ut supra legitur. Renovabo hoc sacramentum in unoquoque capite decem annos, donec predicta Societas antiqua, ut dictum est, esset renovata, infra duos menses, postquam requisitum fuerit a Rectoribus Parme, vel per alios terminos, quos mihi dederint. Et hoc idem sacramentum faciam facere Consulibus vel Rectori, qui proximiori anno fuerint in Consulatu vel regimine mee Civitatis, nisi ab eis factum fuerit, donec antiqua Societas fuerit renovata, ut supra dictum est. Et hoc sacramentum faciam facere universo Consilio mee Civitatis, & centum hominibus per unamquamque Portam, & omnes Captaneos & Valvasores & Castellanos, equites mei Episcopatus & districtus sine fraude per illos terminos, quos mihi Consules Parme dederint, & illos omnes, qui hoc sacramentum fecerint per scriptum, Consulibus Parme dabo infra mensem, postquam factum fuerit sine fraude, vel per alios terminos, quos mihi dederint.

Anno MCLXXXVIII. Indictione VI.

Subinde verò confirmata fuere ejusmodi Foedera, Anno MCCXVIII. uti constabit ex aliis tabulis, quas mihi suppeditavit Tabularium Estense.

### Renovatio Foederis inter Mutinenses & Parmenses, Anno 1218.

**I**N nomine Domini. Millesimo Ducentesimo Decimo Octavo, die X. intrante Octubri, Indictione Sexta. Breve recordationis ad memoriam retinendam, qualiter Mutinenses in pleno Consilio, sacramentum Societatis Parmensi-

**E** bus renovaverunt, facto & cobadunato in Palatio Communis Mutine ad sonum campanæ, secundum quod continetur in Carta facta per manum Blasii Notarii Mutinensis, tenor cujus sacramenti talis est.

Ego

Ego Mutinensis iuro guardare & salvare Parmenses ubique semper, in rebus & in personis adjuvare & defendere ubique, & expeditionem, ubi-enumque voluerint per commune, ad meum dispendium & perditam facere, cum a Consulibus vel a Potestate Parme, qui per tempora fuerint literis vel nuntio requisitus fuero cum militibus & pedibus bis in anno, & cum militibus & sagittariis quater &c. (\*)

Hoc siquidem sacramentum, seu prelegitur, fecerunt ibi hi infra scripti, videlicet, Gerardus de Ronco Judex Communis Mutine: Willielminus Luschi Advocatus, & Jacobinus de Bonafante, & Mutinensis Gerardi Gusba, Judices Communis Mutine: Bernardinus de Passaponte, & Squarciolinus Milites Justitie, & Monruellus, & Ubertinus de Gagio Procuratores Communis Mutine: Blasolus Notarius: Andreas Armanetti: Guido Johannis Miliole: Geminianus Gumberti: Barufaldus: Guizardus de Colurnio Judex: Johannes Bellincini: Giliolus de Gorzano: Raimondinus Rebellerii: Marchexinus Columbi: Gerardus Orrioni: Guilielmus Lusci: Jacobus Richelmi: Ubertus Ambrosii Tezani: Johannes Palmerius: Ubertinus Buccabadade: Albertonus Veneticus: Albertus Bravius: Bonacosa de Parma: Ubertinus Petri Romane: Janbonus Pellafossatus: Petrusbonus de Trepo: Jacobinus Citadine: Boninsegna Guidonis Blanci: Ubertinus Bernardi Poltonerii: Aimericus Jacobini de Ramicis: Rainucinus Parisus: Ysenbardus Guatus: Armannus de Ventura: Bonifacius de Bazovara: Albertus de Pazano: Bonifacius Doffi: Guidoctus de Savignano: Martinus de Prezenario: Albertus de Fredo: Conradus Munarii: Jacobus de Bazovaria: Nicolaus Adellardo: Guido

Tom. X.

A Guidonis: Jacobinus de Herbera: Pionus de Balugula: Johannes de Zugno: Henginulfus de Ceretulo: Ottonelfus de Borazolo: Rainerius Alexandria: Jacobinus de Portatione: Bernus Piscator: Paganellus de Saltino: Nicolaus de Prezenario: Gazzaguerra de Bartholomeo: Lanfrancinus de Balugola: Jacobinus Pacifici: Ubertus de Gacio: Johannes Uberti Oprandini: Johannes Stancarius: Janbonus de Curlo: Petrobonus de Blanco: Sigizus de Cagarabiis: Bonaccursus de Conrado: Ubertus de Breda: Passavanza: Gandulfinus Magistri Bernardi: Guidinarius Notarius: Rainucinus Albrigetti: Janellus de Bonzano: Pelligrinus de Ravolato: Janellus de Guidocto: Bernardus de Rocca: Gibertinus de Strada: Karandulus de Porta Bazovaria: Johannes de Boso de Acharisse: Gandulfinus de Ferrario: Johannes Ferrarius de Vignola: Gerardus de Guiriso: Rolandinus Xisverus: Uservertus: Rubens de Villalunga: Michaël de Amito: Jacobinus de Solera: Johannus de Beccariis: Andreas Clavarius: Prosperinus Pelliparius: Gerardus Johannis Bellincini: Rainerius de Gajo: Rodulfinus de Roncalie: Jacobinus Mantilis: Barius de Magiscola: Guidobonus Ranfredi: Albertus Petri Tadi: Jacopinus de Spezzano: Omnebonum de Lizaria: Ardizonus Pinelli: Guidonus Pelligrini: Gerardinus de Stazoneria: Gerardinus de Bocafaba: Lambertus de Grippo: Gerardus Borgexane: Ventura Ferrarius: Martinus Guidonis: Rodolphus Notarius: Petrus de Sancto Marco: Albertus de Sigizo: Leonardus Compagnoni: Armannus Coradi Munarii: Rolandinus Guidoni Rolandi: Jacobinus Armanni Pegolotti: Guido Doffi: Tebertus Seclarius: Odëricus Lepegossi: Johannes

Y

Canus.

(\*) Quae sequuntur omitto legenda in praecedenti Juramento Foederis initi Anno 1189. inter Parmenses & Mutinenses.

Canus: Richerius de Buccadeluzo: Dominicus de Carpo: Thomastus Golsferame: Ottonellus Columbi: Zacharias de Balugola: Palmerius Brenderii: Gerardinus Gerardi Gratiani: Aldeprandinus Orioni: Buccabadata: Bertolottus de Guidone: Fantebonus: Albertus de Bozallo: Marchesinus Gandulsi: Jacobinus de Beneincasa: Albertus de Verona: Anselmus Strazarolus: Johannes Pelizarius: Bonhono Lanfranchi Scudarii: Ubertinacius: Gerardinus de Musano: Rainerius Bovetti: Guido Biaqua: Guido Rabatonus: Johannes Tezanus: Gerardinus de Ganaceto: Ubertinus de Sancto Marco: Garimundus de Curtatono: Jacobinus Tholomei: Nicolus Ferrarii: Bernardinus Calzolarii: Guido de Tavernario: Nicolaus Spadarii: Rainerius Ferrarius: Gerardus Johannis Maltrui: Ribaldinus Ribaldi: Bartholomeus Presali: Gerardus de Savignano: Andriolus: Danese Piscator: Ubertinus de Casale: Pelligrinus de Bursia: Sylettus Judex: Manfredus Judex: Petrus Ganbuzolus: Raimondus Baptizatus: Bernardinus Domini Pii: Albertus de Boccadelucio: Petrus de Gorzano: Guido de Olivetto: Bartholomeus de Nonantula: Juvelus Zacangus: Gerardinus Rangonus: Gerardinus Boschetti: Gerardinus Garsonis: Rolandinus de Bosco: Ardezonus Ganbuzolus: Ubertinus Scutinellus: Guirifus Spadarii: Ugolinus Buccaleferro: Canbius

A de Gualdino: Pizolus de Romiolo: Guizardinus Domini: Odericus de Savignano: Guillelminus Alexandriae: Spinellus Notarius: Guillelmus de Gajo: Conradinus Venture: Petrus Yförius: Bonusmartinus de Porta.

B Actum Mutine feliciter. Ibi vero testes fuere Jacobus Notarius Communis, Johannes Malusatus, & Johannes Longus Correrii Communis Mutine, Delayta de Albangero, Simon Johannis Maltradi, Bartholomeus de Scarlato, Zanfruginus Pelizarius, Gibertus de Vignola, Jacobus de Limite, Petrus de Prividino, & alii multi.

C Ego Jacobus Carelli Notarius sacri Palatii his omnibus interfui, & hanc Chartam, qualiter superius legitur, rogatus scripsi, & in publicam formam redegi.

D Dignae sunt, quae tenebris eripiantur & aliae tabulae, praeliminares, ut nunc ajunt, ad nuper divulgata Pacta inter Mutinenses & Parmenses, in quae etiam convenere Regienses: tunc enim Civitates istas jungebat felix concordia. Chartas ejusmodi acceptas refero Regesto MSto Communitatis Mutinae. Atque illas accipere Lectorem minime todebet, quum id genus monumenta in tot aliis Civitatibus frustra perquirantur, nimium ab incendiis, a temporis ac murium edacitate, atque ab aliis calamitatibus attrita.

Qualiter juratum fuit de Societate Parme, Regii,  
& Mutine, Anno 1188.

M Ontanarius Consul Mercatorum Regii juravit sacramentum Societatis Parme Regii, & Mutine, Dominus Maladobatus, Dominus Villinus, Dominus Albertus Rubeus, Dominus Mussonus, Dominus Rogerius Sigisfre-

E dus, Vernacius, Isaac Girardi de Enzo, Rausfredus Notarius, Dominus Jacobus de Gorzano, & Rolandus Percenarius Consules, Dominus Guido Papiensis, Dominus Mattheus, Guilielmus de Aſto, Blaxius, Dominus Lucas, Ugutio

gutto Piroli, Gualbertus Eleazarii, Ugo Conradi, Petrus Vernacii, Guido Marfilii, Petrusbonus Scoti, Gerardinus Flosdella, Aribertus de Gruzolis, Parixius de Taculis, Petrus Manganus, Rolandus Pelagii, Jamboninus Petri Buzetaliac, Cunradus Struggidi, Dominus Ubaldu Vicecomes, Dominus Arduinus de Sessa, Dominus Aſo de Sessa, Rolandus de Caritate, Albertus Cambiator, Lombardus Notarius, Aſalutus, Aſo Eleazarii, Arditiſio Albrici, Rogerius de Flordebella, Guido Defenſoris, Ugo Baſſiani, Guido Guarianus, Fantenacius, Henricus Folconi, Gerardus Clarellus, Bernardus Martini, Jacobus Coſorum, Peregrinus Rubei, Guido de la Porta, Gerardus Tignoſi, Mattheus Pagani,

A Tebaldu Guizardi, Rodulphus Zupbrognini, Jordanus Taculorum, Parixius, Guidotinus Guizoli, Tebaldu Petri de Criſtina, Rainaldus Armani, Guido Lombardi, Dominus Ildiprandi, Gualcius Patarini, Albertus Romanelli, Mercatus, Ugutio Illeprandi, Jordanus Ambroxii, Rambertus Eleazarii, Jacobinus Muſſi, Paganus Palearius, Jacobinus Cambiator, Raimondus de Baiſo, Conradus Guizoli, Albertinus Ambroxii. Albertus Muſſi, Jacobus Illeprandi, Albertus Redaldi, Petrus Caritatis, Guido Prepoſiti, Janellus Auberti, Albertus de Giſſo, Rolandinus Zobuſi, Janellus Bulloni, Ugo Guillielmi.

B Actum Regii MCLXXXVIII. Indiſtione VI. Kalendis Auguſti, die Lun. Omnes ſupraſcripti juraverunt.

*Qualiter juratum fuit facere ſacramentum concordiae inter  
Parmam, Regium, & Mutinam, Anno 1188.*

E Go juro, quod faciam fieri ſacramentum concordiae Parmae, Regii, & Mutinae per Civitatem Regii & per Burgos hinc ad eſtum Menſis Auguſti ſine fraude a quindecim annis aſque ad ſeptuaginta, niſi fuerit Scholaris, vel Servus, vel alicujus Serviens, ſtans cum quolibet Domino, vel Converſus; niſi parabolâ Conſulum Parmae & Mutinae remaſerit, ad terminum vel terminos ſub obſervatione dicti juſjurandi. Qui hoc jurarunt, ſi ſunt: Guidoſtus Marchixii, Bocabadata, Gualfredus Florioni, Guido Danielis, Aginulſus, Albertus Tebaldi, Petrus de Caritate, Gerardus Tignoſus, Soldanus Fulconum, quiſque per ſuam Portam: Dorus de Sancto Raſaële, Henricus Spilimani, Peregrinus Rubei, Petrus Pixacurte, Montanarius Marſilii, Petrus Manganellus, Barnabas, Raynaldus Armani, Albertus de Garcaſſa, Guido Columbanus, Guido de Praepoſite,

C Actum Regii in Palatio Epifcopi, Domino Petro Epifcopo praefente, & aliis de Conſilio, Tertio Idus Auguſti, die Jovis. De Porta Sanctae Juſtinae de Parma qui hoc idem ſacramentum fecerunt, hi ſunt, Albertonus de Henzola, Johannes de Prando, Conradus Balzoni, Ugolinus Arottus, Guillielmus Dominae Acerbae. De Porta Procloſa, Olditio Guaſconi, Baldus Raynerii, Ildebertus de Oliveriis, Bernardus de Giname, Fulcus Calegarius. De Porte Parmae, Baldachinus, Ubertus de Poëſe, Rolandus de Burgo, Albertus de la Porta, Jacobus Gondoini. De Porta Benediſta Rodulphus de Puſterna, Albertus Bravus, Guillielmus Arleſtus, Acharixius de Sancto Mattheo.

D Actum Parmae in pleno Conſilio in Domini B. Epifcopi praefentia, Secundo Idus Auguſti die Veneris MCLXXXVIII. Indiſtione Sexta.

*Qualiter Mutinenses jurant Reginis, eorum bona & personas  
salvare. Anno 1188.*

**I**N nomine Domini. Ego Mutinensis  
juro guardare & salvare Reginos ubi-  
que semper in rebus & in personis,  
& adjuvare & defendere ubique, &  
expeditionem ubicumque convolverint per  
Commune, ad meum dispendium & per-  
ditam facere, cum a Consulibus vel a  
Potestate Regii, qui per tempora fue-  
rint, Literis vel Nuntio requisitus fue-  
ro, cum militibus & peditibus bis in  
anno, & cum militibus & sagitariis  
quater, secundum quod requisitus fuero,  
Et postquam eis adjunctus fuero in ex-  
peditione, per octo dies &c. (\*)

Actum Regii in Platea Monasterii  
Sancti Prosperi Anno a Nativitate Do-  
mini MCLXXXVIII. Indictione VI. Ka-  
lendis Augusti, die Lune. Qui hoc sa-  
cramentum, ceu perlegitur, ibi fece-  
runt, hi sunt, Dominus Jacobus de Gor-

**A** zano, & Rolandus Prezenarius, Consu-  
les Mutine, & alii homines, Dominus  
scilicet Guido Papiensis, Dominus Ma-  
thers & Guilielmus de Aſto, & ego,  
ipse Blaxius. Et quod hoc idem sacra-  
mentum facient fieri ab hominibus sue  
Civitatis hinc ad estum Mensis Augusti  
sine fraude. Hujus rei testes fuerunt  
Dominus Maladobatus, Dominus Alber-  
tus Rubeus, Dominus Villanus, Domi-  
nus Rogerius Sigisfredi, Vernacius, Do-  
minus Isaac Gerardi de Henzola, &  
Dominus Rausfredus Notarius, & ex  
Reginis Domini de Sessio Aſto & Ar-  
duinus, Montenarius Consul Mercato-  
rum, Dominus Lucas, Dominus Ubal-  
dus, Ugo Conradi, Rolandus de Cari-  
tate &c.

**C** Ego Blasius, Imperialis sacri Palatii  
Notarius interfui & scripsi.

*Qualiter Regini jurant, Mutinenses & eorum bona & personas  
salvare. Anno 1188.*

**I**N nomine Domini. Ego Reginus ju-  
ro guardare & salvare Mutinenses  
ubique semper in rebus & in personis,  
adjuvare & defendere ubique, & expe-  
ditionem ubicumque convolverint per Com-  
mune, ad meum dispendium & perdi-  
tam facere, cum a Consulibus vel Po-  
testate Mutine, qui per tempora fue-  
rint, Literis vel Nuntio requisitus fue-  
ro, cum militibus & peditibus bis in  
anno, & cum militibus & Sagittariis  
quater, secundum quod &c. (\*\*). Et  
si de Episcopatu Regii, aliqui liberi

**D** homines Cives Mutinae fieri voluerint,  
non vetabo. Homines collectam, & bo-  
ciam Mutinensibus prestantes, ut in a-  
lium locum Episcopatus, vel territorio  
Regii, transeant, propter quae Civitas  
Mutine solitis servitiis, & jam dictis  
defraudaretur & privaretur, non reci-  
piam. De discordia Saxoli & Curiae,  
Mutinenses & Regini in uno communi  
amico vel in duobus ambarum Civita-  
tum Civibus, quomodo Civitas unaquae-  
que suum elegerit, compromittere te-  
neantur, qui juramento prestito secun-  
dum

(\*) Quae heic omisi, sunt eadem ac illa, quae supra descripta habes in Charta Foe-  
deris initi inter Parmenses & Mutinenses Anno 1188.

(\*\*) Uti supra in Foedere Parmensium & Mutinensium Anno 1188.



den rationem & bonum usum causam terminent. Et hec omnia predicta attendam & observabo in perpetuum bona fide & sine fraude, & salva fidelitate Imperatoris, & filii ejus Henrici Regis, & alio sacramento Mantue, & salva Societate Lombardie, ita tamen quod propter hoc, & propter dictam exceptionem scilicet Lombardie, nihilominus tenear observare omnia supradicta & supradictis.

Actum Regii in Platea Monasterii Sancti Prosperei feliciter, Anni a Nativitate MCLXXXVIII. Indictione VI. Kalendis Augusti, die Lune. Qui hoc sacramentum, seu praelegitur, ibi fecerunt, hi sunt: Montenarius Consul Mercatorum Regii, Dominus Lucas, Ugutio Piroli, Gualbertus Eleazarii, Ugo Conradi, Petrus Vernacius, Guidoctus Marchesii, Petrusbonus Scoti, Gerardinus Flordebelle, Aribertus de Guizolo, Parisius de Taculis, Petrus Mangonus, Rolandus Bellagii, Jamboninus Petri Bucetaliate, Albertus Cambiator, & Lombardus Notarius. Et quod hoc sacramentum facient fieri ab hominibus sue Civitatis hinc ad exitum Mensis Augusti sine fraude. Hujus rei testes fuerunt Dominus Maladobatus, Dominus Albertus Rubeus, Dominus Villanus, Dominus Isaac Girardi de Enzoia, Dominus Rogerius Sigisfredi, Dominus Vernacius, & Ranfredus Notarius. Ex Consulibus Mutine Dominus Jacobus de Gorzano, & Rolandus Pergenarius, & alii, videlicet Dominus Guido Papiensis, Dominus Matheus & Guilielmus de Asto. Eadem die in Palatio Regini Episcopi dicti Parmenses & Mutinenses, qui suprascriptum sacramentum, seu prelegitur, fecerunt, hi sunt: Vicescomes, Asalutus, Asto Eleazarii, Ardicio Alberici, Rogerius de Flordebella, Guido Defensoris, Ugo Bastiani, Guido Guarianus, Fantenacius,

A Henricus Fulconis, Girardus Clarellus, Bernardus Martini, Jacobus Gosorum, Peregrinus Rubei, Guido da la Porta, Girardus Tignosi, Matheus Pagani, Tebaldus Guizardi, Rodulfus Zangnini, Jordanus Taculorum, Parisius juvenis, Guidotinus Guizoli, Tebaldus Petrixiani, Raynaldus Armani, Guido Lombardi, Dominus Ildeprandi, Jordanus Ambroxii, Robertus Eleazarii, Gualterius Patarini, Albertus Romanelli, Mercatus, Ugutio Ildeprandi, Jacobus Mussi, Paganus Palearius, Jacobinus Cambiator, Raimondus de Baisio, Coradus Guizoli, Albertinus de Ambroxio, Albertus Muti, Jacobus Ildeprandi, Albertus Tebaldi, Petrus Caritatis, Guido de Preposito, Janellus Ariberti, Albertus Girardi de Gippo, Rolandinus Zoboli, Janellus Bulloni, & Ugo Guilielmi.

D Item eodem Anno & Mense pridie Idus Augusti, die Veneris in dicti Domni Episcopi Regini Palatio in pleno Consilio, Domino Petro Episcopo Regino, Domino Gerardo de Henzola, Domino Alberto Rubeo, Domino Barcillo, Jordano, & Johanne Notario, Domino Jacobo Consule Mutine & Domino Mattheo, presentibus, electi Homines per unanquamque Portam dicte Civitatis, qui suprascriptum juramentum ab alis hominibus de Civitate Regii & Burgis fieri facere ibidem in pleno Consilio jurarunt, videlicet Guidoctus Marchesii, Bocabadata, Gualfredus Floriani, Guido Danielis, Arnulfus, Albertus Tedaldi, Petrus de Caritate, Gerardus Tignosus, Soldanus Fulconus, Bonus de Sancto Razaële, Henricus Spilimani, Peregrinus Rubei, Petrus Pixacurte, Montenarius Marxilii, Petrus Manganelus, Barnabas, Raynaldus Armani, Albertus de Gavassa, Guido Columbanus, & Guido de Preposito, qui sic jurarunt: Ego juro, quod faciam fieri

ri sacramentum concordie facte inter Parmam & Regium & Mutinam, ut in instrumentis sacramentorum concordie cujusque Civitatis continetur, ab omnibus in Civitate Regii & Burgis habitantibus, hinc ad exitum Mensis Augusti, sine fraude, a quindecim annis supra, & a septuaginta annis infra, nisi fuerit Scolaeris vel Servus vel Conversus vel Serviens alicujus, stans cum quolibet Domino. Et hoc observabo, nisi parabolâ Consulatum Mutine & Parme ad terminum vel terminos sub observatione dicti jurisjurandi remanserit. Et sic quisque in sua Porta & Burgo bona si-

A de & sine fraude, seu prelegitur, observare juravit.

Ego Blasius, Imperialis sacri Palatii Notarius interfui & scripsi.

B Haec vetera inter Parmenses, Regienses, & Mutinenses pacta. Accedant nunc Ferrarienses, nobisque indicent, quibus conditionibus olim confirmarint cum Venetis rationem judiciorum in causis ac litibus inter utriusque Reipublicae Cives in posterum futuris. In Annalibus MStis Peregrini Prisciani, viri doctissimi Ferrariensis, quos Bibliotheca Estensis adservat, Chartam legi, eamque omnibus communem nunc volo.

### Pacta inter Venetos & Ferrarienses, Anno 1191.

**I**N Christi nomine. Amen. Anno Dominice Nativitatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Primo, tempore Celestini Pape, & Henrici Imperatoris, die Sexto, exeunte Mense Oclubris, Indictione Nona, Ferrarie. Quia decet universos Civitatum Rectores dilectionem & amicitiam aliarum Civitatum, cum quibus familiaritatem habent, manutenere, & justitiam & rationem inter se conservare, ideo ut Civitas Ferrarie & ejus Comitatus atque Districtus quiete & pacifice dilectionem Venetorum diu habitam manutenere valeant: Nos Consules Ferrarie infra scripti in servandis justitiis & rationibus, cum Nobilibus & sapientibus Viris Henrico Dandulo, & Petro Fuscarrini Delegatis ab Aurio Mastropetro, Dei gratiâ Venetiarum, Dalmatie atque Croatiae Duce, hunc ordinem invenimus, placita utriusque partis declarantem. Si Venetus de Ferrariense deposuerit questionem, non habeat Ferrariensis nisi unum preceptum. Et factâ querelâ debet Ferrariensis confiteri,

C vel se tueri per sacramentum. Quod si fortè facere noluerit, condemnetur secundum depositam contra eum querelam. Et si vocatus ad placitum non venerit, per Venetos debet sacramento condemnari. Quod si de questione facta fuerit Instrumentum, per manus Tabellionis confectum, & Reus minus paratus ad causam fortè accesserit, liceat ei quindecim dierum inducias postulare. Et si per testes monstraverit, quod ex parte vel totum sit debitum, quod continetur in Instrumento, solutum, non valeat testimonium, quod Ferrariensis induxerit, si Venetus juraverit contra. Si verò Cartam securitatis factam per manum Tabellionis de Instrumento ipso monstraverit, tunc irritum teneatur Instrumentum Veneti. Item Instrumentum Veneti, factum a Ferrariense per Notarium Ferrariensem, firmitatem obtineat. Et e converso Instrumentum, a Veneto factum Ferrariensi per Notarium Venetiarum, valeat simili modo. Verùm Instrumentum a Veneto factum Ferrariensi per manum Tabellionis Ferrariensis non teneat,

teneat, nisi in eo subscripserint habentes Regimen Civitatis Ferrarie. Ita & Instrumentum a Ferrariensi Veneto factum per manum Tabellionis Venetiarum non teneat, nisi in eo subscripserint nomen Reſtoris Civitatis, ſcilicet Viſdominus. De Instrumentis vero quondam inter nos & vos factis, illud exinde nos Ferrarienses facere diſpoſuimus, quod Venetis erit gratum & acceptum. Item ſi de preda fuerit contra Ferrariensem querela prolata, & res notoria erit: ſuper hoc licebit Veneto jurare, vel dare ſacramentum Ferrariensi. Et ſic facta preda reddatur. Si vero notoria non erit, pendet ſacramentum deſenſionis in Ferrariensis voluntate. Quod ſi facere noluerit, jurante Veneto, Ferrariensis condemnetur. Item ſi Ferrariensis cauſa pignoriſandi, Veneto aliquid ſine verbo Conſulis & Reſtoris abſtulerit, reddat ablata per ſacramentum. Si vero de conſenſu Reſtorum facta fuerit pignoriſatio, ſtabit pignoriſatio illa, quouſque Ferrariensis velit Venetias ad ſuam juſticiam pro pignoriſatione facta querendum. Quem ſi habere potuerit, pignoriſatio tunc facta reddatur. Si vero juſticiam conſequi non poterit, faciat Ferrariensis rem ſibi ablatam per ſacramentum, & ſic rerum ſuarum de pignoriſatione facta ſolutionem recipiat. Et ſi aliquid reſiduum fuerit, dabit Veneto. Item de pignoriſatione facta ſine verbo Reſtoris, & preda, liceat Veneto ſe tenere ad quem voluerit de his, qui ad ipſam predam vel pignoriſationem fuerint faciendam. Item ſi Venetus habitando Venetiis fecerit aliquod debitum vel maleficium, & fuerit inventus Ferrario, ſi ſuper hoc Dominus Dux Venetiarum Ferrariensibus ſuas literas deſtinarit, remittent eum ad preſentiam Domini Ducis, ſufficienti ſecuritate accepta, quod

A ad ejus preſentiam erit ſecure deducus. Simili modo de fugitivo Servo & Ancilla fiat, ſi fuerint inventi Ferrarie. Item de omnibus ſententiis datis ſuper Ferrariensem, ſi ſolutio facta non fuerit, aut non habebunt judicati, unde ſinem exequantur, dabuntur perſone eis, quibus judicate fuerint, in loco tuto. Et idem per omnia, ut continetur ſuperius de Venetis, debet Ferrariensibus a Venetis obſervari. Volentes itaque, ut quod ſtatutum eſt, robur & firmitatem obtineat, ſcriptum preſens noſtro Notario facere deſtinavimus. Et viros Nobiles Ferrarie, Jacobum Guidonis Turcli, Ottolinum Maynardorum, ad cauſas Venetorum audiendas & deſiniendas per hec tempora jurare fecimus. Et hec omnia conſilio Sapientum Ferrarie in pleno Conſilio cum predictis Nuntiis confirmavimus. Conſules, qui tunc erant, hi ſunt: Jacobus Trotte, Petrobonus Pagani, Boniſannes Judex, Genetialdus, Girardus Tortus, Signorellus, Ubaldinus Fontanensis, Menzobos, Iſuardus Otolinus Maynardi, Donatus Judex, Lentius.

D Ego Magiſter Preſbyterinus, Imperialis Aule Notarius voluntate Conſulum Ferrarie & Conſiliariorum, ſicut ſupra legitur, hanc Cartam ſcripſi.

Sed paucis poſt haec annis quum novae inter eoſdem Venetos & Ferrarienses controverſiae emerſſent, novam inire concordiam opus fuit, quam pertractavit Raynerius Henrici Danduli Venetiarum Ducis filius, quum ejus pater temporibus illis in Oriente verſaretur, ubi cum aliis Latinis Conſtantinopolitana Civitate potitus eſt. Acta haec etiam debeo Annalibus Mſtis ſupra laudari Priſciani, ex quorum Libro Septimo deprompta haec exhibeo.

Paſta novae concordiae initae inter Henricum Dandulum Ducem  
Venetiarum, & Commune Ferrariae, Anno 1204.

**I**N Chriſti nomine. Anno Dominicae Nativitatis Milieſimo Ducenteſimo Quarto, tempore Innocentii Papae, die VII. intrante menſe Aprilis, Indictione VII. in Palatio Ducis Venetiarum. Quia nihil humano peſtori ſic inbaeret, cum inter partes conſtituatur aliquid perpetuitate ſtabili obſervandum, vera mentis interpres litera ad hoc ſatis neceſſaria, quae facti ordinem exigente tempore repraeſentat. Per iſtius Scripturae continentiam clareat: Quod inter Dominum Rainerium filium Domini Henrici Dandalo inclyci Ducis Venetiarum, cujus vice fungitur dignitatis, ſuſque ſapientes Conſilii pro Communi Venetiarum, & Nobiles Viros Guidonem de Turclo Conſulem Ferrariae, & Ottolinum de Maynardis, & Signorellum, Nuntios Communitatis Ferrariae ad ipſum Dominum Rainerium deſtinatos pro Communi Ferrariae, facta concordia talis eſt. Quod Ferrarienſes debent facere rationem Venetis coram Judicibus Ferrariae a Venetianis ipſis electis, & diſſinire ſecundum quod continetur in Carta Concordiae facta inter Venetos & Ferrarienſes de juſtitiis faciendis. Et ſententiae quae modo in antea datae fuerint, infra quindecim dies, ex quo datae fuerint, debeant executioni mandari. Sententiae vero, quae jam datae fuerint, infra quindecim dies, ex quo per Dominum Ducem Venetiarum, vel Dominum Rainerium, qui vices fungitur Patris ſui, literae miſſae fuerint ad Conſulatum Ferrariae, vel Poſteſtatibus, qui per tempora fuerint, aut Nuntii, debent complementum habere. Tenutae & Poſſeſſiones ablatae Venetis a Ferrarienſi-

**A**bus retro ab annis decem, debeant reſtitui ſine placito infra dies quindecim, ex quo literae Domini Ducis praedicti, vel Domini Rainerii, dicti ſui patris vicem gerentis, Poſteſtati vel Conſulatu Ferrariae fuerint praefentatae, vel ad hoc Nuntii Venetorum venerint; nec impediri eis debent, niſi prius ratione cognita. Haec, quae dicta ſunt de Rationibus faciendis & Sententiis exequendis, & de Poſſeſſionibus & Tenutis, obſervari debent hinc ad Feſtum Sancti Michaelis per Ferrarienſes. Et alia quae inferius ſunt ſcripta de facto aquae Padi, ſub poena Librarum quinquaginta Imperialium, ita quod poena ſoluta maneat firma promiſſio in perpetuum. Et a Feſto Sancti Michaelis in antea in perpetuum obſervetur ordo de Rationibus & Sententiis & Tenutis ſine poena. De facto aquae Padi cum poena quinquaginta Librarum Imperialium. Haec autem, quae dicta ſunt de concordia obſerventur ex parte Venetorum, quae obſerventur per Ferrarienſes. Praeterea promiſerunt Guido Turcli Conſul Ferrariae, & Ottolinus de Maynardis, & Signorellus Nuntii praedicti: quod Ferrarienſes ab hinc in antea tenebant aquam Padi apertam omnibus volentibus Venetias ire, & redeuntibus de Venetiis, ſecundum continentiam ſacramentorum, quae facta fuerunt coram Nuntiiis Venetorum, & coram Lombardis & Reſtoribus Lombardiae a Ferrarienſibus in Ferraria, ſub poena quinquaginta Librarum Imperialium, & poena ſoluta ſit firma promiſſio & pactum in perpetuum.

Conſtitutum eſt praeterea, quod ſi Ferrarienſis ab hinc in antea aliquid ali-

cui

cui Veneto vendiderit, mutuaverit, vel aliquo modo dederit, vel Venetus alicui Ferrariensi, non alius nisi debitor, vel ejus heres debeat impediri in perpetuum. Haec autem supradicta debent firmari a Consulibus Ferrariae & Consilio. Post haec autem venit Dominus Petrus Bembo Venetus Vicedominus Ferrariam in Mercato Olivarum in eodem mense Aprilis, & fecit coadunare Consules Ferrariae inferius scriptos Consiliatores, qui omnes pro Communi Ferrariae haec Cartam firmaverunt: scilicet Marchesinus de Maynardis Consul, Jacobus de Fontana Consul, Gulielmus Jacobi Consul, Peregrinus de Donna Raja, Jacobus de Pagano, Rolandus Bonus, Carnevarius de Misoto, Menabos, Partimes, Dominus Andreas Judex, Guozus, Jacobus Trotte, Ziliolus de Guizardo, Sufinellus, Consules Ferrariae. Consiliatores fuerunt, qui confirmaverunt praedictam concordiam, scilicet Ubaldinus Fontane, Bazalerius, Saracenus, Petrus Canis, Guido Aliprandi Judicis Advocatus, Guidobonus, Joannes Donite, Lanfrancus Judex, Cocus de Maynardis, Signorellus, Rubus Deudo, Pelligallus, Martinus, Jacobinus de Jacobo, Boscarinus de Gattaris, Rubens de Mioto, Pinze, Henrighetus Stortus, Pascalis, Azzolinus, Cavatulus, Ambermutus, Manfredinus, Jenarolus, Bonmartinus, Albertus Imolenfis, Paganus, Ugutio, Vivanus, Henricus de Bellio, Petrus Lavizolus, Joannes Vacca, Rubens de Mantica, Petrus de Gifredo, Quintavalle, Gardolfinus Misoti, & multi alii de Consilio. Versa vice Veneti debent fatere rationem Ferrariensibus sub Judicibus Venetorum, qui sunt pro eis, & aliis Foresteriis, & diffinire secundum quod continetur in Carta Concordiae facta inter Venetos & Ferrarienses de Justitiis faciendis. Et Sententiae, quae

Tom. X.

A modo in antea datae fuerint per Ferrarienses, infra quindecim dies, ex quo datae fuerint, debeant executioni mandari. Sententiae vero, quae jam dictae sunt per Ferrarienses, infra quindecim dies, ex quo per Consules vel Potestatem Ferrariae missae fuerint ad Dominum Ducem Venetiarum vel ad Dominum Raynerium, qui vice sui patris fungitur, aut Nuntii, debent complementum habere. Tenutae & Possessiones ablatae Ferrariensibus retro ab annis decem debent restitui sine placita infra quindecim dies, ex quo literae Consulum Ferrariae vel Potestatis ad Dominum Ducem Venetiarum, vel Raynerium suum filium officium gerentem, fuerint praesentatae, vel venerint. Nec impediri debeant, nisi prius cognita ratione. Haec, quae dicta sunt de Rationibus faciendis & Sententiis exequendis, & de Possessionibus & Tenutis, observari debent hinc ad Festum Sancti Michaelis cum poena quinquaginta Librarum Imperialium, ita quod poena soluta maneat firma promissio. Et a Festo Sancti Michaelis in antea in perpetuum observetur ordo de Rationibus & Sententiis & Tenutis sub poena.

Ego Magister Presbyterinus, Dei gratia Imperialis Aulae Notarius, ad haec praesens, praesentem Cartam scripsit.

Occurrit hic Dominus Petrus Bembo Venetus Vicedominus Ferrariae existens. Ejusmodi Magistratus in maritimis Civitatibus Consul nunc appellatur. Major tamen Veneto Vicedomino Ferrariensi in Urbe auctoritas tunc fuisse videtur. Porro quanta haec foret, ignorare me fateor. Hoc autem adnotavi, quia subsequeris temporibus, & post ereptam Salingueriae Ferrariam, Anno scilicet MCCXL. praerogativae multae huic Venetorum Magistratui apud Ferrarienses additae fuere, quae Seculo XV. bellum pe-

Z

perere

perere Estensibus Principibus perniciosum. Ad hoc idem spectat altera

A Charta, quam mihi suppeditavit Archivum Estense.

Huberti Praetoris Ferrariensis protestatio de conditionibus pacis stabiliendae cum Venetis, Anno 1230.

**A** Nno Domini MCCXXX. Indictione III. die Veneris XIII. intrante Augusto, in praesentia Dominorum Philippi Cornarii, Nicolai Quirini de Venetiis, Marchisii de Laureto, & Rodolphini fratris ejus, Willelmini, & Gabrieli Notarii Domini Ducis, Dominorum Jacobini de Trota, Manabovis, Bonijohannis de Ansideo, Villani de Aldigeriis, & Petri de Marone de Ferraria testium. Cum ante Dominum Jacobum Teupoli inclytum Ducem Venetiae, de concordia facienda inter Ferrarienses & Venetos tractatus competens haberetur, per Dominum Hubertum de Marnate tunc Potestatem Ferrariae taliter protestatio facta fuit; videlicet, quod ipse Dominus Hubertus protestatus fuit coram ipso Domino Duce, & praedictis testibus, quod ipse nullam concordiam faceret cum ipso Domino Duce, nisi ad intendimentum, quod introitus Contratarum Ferrariae, sicut consuetus est colligi, in aliquo minui non deberet, sed omnino servari; & si ab ipso Domino Duce istud idem

**B** intendimentum non haberetur, nullo modo cum ipso Domino Duce aliquam concordiam faceret. Qui Dominus Jacobus Teupolus inclytus Dux Venetiae dicto Domino Potestati Ferrariae talem responsionem fecit, quod & sui firmi intendimenti erat, quod propter illam concordiam, quam faceret cum dicto Potestate Ferrariae, sine cum Communi Ferrariae, nolebat introitum, qui consuetus est colligi pro Contratis Ferrariae, in aliquo minui, sed omnino ipsis Contratis servari.

**C** Actum Venetiis in Palatio Ducis, in praesentia suprascriptorum testium.

Et ego Pellizarius Judex & Notarius, ut audivi & intellexi, ita scripsi & complevi.

**D** Quid postea inter Venetos, & Ferrarienses de pace ac Foedere stabilitum fuerit, subsequens Charta edocet, ex eodem Archivo Estensi deprompta. Certe hinc elucere videtur, nondum aliquid juris fuisse Venetis in Civitate Ferrariae.

Nova concordia Venetorum cum Ferrariensibus, Anno 1230.

**I**N aeterni Dei nomine. Amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCXXX. die XIII. exeunte mense Augusti, Indictione III. in praesentia testium, quorum nomina declarantur inferius. Quia decet, universos Civium Rectores dilectionem & amicitiam aliarum Civitatum, cum quibus familiaritatem habent, manutenere, & justitiam & rationem

**E** inter se conservare, ut Dominus Dux Venetiarum, & Veneti quiete & pacifice dilectionem Ferrariensium diu habitam valeant semper manutenere, ideo nos Hubertus de Marnate, Civis Mediolanensis, Potestas Ferrariae, nec non & Domini Jacopinus de Trota, Villanus de Aldigeriis, Bonusjohannes de Ansideo, Menabos, Pelliparius Judex,

*lex, & Petrus de Marone, Cives Ferrarienses, ipsius Civitatis Ferrariae Ambaxatores ad haec destinati a Comuni Ferrariae ad Dominum Ducem Venetiarum, vice & nomine ipsius Communis Ferrariae, & singulorum Civium Ferrariae, solemnī stipulatione interveniente promiserunt, & pactum fecerunt firmiter observandum amodo usque ad proximas Calendas Januarii venturi, & deinde usque ad annos decem, Domino Jacobo Teupulo, Dei gratiā Venetiae, Dalmatiae, atque Croatiae inclyto Duci, recipienti vice sua & Communis Venetiae: videlicet, quod omnes homines Venetiae & districtus sint salvi & securi in personis & rebus eorum in Civitate Ferrariae & ejus districtu euntes, stantes, redemptes, venientes: non solventes aliquod Datium vel Toloneum aut male ablatum apud Ferrariam, vel apud Figarolum, aut aliquo loco districtus Ferrariae, occasione ipsorum Ferrariensium, vel occasione Domini Papae, seu occasione Episcopatus Ferrariae, aut aliqua alia occasione, seu consuetudine vel ratione, exceptis III. Denariis Venetiae parvis tantum pro fundo Navis apud Ferrariam. Videlicet illae Naves hoc Datium trium Denariorum solvere debeant, quae portum fecerint, & remanserint apud Civitatem Ferrariae, causā suarum rerum illuc vendendi, vel comparandi. Tamen aliae Naves, quae ibi venerint praeter istas, hoc Datium III. Denariorum solvere non teneantur. Item quod omnes homines undecumque venientes tam per Portum maris, quam per Padum cum blava & vino & aliis victualibus extra districtum Ferrariae, possint ire Venetias per Portum maris, vel per flumina, sive aliunde cum ipsa blava, vino, & victualibus, sine contradictione vel defensione ipsorum Ferrariensium, non inferendo eis aliquod o-*

**A** nus vel gravamen, neque cogendo eos occasione suorum bannorum, seu postarum, quod in toto vel in parte ipsarum blavarum, vini, & victualium vendant, vel dimittant apud Ferrariam, vel apud alium locum districtus Ferrariae. Item promittunt satisfacere Venetis de terris & possessionibus suis, quas habebant in Massa Fiscalia, quas Commune Ferrariae eis abstulit, & habet & tenet in Massa Fiscalia, & alii homines & personae pro ipso Communi tenent & habent, ostendentibus eis per testes vel per chartam de jure suo. Et haec satisfactio fiat de quantitate pretii secundum illam quantitatem illius pretii, quod fuit satisfactum Ferrariensibus, qui habebant possessiones in Massa Fiscalia, medietatem hinc ad proximum Carniprivium, & alteram medietatem hinc ad Pascha Resurrectionis Domini proximum. Et quod Arbitri electi in Ferraria pro Venetis infra XII. dies debeant pronuntiare super his possessionibus Massae, postquam testes producti fuerint in causa, vel instrumenta, & renuntiatum fuerit causae per Venetum coram Arbitris. Testes vero, si qui producti sunt a Venetis coram Arbitris super his possessionibus, valeant simili modo, sicut modo de novo producerentur: & sit in arbitrio Venetorum, qui producerint, tenere se ad dicta singulorum testium, vel ad partem ipsorum testium. Et si voluerint se tenere ad dicta testium productorum, tunc ipsorum dicta nec obesse debeant Venetis, nec prodesse. Item promiserunt, quod permittent omnibus Venetis deferre & conducere Venetiis totum suum terraticum & redditum suarum terrarum, & possessionum, quae habent in Ferraria & ejus districtu tam ipsam redditum & terraticum, quam omnem alium eorum redditum blavarum, legumicum, vini, carniū vitæarum & mortuarum,

& cavallaticum, & fodicarum, & jojarum, & omnem redditum aliorum suorum honorum. Jurante Gastaldione illorum Venetorum coram Potestate Ferrariae semel in anno quantitatem terraticis, & reddituum ipsorum Venetorum, & facto sacramento, detur ei Sigillum pro praedictis terraticis & redditibus Venetias conducendis & deserendis. Et non constet Veneto dictum Sigillum nisi quatuor Imperiales tantum, nec aliquid aliud pro hoc solvat; aut eis aliqua molestia vel gravamina inferri debeant. Ita tamen quod quotiescumque per totum annum dicti Veneti voluerint conducere Venetias dictum suum terraticum, & redditum, toties detur eis dictum Sigillum, solventibus IV. Imperiales, ut dictum est, pro Sigillo; credendo sacramento a Gastaldione facto semel in anno per totum annum. Verumtamen dicti Veneti possint & debeant deferre & conducere Venetias superscriptum suum redditum & terraticum sine praedicto Sigillo accipiendo, & sine praenominato sacramento a Gastaldione faciundo, donec Sextarium frumenti Ferrariae non ascenderit summam quatuordecim Imperialium.

Praeterea tenutae & possessiones hominum, Monasteriorum, & Ecclesiarum de Venetiis, quas habent in Ferraria, & ejus districtu, quae ablatae sunt eis, & intromissae sunt, & tenentur per Ferrarienses hinc retro, & specialiter tenutae & possessiones Monasterii Sancti Danielis de Venetiis, quae ablatae & intromissae sunt per Dominum Salinguerram, vel per alios, & ab eis tenentur, restituantur eis sine placito infra quindecim dies, ex quo literae Domini Ducis Venetiae Potestati Ferrariae vel Consulatui Ferrariae fuerint praesentatae, vel ad haec Nuntii Domini Ducis venerint Ferrariam: nec impediri vel eis auferri debeant, nisi

A prius cognita ratione. Et hoc secundum formam pacti facti Venetis tempore Domini Raynerii filii Domini Henrici Dandoli Ducis Venetiae. Item quod sit licitum Venetis omnibus, qui venerint Ferrariam cum Sale, discaricare, & extrahere atque dimittere ipsum Salem in terris si voluerint; & quum vendiderint ipsum Salem, sit licitum eis accipere de Assazatoribus Communis Ferrariae qualescumque voluerint pro Sale mensurando, seu assazando. Et qui venerint Ferrariam cum mercimoniis & aliis rebus, sit licitum eis similiter ipsas merces & res discaricare & ponere in terris. Et similiter sit licitum eis cambire Salem per Ferrariam & ejus districtum, sicut soliti erant, & illud quod pro cambio acceperint ex ipso Sale, possint deferre Venetias sine aliquo impedimento vel banno seu defensione ipsorum Ferrariensium, & sine aliquo datio, toloneo, vel male ablato. Item quod Veneti libere & absolute possint in Civitate Ferrariae & ejus districtu emere canapum, & ipsum deferre Venetias sine aliquo datio vel toloneo vel male ablato, dundo vel persolvendo a Venetis, excepto quod pro ponderatione staderiae debeant solvere apesatori Massarii laborerii Episcopatus Ferrariae pro mercede sua decem Imperiales pro quolibet milliaro & non ultra. Item promiserunt, statuerunt, atque pactum fecerunt, omni tempore infra hunc terminum dare Venetis omnem blavam suam, scilicet blavam cuiusque maneriei, optione facta, habentibus Venetis & ejus districtus licentiam emendi quantam blavam voluerint, & cuiusque maneriei, & omnia legumina cuiusque maneriei. Et quod sit licitum ipsis Venetis ipsam emere in Ferraria & ejus districtu, & ipsam deferre Venetias. Et similiter Ferrarienses & omnes alii, qui voluerint, possint ipsam

bia-



blavam & legumina Venetias deferre, quousque sextarium frumenti Ferrariae non excedat summam quatuordecim Imperialium, sine aliquo banno vel impedimento, seu aliquo datio, toloneo, vel maletolletto. Item quod Veneti libere & absolute possint emere Pisces a Ferraria inferius, & nominatim in ambobus Maneziis, Fracta, Villacommoda, Codegnano, Villamarzana, Arcuada, Gragnano, Adria, Adriano, Corneto, & Coucanile: & ipsos pisces deferre Venetias sine aliquo banno vel toloneo vel male ablato. Item quod nullo tempore homines praedictorum locorum a Potestate Ferrariae compelli possint, ut pisces praedictos Ferrariam ducere teneantur. Item promiserunt, quod si Dominus Dux Venetiae fecerit bannum suarum rerum alicui Civitati vel loco, qui illas merces vel res, quas Ferrarienses vel alii apud Ferrariam vel in ejus districtu conducent, eas non dabunt, nec permittent deferre ipsas merces & res ad illam Civitatem vel locum: sed illud idem bannum ex ipsis rebus & mercimoniis facient eis quemadmodum fecerit Dominus Dux Venetiae, postquam eis a Domino Duce fuerit denuntiatum infra octo dies. Item quod de praedis, robariis, & damnis datis hominibus Venetiae in Ferraria & ejus districtu, & de omnibus quaestionibus, petitionibus, ac querimoniis tam percussionum & injuriarum, & debitis & toloneis & male ablatiis, quam de aliis omnibus rationibus Venetis praedictis ratio fiet secundum pacta & statuta atque ordinamenta hinc retro facta inter Venetias & Ferrariam de justitiis observandis. De his autem omnibus fuerunt concordati, salvo omnibus aliis pactis, ordinamentis, & promissionibus, in omnibus & per omnia hinc retro inter Venetiam & Ferrariam factis, ita quod praesens pactum in aliquo ca-

A pitulo vel verbo praedictis aliis pactis; ordinamentis & promissionibus olim factis non debeant obesse neque praedictum generare. Quae omnia jam dictus Dominus Hubertus Potestas Ferrariae verbo praedictorum Ambaxatorum, consensu & voluntate, & ipsi etiam Ambaxatores, per Domini Evangelia, corporaliter juraverunt attendere, observare, firma tenere, & non contravenire aliquo modo vel ingenio. Insuper juravit dictus Potestas similiter Ambaxatorum verbo, consensu, & voluntate, quod faciet jurare Officiales suos, & unum hominem, super auctoritatem totius Populi Ferrariae & Ferrariensium, verbo ipsius Populi, quod haec omnia pleniter observabunt & attendent, & non contravenient aliquo modo vel ingenio. Et quod ipse faciet haec eadem jurare Successori suo vel Rectoribus. Et nominatim quod ipse Successor seu Rectores facient suos Officiales haec jurare: observato isto ordine sacramenti sui & Officialium in quolibet anno per totum annum, in initio Potestariae vel Rectoriae ipsius Civitatis, usquequo dictum tempus decem annorum fuerit expletum. Et quod faciet in Statuto Ferrariae scribi haec, nec deleri per totum dictum tempus. Et quod de his ipse Potestas & Potestates futurae, & Rectores & Officiales non possint petere nec habere absolutionem dicti sacramenti a Populo Civitatis, vel ab aliqua alia persona aliquo modo vel ingenio. Ad haec fuerunt testes praesentes & rogati, Domini Cardinalis Zorzus, Stephanus Betanus, Nicolaus Donatus, Nicolaus Quirinus, Angelus Damianus, Petrus Balista, & Albertinus Casolerius de Venetiis, Wilhelmus Cornacianus, & Camarinus Notarius de Ferraria & alii. Actum est hoc Venetiis in Palatio Ducatus.

Ego Gabriel Scribanus Sacri Palatii Notarius his praedictis interfui, & rogatus scripsi & roboravi.

Sed & ante hosce annos spectanda se nobis praebent acta Pacis inter Mediolanensem Rempublicam & Laudensem Populum confectae. Exploratum est, quot calamitatibus agitata fuerit Laudensis Civitas, quod finitima Mediolano Urbi potentissimae foret, cujus etiam jugum subire coacta fuerat. Ex Laudensium prae-

A cipue querelis factum est, ut Fridericus I. Augustus, irato animo adversus Mediolanenses non semel arma tulerit, eorumque Urbem solo tandem acquarit. Diu perdurasse odia ac similitates inter utrumque Populum par est credere. Sed Anno demum MCXCIX. conditionibus infra legendis pax inter eos coaluit, cujus tabulas ex Collectaneis Puricellianis MStis in Bibliotheca Ambrosiana adfervatis ego olim describebam.

Acta Pacis & Societatis initae inter Civitates Mediolani, & Laudis Pompejæ, Anno 1199.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Pax & concordia facta inter Commune Laude ex una parte, & ex altera parte Commune Mediolani, talis est. Quod Mediolanenses jurabunt, quod bona fide & sine fraude salvabunt & jurabunt & manutenebunt & defendent Civitatem Laudae, & Episcopatum, & Districtum, & omnes Homines habitantes in Civitate & jurisdictione, & Episcopatu, & districtu Laudae, tam Laicos, quam Clericos & Ecclesiasticos, qui ad praeceptum, & praecepta Commune Laude stant vel steterint: & bonam & firmam & inviolatam pacem per se & homines suae virtutis & Archiepiscopatus, Comitatum, & jurisdictionem & districtum praedictae Civitati & Communi Laudae, & omnibus hominibus ejus districtus & virtutis, ut supra dictum est, tenebunt & salvabunt & guardabunt & defendent res & personas & jura & rationes & possessiones, quas nunc habent & habebunt, Civitatis & Episcopatus & districti, & omnium hominum tam Laicorum quam Ecclesiasticorum habitantium in ipsa Civitate &

**C** Episcopatu & districtu, donec ad praecepta Commune ipsius Civitatis steterint. Et si seiverint aliquem contra hoc facere velle, bona fide prohibebunt, & ne id fiat operam dabunt cum personis & rebus. Et de omni guerra, quae apparuerit Communi Laudae seu Civitati, adjurabunt cum personis & rebus, & cum omni sua fortia, secundum praeceptum Consulium vel Potestatis de Laude, qui vel quae pro tempore fuerint, vel eorum certis Missis, donec guerra duraverit, contra omnem personam vel personas, vel Civitatem, locum, Castrum vel Villam, quae sint confines cum Laudensibus vel Mediolanensibus, & contra omnem personam vel personas, quae sint, vel quae venerint in praedictis Civitatibus vel locis vel Castris aut Villis confinibus, aut eorum vel earum jurisdictione ad faciendam guerram Laudensibus. Et de omni banno dato Communi Laudae vel Civitati bona fide jurabunt cum personis & rebus & omni fortia sine fraude, donec de banno exierint. Et si Civitas seu Commune Laudae guerram habebunt cum aliqua Civitate vel loco vel persona, Ca-

**E**

stro

stro vel Villa, quae sint confines utriusque Civitatis, infra octo dies, ex quo Mediolanenses requisiti fuerint a Laudensibus, ipsam Civitatem vel locum seu personam, Castrum vel Villam disfidabunt, & guerram facient cum personis & rebus & omni sua fortia. Nec durante ipsa guerra Mediolanenses aliquam negotiationem cum praedictis facient, exceptis incantationibus portus, de quibus tractabitur inferius. Et adjuvabunt Commune Mediolanense Commune Laudae, & omnes homines suae virtutis manutenerere & defendere & recuperare & recuperata manutenerere omnes suas possessiones, jurisdictiones civiles & criminales & iura, & res ipsius Communis & ejus virtutis, bona fide & sine fraude. Nec erunt Mediolanenses in consilio vel facto, quod Civitas Laudae comburatur, vel obstruatur, capiatur, vel prodatur, vel amittat honorem suum, vel in alterius potestate seu virtute proveniat . . . . in ipsorum Laudensium. Item dimittent Mediolanenses Laudensibus jurisdictiones civiles & criminales, & omnes commoditates & usantias Communis & Civitatis Laudae in toto Episcopatu & districtu Laudensi, & omnibus locis Episcopatus & districtus Laudensis, & specialiter loci de Cavacurte, & Montismali, & Sancti Colombani, & Gragnanae, Cogozzi, Valeriae, Comazani, Gardellae, Roncapazzi. Et facient Mediolanenses ita, quod Ecclesia Mediolanensis, vel personae Ecclesiasticae, sive eorum Civitates omnes non impediant per se Commune Laudae praefatas commoditates vel usantias habere & exercere in praedicto Episcopatu & districtu, & in praedictis locis. Et Mediolanenses adjuvabunt Laudenses praedicta tenere & manutenerere & defendere & conservare contra omnem hominem & personam & personas, Civitatem, locum, Villam & Ca-

A strum: & sit, salvo omnibus sitis & districtis & redditibus & conditionibus & honoribus Ecclesiarum Mediolanensium, & omnium hominum Civitatis Mediolani, & ejus virtutis, & jurisdictione; quae omnia modo habent, vel habebunt in praedictis locis & aliis locis Laudensis Episcopatus & jurisdictionis & districtus. Nec propter hujusmodi exceptiones nihilominus Civitas Laudensis seu Commune praefatas jurisdictiones & commoditates & usantias habere & exercere possit, & Ecclesia Mediolanensis & Milites & homines praefatas usantias habere; ita ut per has justitias reservatas, Ecclesiae, vel personae Ecclesiasticae, vel alii homines Laici non possint prohibere Commune Laudae praedictas jurisdictiones & commoditates & districtus habere & exercere; nec per hujusmodi concessionem factas Laudensibus intelligatur locus de Melegnano, qui est ex parte mane Lambri, & locus Vigezoli, & Calvenzani, si aliquo tempore reperientur pertinere ad Episcopatum Laudae, esse in hac concessione, sed Mediolanensis remaneant.

E Item Mediolanenses tenebunt Portum ad Civitatem Laudae, & usantias portus. Nec facient incantum in aliqua Civitate vel loco vel Castro vel Villa vel Burgo de eis rebus, quae ducuntur vel ducentur per nave a Cremona in sursum, nec in Cremona. Nec negotiationes suas ducent per navem inter Portum Laudae supra & infra usque Cremonam, excepta negotiatione blavae & leguminum & vini, quas liceat Mediolanensibus, undecumque velint, trahere & negotiari. Et excepto quod sine fraude liceat Mediolanensibus, & possint in publica Feria Placentiae & Papiae ire, qualitercumque & quomodocumque voluerint, & negotiari & negotiationes ducere & reducere. Nec

operam dabunt ut Landenses amittant praediſtum Portum: & bona fide adjuvabunt manuteneſe Portum in Civitate Landae. Nec per hoc intelligatur acquiſitum Landenſibus in aqua Lambri. Neque Mediolanenſes aliquam laeſionem facient in perſonis & rebus hominum venientium ad Portum Landae, vel occasione Portus cum negotiationibus, quas dicunt per naves vel terram veniendo vel ſtando vel redeundo cum pecunia vel ſine pecunia occasione Portus, ſive per Guerram, ſive per Pacem. Et Mediolanenſes deſtruent Betfredos, Bettreccas, Aſpaldos Sancti Colombani, & Coguzi, & aliorum Caſtorum, quae Mediolanenſes habent ſeu tenent in Episcopatu Landenſi per commune vel per diſiſum, vel Eccleſiae: nec ulterius aedificabunt Mediolanenſes Caſtra, nec de novo aedificabunt per commune vel per diſiſum, ſive parabola Conſulum & Conſilii totius, collecti ad campanas ſonatas, vel ad majoris partis. Nec permittemtiam, perſonam aliquam Mediolanenſem praefata Caſtra, vel alia reaedificare, vel denuo aedificare, vel munitiones facere in toto Episcopatu vel diſtrictu Landenſi; & ſi qua aedificata, vel reaedificata ſient de novo, deſtrui facient, vel Landenſes deſtruire adjuvabunt infra terminos ſtatutos a Landenſibus, ex quo requiſiti fuerint Mediolanenſes. Item ſtatuta ſeu ordina-  
 menta, quae Conſules Landae fecerunt, vel deinceps facient, ſuper poſſeſſionibus conſtitutis in Episcopatu vel diſtrictu Landae non alienandis, & ſuper habitaculis ipſorum Landenſium non mutandis extra ſuam iurisdictionem, Mediolanenſes non infringent, & ut non infringantur adjuvabunt, quae tamen non ſint contra tenorem huius concordiae. Item dabunt & praefabunt Mediolanenſes Landenſibus Mercatum apertum plenarie per ſe & perſonis ſuae virtutis,

A generaliter omnibus hominibus Civitatis Landae, qui ſtant vel ſteterint ad praecceptum Communis Landae, blavae & vini & omnium aliorum victualium, & omnium rerum & negotiationum mobilium & ſe moventium in Civitate Mediolani & extra in tota terra virtutis Mediolani & Comitatum ſine ullo vinculo hanni vel interdicti, vel aliquo alio impedimento, quod dici poſſit vel excogitari alio modo; & Mediolanenſes nullum novum pedagium, vel telloneum Landenſibus imponent, nec vetera mutabunt, nec accreſcent. Et Conſules Mediolani ſeu Potestas dicent iuſtitiam in cauſis tam civilibus, quam criminalibus Landenſibus, & ejus virtutis ſine fraude cum hominibus Mediolanenſibus, & ejus virtutis. Et Mediolanenſes nullam facient aliquam Societatem cum aliqua perſona vel perſonis, vel Civitate vel loco, quae ſit contra hanc Societatem. Et Mediolanenſes dimittent, & facient venire Guidotum de Cazigo, & Petraſum della Puſterla, & Zanaſum de Aboſis, & omnes alios, quos receperunt ſtare ad mandata Conſulum Landae, ita quod ſint de iurisdictione Landenſi, & non ſua absolute. Et abſolverunt Aboſum vinculo ſacramenti fidelitatis; ita ut teneantur Mediolani, ſicut Vaſſalli Dominis. Nec per hoc minuatur jus Landenſium in hoc, quod ſupra dictum eſt de Militibus; nec in ſupraſcriptis, vel alios Milites, & homines de Civitate Landae vel Episcopatu ſeu diſtrictu, ſcienter recipiunt. Et ſi contigerit, eos venire ad Civitatem Mediolani, ſive diſtrictum habitare, poſtquam requiſiti fuerint, infra menſem unum de Civitate Mediolani vel diſtrictu expellent. Et ſi aliqua Civitas vel locus vel perſona retarent ſtratam Landenſibus, & Landenſes retarent ſtratam ei vel eis, tunc Mediolanenſes ab octo diebus, ex quo requiſiti  
 ſue

fuerint a Laudensibus, prohibebunt ipsi Mediolanenses suis omnibus, ne vadant cum aliqua negotiatione per terram vel aquam Laudensium ad illam Civitatem vel locum vel personam, quae vetaverit stratam ipsis Laudensibus, excepta negotiatione Portus Laudensis, secundum quod supra dictum est. Insuper si Mediolanenses facerent aliquam Societatem, & Laudenses vellent in ea intrare, Mediolanenses facient, eos in e. Societate recipi. Et si Laudenses intrarent in guerram pro Mediolanensibus, non possint nec debeant facere pacem, vel treguam, vel guerram recreatam de ipsa guerra sine parabola Consulatum Laude, vel Potestatis, & Consilii totius, vel majoris partis Civitatis Laude. Et si aliquod maleficium de cetero factum fuerit, vel fiet per homines seu loca ipsarum Civitatum vel earum virtutis, vel aliquod Capitulum praedictae Concordiae seu Pacis infringetur, bona fide operam dabunt, ut bona Pax & Concordia inde fiat & teneatur, & Capitulum ruptum emendetur. Nec propter illud maleficium factum, vel illud Capitulum ruptum interruptio Pacis & Concordiae fiat, nec intelligatur Pax rupta, sed stabit, & firma semper permaneat. Et Consules tam Communis, quam justitiae utriusque Civitatis, sive Potestas teneantur singulis annis hanc Pacem & Concordiam jurare. Et facient jurare futuros Consules, vel Potestatem in initio sui regiminis. Et hanc Pacem debent jurare omnes homines utriusque Civitatis ab annis octodecim supra, & a septuaginta infra, illi saltem, qui consueverant facere sacramenta Civitatum. Quae sacramenta singulis quinquenniis renoventur & fiant, ea omnia superscripta attendere Mediolanenses & Commune Mediolani Laudensibus usque in aeternum, & in omni tempore. Et hoc to-

A tum salvo eo, ut si quid additum vel diminutum fuerit vel ordinatum omni Consilio utriusque Civitatis, semper illud ratum & firmum teneatur. Et de hac Pace & Concordia ut supra continetur, rogaverunt fieri plura Instrumenta unius tenoris Consules veteres Laudae, scilicet Albertus de Treseno, Monachus de Cucigo, Philippus de Avanis, Jordanus de Paradino, Sacchus de Sacchis, Petrus de Guazina, Silius de Vauri, Ottobonus de Overgnaga, & Consules novi, videlicet Gualterius de Overgnaga, Alchisus de Richo, Achilles Bellottus, Lanfrancus Codecasa, Merescus Garbanus, Jacobus de Paradino.

B Actum in Civitate Laudae in Consulatu Laudae, Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Nonagesimo Nono, die Lunae V. Calendas Januarii, Indictione II. Interfuerunt Aliprandus Circumandus Presbiter de Salarano, Bergondinus Pocalodus, Gariardus Bellottus, Jacobus de Vistarino, Lazarus de Casalegio, Gerardus Pocalodus, Ugo de Treseno, Derlus Salvator, Jacobus Salvator Comes Bieme, Albertus Soregus, Durus de Gavatio, & multi alii Laudenses. Item de Mediolano interfuere Conradus Judex, Algerius Bonefinus, Jacobus de Sexto.

C Ego Ugo, qui dicor de Castegnanga, Judex ac Missus Domini Friderici Imperatoris interfui, & rogatus scripsi.

D Ego Petrutius Longus Palatinus Notarius authenticum hujus exempli vidi, legi, & sic in eo continebatur, sicut in hoc legitur exemplo, praeter literas plus minasce, & hoc exemplum scripsi.

E Ego Adam de Manaris, Ottonis II. Romani Imperatoris Notarius authenticum hujus exempli vidi & legi, exemplatum in veteri Statuto Communis Laude, & sic in eo continebatur &c.

Ego Leonardus de Treseno quondam Domini Galvani, Civis, & Imperiali

*auſtoritate Notarius publicus Laudensis, ac Officialis ad Cameram armarii & Archivii publici Communis Laude deputatus, supra scriptum Pacis instrumentum, & in eo contenta, me aliis occupato negotiis, per Notarium mihi fidum, de quodam Libro magno in carta cum assidibus in dictis Camera & Archivio publico, & penes me existente, extrahi & scribi feci, & me ad fidem adhibendum subscripsi.*

Occurrit heic atque in aliis eorum temporum monumentis, facere *guerram recreatam*: pro quo tamen scriptum puto in authentico *guerram recrudutam*, ut habent alia hujusmodi acta. Du-Cangius Pilonum laudat in Histor. Bellunens. scribentem: *Et non facient Pacem, vel Treugam, seu Veram, Recrudutam* (lege *Werram recrudutam*) *inimicis Civitatis Tarvisii*. Infra in pactis Mutinensium cum Guilielmo Malaspina Marchione occurret *neque guerram recrudutam*. Idem verò Du-Cangius opinatur, nihil aliud significari per vocem *recruduta*, quàm *recrudentiam*, hoc est, *restitutionem in integrum*. Sed is fallitur. Ex Instrumento Foederis, quod evulgavi, Par. I. Cap. 20. pag. 400. Antiquitatum Estensium, elucere satis potest, *Guerram recrudutam* alià plane significatione accipiendum esse.

A *Recrudutum* olim Itali cum Gallis concordés appellabant eum, qui in pugna, sive monomachia hosti cedebat, ac sese victum tradebat: quod quum plerumque ignavi animi vitio tribueretur, in causà fuit, ut infamià aspergerentur, vileſque passim haberentur ipsi cedentes, & *Recruduti* nomen probri loco passim sonaret. Vide Vocabularium Florentinum ad vocem *Ricredente*, *Ricreduto*. Propterea *Guerram recrudutam* facere, idem fuit ac bellum ignavo aut ficto animo hosti inferre, aut sustinere, sive simulare, atque ejus partes sine foederatorum consensu amplecti. Proinde quum quis in se recipiebat bellum peragere contra communes hostes, addebat se illud gesturum *bona fide*, neque acturum *Pacem*, neque *Treugam*, neque *Guerram recrudutam* cum iis, idest viriliter se bellaturum cum hostibus, neque pacem aut inducias acturum cum iis, *sine parabola*, hoc est, nisi praemissà notitià & assensu sociorum. Mutinensi Populo bellum erat cum Capitaneis & Valvasoribus Friniani, aliisque Castellorum dominis, a fide ac amore patriae deficientibus. Quid Montebellensis Caſtri incolae ea occasione egerint, nos edocebit Charta in MSto Mutinensis Reipublicae Regesto adſervata.

### Foedus Montebellensium cum Castellanis Friniani, aliisque Proceribus contra Mutinenses, Anno 1170.

A *Nni Domini MCLXX. mensis Martii, Breve recordationis, qualiter Consules de Montebellio, cum consilio bonorum hominum illius Terrae, convenerunt jurando faceve jurare bona fide Militibus eorum. Et juravit Guido, & Azo, & Acharixius germani,*

E *Ugitio, Girardus, Tigrimucius, Petricinus, Gerardetus, Berdellus de Arloſto, Albertus Portonarius, Guido de Armaneto, Spinabellus & filii ejus Nigger & Bernardellus. De Populo juraverunt Petrus de Scombricio, Gerardus de Perolando, Albertus Calzolarius, Johannes*

*hannes Bonus Gallus, Petrus de Berta, Uguinellus, Petrus da l'Orto, Bottus, Ubalduus Archatores, Rolandus de Bono, Aimo Belenchinus, Coccus, Aigo, Johannes de Aibo, Xantinus, Restaldinus, Bernardinus de Rugerio, Fucus, Bernardinus Cavatia, Erizo, Azolinus, Enginolfus, Mazolus, Petrus bonus, Petrus Frixonus, Gualdrigetus, Premadicus, Selvagius, Bernardus Villanus, Rolandinus Ardezonus, Martinus Mazonus, Wivitonus, Guido de Silvestro, Serafinellus, Azo, Guizardinus, Bajamonte, Rufus, Rodulfinus Gibollus, Gerardus de Bonfante, Tedixius, & tanti alii, ut fuerunt sexaginta. Et convenerunt de Populo facere in concione, de ista guerra Mutine bona fide usque ad finem adjuvare ex ista parte anno Scultenne, ad stipendium & perditam Montebellensium: ex altera parte Scultenne ad eorum eundem stipendium & perditam unum diem, & in alio die tantum, ut in domo possint redire, adjuvare cum hostibus; si permanserint in oster amplius, ad perditam & stipendium Capitaneorum & Vavasorum, qui in hac Societate fuerint cum Montebellensibus. Et si ad defendendum terras eorum in montaneis partibus Montebellenses Milites Archatores in eorum servicium ierint, ad perditam & stipendium Capitaneorum & Vavasorum. Et non agere pacem, nec treugam, neque guerram recrudutam sine Capitaneis & Valvasoribus, quorum nomina sunt: Guido & Raynucinus de Gomola, Gualandinus & filii ejus, Guido & Raymerius, Rolandus & filii, Manfredinus, Gualandus, Ubalduus, Albertinus de Corigia, Gerardinus de Montencolis, Grimaldus Raffachanis, Ubalduus de Lavelucla, Tebertus Amphexo, Amedeus Bochaferro, Gibertus Borellus, Bernardinus de Campilio, & Ugolinus de Varana, Al-*

*bertus Guido, Raynucinus de Balugula, Ubertus, Guodus, Furfurellus, Rainucinus, Clibaldus, Drudulus, Malacogna. Et insuper jurant adjuvare retinere hoc, quod habent & tenent, & quod cum ratione in antea acquiserint, & eorum personas & pecuniam, & qui pro eis erit & habebitur infra Plebem Montisbellii, preter contra eorum Dominos & debitantias: & salvare eorum personas & eorum hominum, & illorum pecuniam; & qui habebitur pro eis infra sacramentum Castri de Montebellio, contra omnes homines. Et si offensio fuerit inter Montebellenses, & alteram partem, infra triginta dies, postquam requisiti fuerint, caput cause emendetur. Isti predicti Capitanei & Valvasores jurant contra omnes homines fidelitatem Castri de Montebellio, sicuti alii homines de ipso Castro, & jurant adjuvare retinere hominibus de Montebellio hoc, quod habent & tenent, & quod cum ratione acquisierint infra ipsam Plebem, exceptis eorum Dominis, & debitantiis, & Vassalibus; & in omnibus eorum terris bona fide pro se suisque hominibus personas illorum & pecuniam salvare hominum de Montebellio: de ista guerra Mutine non agere pacem, nec treugam, nec guerram recrudutam sine Montebellensibus. Et si Mutinenses ullo tempore aliquo modo pro ista guerra super aliquam partem inceperint guerram, ambe partes teneantur jurejurando bona fide agere guerram, sicuti prelegitur in ista. Et si ambe partes per concordiam adjungerint vel minuerint, ita teneantur. Unde duo brevicia uno tenore scripta sunt.*

*Ego Tethysus sacri Palatii Tabellio scripsi & emendavi.*

*Propterea sub nomine Guerrae recrudutae indicari videtur bellum fi-*

etum, bellum ignave tractatum, ac fortassis etiam bellum non bonâ erga foederatos fide hostibus illatum. Ad Pacem Mediolanensium & Laudensium heic supra evulgatam altera accedat inter Ferrarienses & Ravennates constituta, cujus acta nobis servavit Peregrinus Priscianus in Annalibus MStis Ferrariensibus, qui &

A monuit, eam spectare ad Annum Christi MCC. Hieronymus quoque Rubeus in Histor. Ravenn. auctor est, bellum eodem Anno a Salinguerra & Ferrariensibus prospere confectum fuisse contra Ravennates, qui ad pacem arbitrio Populi victoris accipiendam adacti fuerunt.

### Capitula Pacis initae inter Civitates Ferrariae & Ravennae, Anno 1200.

**I**N Christi nomine. Concordia Pacis inter Ferrarienses & Ravennates talis est. Scilicet quod Ravennates non debent amplius facere ullum Castrum a Budareno sursum, nec Turrim, nec aliquam munitionem pro Commune, neque per divisum, neque alicui volenti facere permittere; sed ipsum, ne faciat, bona fide prohibere; & si fecerit, operam dare, ut destruat, & ipsum, qui fecerit, pro publico inimico Ferrariae tenere, donec fuerit destructum, quod factum fuerit. Item Commune Ferrariae debet habere plenam jurisdictionem a Fossa de Boso sursum, que Fossa de Boso est desuptus Caput Sandali, ubi jam fuit Hospitale de Vincimico; habendo plenam jurisdictionem in omnibus illis personis, que habitant a predicta Fossa de Boso sursum, in fodro & arzere ac koste & collecta, & omnibus servitiis, sicut ceteri, qui habitant in districtu Ferrariae faciunt ubicumque.... sive in Saltu, sive in Massa Fiscalie, salva ratione Dominorum, quorum sunt possessiones, excepta jurisdictione, que debet esse Communis Ferrariae, ut supra dicitur. Et si Ravennates aliquam habent jurisdictionem a Fossa de Boso supra, eam resutant Ferrariensibus, & promittunt, quod de cetero nec pro Communi nec pro diviso de ea Ferrariae

B rarienses inquietabunt, vel molestabunt, nec permittent, aliquam personam pro Communi, vel pro diviso de ea Ferrarienses inquietare vel molestare per suam terram vel per suam aquam, vel per suum districtum. Et si aliqua persona vellet eos inquietare, bona fide prohibebunt & impedient ne fiat. Et si illa persona vellet a molestatione cessare, eum pro inimico habebunt & tenebunt. Item Commune..... in circuitu..... omnem illam jurisdictionem & rationem, quam retro ante inceptam proximam Guerram habuerunt. Et similiter Commune Ravennae habere debet totam illam jurisdictionem & rationem, quam retro ante inceptam Guerram proximam habuerunt. Et Ravennates debent dare Communi Ferrariae ducenta milliaria Salis boni..... sine aliquo Datio ad mensuram, ad quam dabunt Salem Ferrariae a quatuor annis retro ante inceptam proximam Guerram, & ad eandem mensuram semper de cetero mensura..... Salem Ferrariensibus omnibus, qui pro Sale emendo venerint ad Ravennam, & illam mensuram non minuire, & ad rasuram proffam, que non possit plicari. Et facere jurare omnes Assazzatores Salis Ravennae quod bene dabunt suam rationem Mercatoribus Ferrariae, qui Salem emerint. Et



quod Assazzatores per se, nec per ullam aliam personam aliquid auferent a Ferrariensibus, nec ab eis accipere nisi tantum panem suum ex quatuor denariis Monete Ravennatis pro cena. Et quod ob hoc non dimittent Assazzatores a mensurando Salem Mercatoribus de Ferrara. Et nec aliud debent Ferrarienses dare Ravennatibus pro Datio Salis, nisi tantum tres Soldos parvorum pro Centenario Salis, & duos Ravennanos pro corbibus. Item Ravennates debent rumpere scriptum Salis, seu sortem Salis, & perpetuo tempore a duobus annis post festum Sancti Michaelis proxime venturi in antea, & nunquam amplius sortem seu scriptum facere. Sed habere debent Ferrarienses semper Salem a quocumque Ravennate voluerit in vendendo Salem, quem emerit. Item Ferrariensis debet habere inter Ravennam, & mercari cum omni persona de omni jure, salvo banno panis & vini, & excepto de Sale, quod tantum debet emere a Ravennate, & etiam a Cervienfi, nec ab aliqua persona. Si verò Ferrariensis ire voluerit a Ravenna inferius, Ravennates debent ipsum libere permittere ire & redire & mercari quomodocumque voluerit, sicuti continetur in Carta antique Pacis, eo salvo quod Ferrarienses non debent ire ad domum publici inimici Ravenne per Districtum Ravenne & fortiam Ravenne. Et Ferrarienses debent permittere Ravennates venire Ferrariam, & mercari cum omni merce, & ire a Ferrara sursum, excepto cum Sale, quem non debent portare ultra Ferrariam, neque alteri debent dare Salem, si ipsum conduxerint Ferrariam, nisi tantum Ferrariensibus, salvo similiter banno panis & vini & canave, & eo salvo quod Ravennates non debent ire ad domum publici inimici Ferrariensium per Districtum & fortiam Fer-

A varie. In mercatis Ravennates & Ferrarienses ita debent esse. Quod tantum quantum Ferrariensis acceperit a Ravenna pro suo redempto in suo mercato, tantum debet Ravennas accipere a Ferrariensi in suo mercato, & non plus. Et non debent Ferrarienses dare aliud quod Datum..... apud Argentam pro aliqua re, quam inde conduxerint, de quocumque loco conducant. Et de omnibus aliis Datis, & Toloneis ita debent esse..... nec ullum Toloneum debent Ravennates auferre a Ferrariensibus, nec Ferrarienses a Ravennatibus, nisi tantum id, quod continetur in Carta antique Pacis. De omnibus rapinis rerum..... furtis, & incendiis, predis, & omnibus damnis, latis in personis vel rebus sive in domibus sive in vineis, arboribus, bestiiis, navibus, molendinis, armis..... in Castris vel in Villis vel in aliis locis, vel extorquendo aliquid quocumque modo a captis a tempore, quo Ravennates intraverunt & combusserunt Policinum..... a Ferrariense, vel ab omni alio de ejus parte contra Ravennam, & a Ravennatibus, & ab omni alio de ejus parte, excepto Mantuano, contra Ferrarienses, perpetuo debent..... inter Ravennates & Ferrarienses.

Item si Commune Ferrarie, vel aliquis Ferrariensis a predicto tempore, quo Ravennates intraverunt & combusserunt Policinum de Caput Redis..... occupatum aliquid post Ravenn..... rerum immobilium, libere debent eis restitui, cujus erant tempore invasionis, salvo eo, quod dictum est de jurisdictione, quam debent Ferrarienses habere a dicta Fofo de Bosio sursum. Et non debent Ravennates per Commune, neque per aliquam aliam singularem personam amplius repetere, nec alicui perenti de Civitate Ravenna permittere aliquid in denariis vel rebus a Comuni

muni Ferrarie, & nec ab aliqua alia  
 singulari persona de Civitate Ferrarie  
 vel extra, de illis octingentis Libris  
 Ferrarie, decem Libris minus, nec pro  
 illis octingentis Libris minus decem,  
 que fuerunt ablatae pro Communi Fer-  
 rarie Domino Jacobo de Bernardo, &  
 Guizardino de Almerico. Neque de du-  
 centis milliaribus, vel pro illis ducen-  
 tis milliaribus Salis, que Ravennates  
 dant Communi Ferrarie, pro ista Pace. Et  
 de hoc fecerunt finem pro toto Commu-  
 ni Ravenna, & pro omnibus Ravenna-  
 tibus. Et hanc eandem finem fieri faci-  
 unt a Domino Jacobo de Bernardo,  
 & ejus fratre, & ab omni alia perso-  
 na, a qua Ferrarienses finem de hoc  
 habere voluerunt, sub pena centum Li-  
 brarum auri: & soluta pena haec finis  
 remaneat firma. Item Ravennates de-  
 bent salvare & guardare Ferrarienses  
 in personis & rebus eorum per Raven-  
 nam, & per totum ejus districtum &  
 fortiam, per terram & aquam, & per  
 totum districtum & fortiam Ferrarie  
 per terram & aquam, nec ipsos offen-  
 dere, nec alicui volenti offendere per-  
 mittere quod offendat. Et si aliqua of-  
 fensio facta fuerit ab aliquo Ravenna-  
 te, vel ab aliquo alio, qui sit Civis  
 Ravenna, vel de ejus districtu contra  
 Ferrarienses in rebus & personis eor-  
 um, offensionem parti facient emenda-  
 re & damnum restituere infra triginta  
 dies, postquam requisitio facta fuerit de  
 damno dato. Et stratam securam tenere  
 & facere teneri per terram & aquam  
 per totum districtum & fortiam Raven-  
 nae. Et si quis homo, undecumque sit,  
 stratam ruperit, vel aliquod damnum  
 alicui persone dederit, bona fide sine  
 fraude operam dabunt & studebunt, ut  
 damnum restituatur. Et si Civis Ra-  
 venne, vel ejus districtus fuerit, qui  
 predam fecerit, vel damnum dederit,  
 predam & damnum restituere facient,

A vel personam illius, qui fecerit, illi;  
 cui damnum datum fuerit, dabunt. Et  
 hoc idem debet a Ferrariensibus obser-  
 vari contra Ravennates. De injuriis  
 vero & ablatiis & damnis datis ab a-  
 liqua partium in alteram partem a tem-  
 pore incepte proxime Guerre retro, sci-  
 licet ex quo Ravennates intraverunt &  
 combusserunt Policinum de Capite Redis,  
 debent eligi Arbitri..... qui debent  
 jurare bona fide sine omni fraude de  
 eis cognoscere, & executioni ea man-  
 dare..... solvere infra triginta dies,  
 postquam receperunt querimoniam.....  
 cause, vel ejus estimationem tantum  
 absque pena. Et debent Ferrarienses  
 & Ravennates libere & absolute absol-  
 vere, atque a carcere dimittere omnes  
 C illas personas, que per aliquam partium  
 capte fuerunt pro hac Guerra, unde-  
 cumque sint..... sive de Verona, si-  
 ve de Mutina, vel de quocumque loco  
 vel Civitate fuerint. Et hoc omnia de-  
 bent Ravennates jurare sic attendere,  
 & firma tenere, & firmam & perpe-  
 tuam pacem Ferrariensibus, & toti sue  
 parti, & nominatim Veronensibus &  
 Mutinensibus, & omnibus aliis perso-  
 nis, que eis auxilium & consilium in  
 hac Guerra, & pro hac Guerra dede-  
 runt facere & tenere de omnibus offen-  
 sionibus factis in personis & rebus eo-  
 rum a tempore hujus proxime Guerre  
 incepte usque huc. Et in capite cujus-  
 cumque quinquennii sacramenta hujus si-  
 nis & Pacis renovare, & facere ab  
 omnibus personis masculis Civibus Ra-  
 venne, & habitatoribus in Civitate &  
 suburbiis, a quatuordecim annis supra  
 usque ad septuaginta annos. Et qui-  
 cumque hanc Pacem, secundum quod di-  
 ctum est, jurare noluerit, ipsum bandi-  
 zabunt, & pro publico inimico Commu-  
 nis Ravenna tenebunt deinde, donec hanc  
 Pacem juraverit. Et in sacramento Re-  
 giminis Potestatis, sive Consulm Ra-  
 venne,

venne, qui pro tempore electi ad Regimen fuerint Civitatis Ravenne, semper de cetero debet apponi & contineri, quod hanc finem & Pacem & promissionem, & omnia suprascripta observabit & attendet, & attendere faciet toto tempore sui Regiminis. Et hanc eandem finem & Pacem eodem modo debent Ferrarienses jurare & facere Ravennatibus & toti sue parti, excepto Mantuano. Et omnia predicta Capitula utrinque taliter, ut dictum est, debent observari, & semper de cetero firma teneri. Et quaecumque pars hanc finem & Pacem & promissionem, secundum quod dictum est, non observaverit, det

**A** observanti nomine pene quinque millia Marchas argenti. Et soluta penâ, bec suis, promissio & Pax firma & in suo robore perseveret in omnibus & per omnia.

**B** Quum verò Civitas aliqua cum altera Foedus instituebat, si jam anterioribus pactis cum aliis Civitatibus obligabatur, religiose cavebatur, ne haec laederentur. Cujus rei exemplum suppeditabit Foedus a Mutinensi Republica cum Mantuana percussum, atque in ejus Tabulario adservatum.

Pacta Societatis initae a Mutinensi Populo cum Comuni Civitatis Mantuae, Anno 1201.

**I**N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCCII. Indictione V. die Lunae II. Kalendas Januarii. Ego juro bona fide & sine fraude salvare, custodire, atque defendere omnes homines Civitatis Mutine & Episcopatus & Districtus in personis & rebus in toto Episcopatu Mutinensi, & Districtu, terra & aqua, & non eos ibi, nec in alieno etiam offendere. Et si aliqua offensa facta fuerit praedictis hominibus Civitatis Mantuae, Episcopatus, vel Districtus, sive dampnum datum per homines Civitatis Mutine vel Districtus, in rebus vel personis fuerit, ex quo manifestum erit, & credatur sacramento petentis, arbitrio Rectoris mei, inspecta qualitate personae, & quantitate rerum vi ablatarum in mea Civitate, fortia, vel Districtu, infra triginta dies, illum vel illos, qui dampnum vel offensam fecerint, emendare faciam illi vel illis, cui vel quibus dampnum illatum erit, si personam offendentis invenero: alioquin de meo Comuni emen-

**C** dabo infra alios triginta dies. Item negotiatores & negotiationes Mantuae, Episcopatus, & Districtus recipiam & defendam in mea Civitate & Districtu, & Episcopatu, terra & aqua, & suas negotiationes, unde quo velint defendere permittam, dum tamen ad meos non vadant, nec deserant inimicos: ita tamen ut mearum rerum possim interdictum seu bannum servare meo arbitrio, scilicet panis, vini, carnis, porcorum, equorum, & armorum. Item Amicitiam vel Societatem, seu pactum aut sacramentum cum hominibus Regii, & Veronae non faciam, nec renovabo, seu perducam, nisi parabolâ & consensu Mantuanorum Consilii ad campanam sonati totius, vel majoris partis. Item tennitas vel possessiones, quas nunc habent, vel in antea acquirent, adjuvabo manutenere & defendere & acquirere, & amissas recuperare contra omnem Civitatem, hominem & gentem. & specialiter totam Regulam Padî, scilicet Gonzagam, Pigognagam, utrosque Bân-

denos, & eorum Curtes, & totam Insulam Suzariae, videlicet Suzariam & Lectum Benanum, & earum Curtes. Item inimicos Mantuae, qui sunt vel erunt, meos faciam, & cum ipsis concordiam, nisi parabolâ in consilio ad campanam sonato data a majori parte non faciam. Guerram quoque Reginae & Veronensibus igne & sanguine faciam. Exercitum quoque quater in anno singulis annis Mantuae faciam, scilicet cum universo Populo, & tota Militia, & omnibus Sagittariis & Balistis sine fraude bis in anno, & bis cum militibus, sagittariis, & balistis infra octo dies, ex quo mihi Ambaxatoribus Mantuae vel literis sigillo Communis Mantuae sigillatis denuntiatum fuerit ad defensionem sui, & ad offensionem inimicorum in suo Episcopatu & Districtu, & extra suum Episcopatum & Districtum, ad suam voluntatem & arbitrium hominum Mantuanorum faciam. Et sine licentia Rectorum Mantuae inde non recedam, sive sim cum Mantuanis, sive sim sine eis: ita tamen ut dictos exercitus, sive guerram, non teneam facere Veronensibus, nisi finito sacramento Regiorum & Mantuanorum. Quod quidem sacramentum debet esse finitum infra duos annos, & juratum, nisi ante dictum terminum velint guerram incipere, vel contra illos a Reginae inciperetur. Item infra dictum terminum non serviam Veronensibus in suo Episcopatu, quem tenent, ultra quam cum centum Militibus. Nec offendam Mantuanos aliquo modo in eo quod tenent vel tenebunt. Et ante per octo dies Ambaxatoribus vel literis Mantuae denuntiabo, quod istud etiam servitium centum militum exhibeam. Et si contingeret a meis militibus suos homines capi, infra octo dies integre cum equis & armis reddam & reddi faciam.

A Item bona fide inducam Ferrarienses & Parmenses, ut Societatem & amicitiam cum Mantuanis faciant, & eos non offendant. Item Mantuanos adjuvabo, sicut supra dictum est, nec stabo dicto sive prohibitione vel praecepto Ferrariensium seu Parmensium, ut Veronenses non offendam: & Veronenses offendam etiam contra istos, si cum eis essent. Item liquida debita Mantuanis solvi faciam infra triginta dies. De non liquidis vero Arbitros constituam, qui jurent justitiam exhibere secundum quod Sapientes utriusque Civitatis ordinaverint concorditer. Item alium pro alio non exigam vel conveniam, sed cui dabo, ab eo petam. Et hoc de contractibus vel quasi, salvo eo, quod supra dictum est de rebus vi ablatis. C Item si super aliquo praedictorum capitulorum discordia oriatur, eligantur quatuor boni viri & idonei de utraque Civitate, qui jurent bona fide & sine fraude se concordare & concorditer illud infra quadraginta dies, terminare. Et quod terminabunt, obervabo, omnibus aliis Capitulis in suo robore permanentibus. D Item juro dare Salem Mantuanis, donec habuero, sine fraude. Et cum non habuero, permittam eos ire Bononiam, Faventiam, & Ymolam, & Ferrariam, & Ravennam; & inde ducere Salem per meam terram & aquam, & non aliunde, nisi tantum cum meis plaustris, dum tamen meas literas habeant. Nec alicui alii dabo, nisi Parmensibus, quibus possim dare per singulum annum duo millia modia ad modicum Ferrariae. Et specialiter Reginae non dabo, nec alicui, qui det Reginae, nec qui eum ducat per Episcopatum Regiensem. Nec per meum districtum permittam aliquem ducere Salem aliquo, praeter Mantuanos & Parmenses, qui Parmam possint duo millia modia ducere, undecimque velint, ut supra dictum est. E

est. Et si quid additum vel diminutum fuerit de communi Consilio ad campanam sonato utriusque Civitatis, de hoc facere, & concordiam attendam & observabo usque ad tempus Societatis completæ. Item Sortem Bazugam, aut postquam aliquam fraudulentam super Saleem Mantuanis non faciam, & rectâ mensurâ, secundum quod Mutinenses cum Mantuanis erunt in concordia, ipsi Mantuanis vendam. Et hæc omnia observabo, salvo sacramento & Societate Ferrariae & Parmæ, ita tamen ut prohibitione vel præcepto sive dicto Ferrariae vel Parmæ non expellam homines Mantuanos a mea Civitate, Episcopatu, vel Districtu, uti & negotiari, ire & redire. Et cum Ferrariensibus & Parmensibus Societatem non faciam nec renovabo completis omnimodo sacramentis; nec ante completionem eorum, sine licentia Consilii Mantuani totius, vel majoris partis. Item infra unum mensem faciam trecentos viros, quos elegerint Mantuani, de mea Civitate & Episcopatu facere hoc idem sacramentum. Et infra alium mensem computando ex eo tempore, quo finitæ erunt sacramenta Regiensium & Mantuanorum, vel coepta fuerit guerra, sicut superius dicitur, faciam omnes homines meae Civitatis, Episcopatus, & Districtus facere hoc sacramentum, ab ætate quindecim annorum supra, & a septuaginta infra. Et ego Potestas ita juro, & Successorem meum ita jurare faciam. Item singulis quinquenniis hæc sacramenta renovabo, & ab his, qui

A fecerunt, & ab his, qui non fecerunt, fieri faciam, postquam requisitus fuero. Et hoc observabo usque ad viginti quinque annos completos & ultra, quantum placuerit Consiliis utriusque Civitatis vel majori parti illorum Consiliorum: eo salvo quod Scholares possint uti & stare in mea Civitate, Episcopatu, & Districtu, undecumque sint, ita quod non tenear de dicto sacramento, circa eorum personas & res.

B Actum in Civitate Mantuæ, & supra domum, in qua habitabat Dominus Bonifacius Comes de Sancto Martino, Potestas Mantuæ. Feliciter. De Mutinensibus, qui hoc sacramentum fecerunt apud Mantuam, isti sunt: Dominus Otto de Brisia, Dominus Guazaguerra de Macreto, Dominus Conradinus de Munario, Dominus Ubustus de Fredo, Dominus Guido Domini Pii, Dominus Johannes Zacagnus, Dominus Albertus de Pazano, Dominus Guilielmus Ubaldi, Dominus Girardinus Carretti, & Dominus Rodulfus Bravi.

C Ego Jacobus sacri Palatii Notarius interfui & rogatus scripsi, & ego similiter juravi.

D Cur non Anno MCCII. uti in Charta habetur, sed quidem MCCI. exaratum fuisse Instrumentum istud scripserim, Lectorem infra monebo; antea quippe alteram Chartam subjungendam reor cum præcedenti conformem, depromptam e sæpe memorato Archivo Communis Mutinensis.

E Jusjurandum Mantuani Populi ob concordiam initam cum Mutinensibus, Anno 1201.

I N Christi nomine. Hæc est concordia facta inter Mutinenses & Mantuanos, die Lunæ ultimo Mensis Decembris. X.

cembris MCCII. Iuditione V. Ego juro bona fide, sine fraude, salvare, custodire, atque defendere omnes homines

Civitatis Mutinae, & Episcopatus, & Districtus, in personis & rebus, in toto Episcopatu Mantuae, & Districtu, terra & aqua; & non eis ibi, nec etiam in alio offendi. Et si aliqua offensa &c. (\*) Item tenetas vel possessiones, quas nunc habent vel in antea acquirunt, adjuvabo manutenere & defendere, & amissas recuperare contra omnem Civitatem, hominem, & gentem: & nominatim Aquam Situlae a Sorbaria sursum, & Communaliam, & Quarantales cum suis Curtibus manutenere, acquirere, & defendere, salvo jure meo si quid habeo. Item inimicos Mutinae &c. Nec sine licentia Rectorum Mutinae inde recedam, sive sim cum Mutina, sive sine eis; ita tamen ut exercitus sive guerram Mutinae contra Regium facere non teneam, nisi finitis sacramentis Reginorum & Mantuanorum. Et ob hoc nihilominus teneam Mutinenses adjuvare contra alios suos inimicos, si quos habuerint. Quae quidem sacramenta finita esse dicimus citra duos annos: infra verò id spacium, si quod est, quod durent sacramenta, si Regini inciperint guerram contra Mutinenses, vel ego Mantuanus vellem incipere guerram contra Reginos, tunc non obstante dicta exceptione, omni modo teneam Mutinae, sicut supra dictum est. Item infra dictum terminum Reginis non serviam in suo Episcopatu, quem tenent a montibus infra, ultra quam centum Militibus. Nec offendam Mutinenses aliquo modo in eo, quod tenent vel tenebunt: & ante per octo dies ambaxatoribus vel literis, Mutinae denunciabo, quàm istud etiam sercitiium centum Militum exhibeam. Et si contingeret, a meis militibus suos homines capi, infra octo dies cum equis & armis integre eos reddam & reddi

A faciam. Item bona fide inducam Cremonam, & Brixiam, ut Societatem & amicitiam faciant cum Mutina, & eis non offendant. Item Mutinam adjuvabo, sicut supra dictum est, nec stabo dicto sive prohibitione, vel praecepto Cremonensium, sive Brixienfium, & Reginorum. Offendam, ut supra dictum est, etiam contra istos. Item liquida debita Mutinae &c. Item juro accipere Salem a Mutina & non ab alio, donec habuerint. Et si non habuerint, mihi liceat cum suis literis per terram eorum & aquam Salem ducere a Ravenna, Faventia, Furlivio, Bononia, sive Imola, tantùm & non aliunde. Verùm si aqua Padi aperiretur, tunc non teneam Salem a Mutina accipere, nec inde Salem habere non possim. Nam tunc teneam accipere, ut supra dictum est. Si verò aqua Padi postea clauderetur, a Mutinensibus Salem accipiam, sicut supra dictum est, usquequo similiter aperiretur; & sic deinceps, quousque Societas duraverit. Salem etiam non dabo Reginis, nec alicui, me sciente, qui Reginis det. Et haec omnia observabo, salvo sacramento Cremonae, ita tamen ut prohibitione vel dicto seu praecepto Cremonae non expellam homines Mutinae a mea Civitate, Episcopatu vel Districtu, uti & negotiari, ire & redire. Et cum Cremonensibus Societatem non faciam nec renovabo, completis sacramentis, nec autem completionem eorum sine licentia Consilii Mutinae data ad campanam sonati. Item infra unum mensem faciam trescentos Viros, quos Mutina elegerit, de mea Civitate & Episcopatu, facere &c. Et hoc observabo debinc ad quindecim annos completos. & ultra, quantum placuerit Consiliis utriusque Civitatis, vel majori parti illorum Consiliorum.

Prae-

(\*) Quae haec & alibi infra emisimus, sunt eadem ac illa, quae in praecedenti Characteristica descripta leguntur.

Praedicti concordii sacramentum fecerunt Dominus Benenchà Massarius Archibarius Mantuae, Azolinus de Erba Praepositus Vicariorum, Johannesbonus de Airollo, & Delelguardus de Nerdo, Consules Negociatorum, Egidius de Bono Praepositus Draferiorum, Petrus de Aimo Praepositus Pillipariorum, Albertus Calorofus, Guido de Benno, Raimundus de Bene, Runcinentus de Faxianis, Ugo de Vesovo, Albertus de Caxoto Praepositus Pescatorum, Gerardus de Pegoloto, Egidius de Villana, Arnoboldus Brexanus, Conradus de Batio Praepositus Pillipariorum, Airaldus Notarius, Petricinus de Groguzola. in domo Petri Boxii Advocati, in qua tunc Dominus Bonifacius de Sancto Martino Potestas Mantuae morabatur pro

A Communi; qui praedictam concordiam & Societatem de voluntate & parabola Consilii Mantuae, nec non & Capitulum Paraticorum & Quarteriorum fecit, & compleri fecit.

Ego qui supra Airaldus, sacri Palatii atque Communis Mantuae Notarius, praedictis omnibus interfui, & praecepto Potestatis hoc idem scripsi.

B Post paucos subinde dies alterum Instrumentum confectum fuit, in quo singuli ex Mantuanis recensentur, qui supra dictam Concordiam sacramento suo confirmarant. Et istud exerendum duxi, ut Mantuanus Populus, praesentia cura antiquis componens, agnoscat, quantam Familiarum mutationem tempus & bellarum vices invexerint.

### Ejusdem concordiae confirmatio, Anno 1202.

**I**N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCCII. Indictione V. die Lunae VII. intrante Menſe Januarii. Ego juro bona fide & sine fraude salvare, custodire atque defendere omnes homines Civitatis Mutinae &c. (\*)

Actum in Civitate Mantuae supra domum, ubi Dominus Bonifacius Potestas Mantuae stabat feliciter.

Qui hoc sacramentum fecerunt, ut supra legitur in omnibus, de Mantua hi sunt: Dominus Adam de Crema Judex, Dominus Ventura Judex, Dominus Bosus de Pultrono, Dominus Chabriel Trivulus, Dominus Sachelda, Dominus Piscator, Dominus Bonacursus Calorofus, Dominus Albertus Vicedominus, Dominus Matvicinus Judex, Dominus Bourvolius, Lanfrancus de Petro de Lanfrancho, Bonaventura de Alberto de Casala, Albertus de Rodolfo de Infante, Ugelinus de Buza, Ugitio filius Domi-

ni Azolini, Guido Vicecomes, Dominus Brianus, Franciscus de Capriana, Petrus de Gassaro, Novarensis de Alexandris, Dominus Ugo de Bucengo, Dominus Albertus de Adelardo, Jacobus de Antilino, Dominus Acerbus Rupalte, Dominus Obizo de Sancta Cruce, Lanfrancus de Crema, Gualabrunus, Dominus Alexander, Eidius de Compagno, De la cora, De Zanchello, De Johanne, De Zoerone, Bartholamens de Frassapane, Dominus Guardetus, Dominus Gandulfus de Zavata, Albertus Trivulus, Johannes de Rivalta, Dominus Advocatus, Albertus Anordi, Mantuanus Butus, Johannes bonus, Fannulus, Johannes bonus de Moricciis, Junca de Oprando, Dominus Bixacius, Adam de Fancibono, Johannes de Johannello, Guarxendinus de Beloto, Petrus Stancarina, Azonis Ilde, Adamus Venture Judicis, Jacobus Mussilini, Cen-

(\*) uti supra in Concordia diei postremae Decembris Anni 1201.

radus de Stortis, Mattus Manduca, Azolinus Berisati, Stancialinus, Paganinus Raimondi, Jacopinus Rainerii, Ruzinellus Petri Menzani, Grecus de Dexenzano, Gandulfus de Micario, Bonacursus, Dominus Vachella Judex, Dominus Presbiter Judex, Grabiellus Advocatus, Dominus Arnoldus, Dominus Bullus, Dominus Agnellus Judex, Henricus de Johanne Beno, Ugo Vesconte, Dominus OJobonus de Beletto, Niger de Alberto Pizoli, Gandulfus de Bonacosa, Benzus de Crema, Dominus Zasonus.

Die Sabbati XII. intrante Januario, Egidius de Mabilia, Johannes bonus de Momuelo, Lanfrancus de Cuchello, Johannes Canudi, Petrusbonus de Ita, Musellus Lanfranchinus Tosberto, Officellus de Cessa, Niger de Pagano, Arlodo Gualducus Mantoanus, Leonardus de Dexensano, Compagnonus de Imperia, Dominus Agazanus, Lanfranchinus de Stiveria, Bubulchus, Egidius de Flandulino, Johannes bonus de Flansore, Johannes bonus de Arollo, Fredericus de Pallastris, Jaratus, Guascus de Cauriana, Astolinus de Arduino, Mutus de Bataja, Ordoinus de Benbono, Billia, Ubaldus de Cella, Bojezus, Ubertus de Henrico, Gandulfus, Piliarius, Trambalinus, Johannes de Janebello, Jacominus de Tonda, Jacobus de Soza, Petrus de Azo, Anselmus Rauffus, Albertus Vuta, Aisus de Mutara, Miletus de Ruso, Dondius Naalinus, Dadediis de Pegolosto, Revinus de Guilliellino de Vicentia, Janinus de Cavaca, Scanabecus, Azolinus de Eila, Ugolinus de Iscato, Ugolinus Notarius, OJobellus de Puteo, Petrachinus & Girardinus ejus filii, Torlinus Albertinus de Guidone, Romane, Jacominus de Martino de Pe, Confortus de Petro de Bonsante, Azolinus de Ugnibene, Delaguarda de Bianco, Gi-

A bertus Arcatores, Albertus de Petrezano, Todideus de Sarazino, Guido de Crema, Dondediis de Balorda, Antelmus de Bastardo, Lanfrancus de Fereeto, Astolinus de Rubeo, Raimondus de Bene, Dominicus de Faxano, Coradinus de Homo Sellario, Benvenutus de Albertomorto, Jacobinus de Bensato, Dondedeus de Petrobono Mussò, Janelus de Salvatico, Alegrinus de Giberto, Egidius de Mantuano, Mansfredus de Petrobono, Carnelvarius Beccharius, Johannesbonus de Bonacosa, Albertinus de Girardo, Blaco Bucacius Beccarius, Ribaldus de Mussello, Johannes de Pipino, Baricellus, Martinus de Uberto Calegario, Albertinus de Ricardo, Sigefredus de Bitio, Johannes Bellus de Crema, Belvicinus de Manzo, Henricus de Rixenzano, Johannesbonus de Biliffima, Rodulfus de Sallaxerio, Johannesbonus de Persolana, Stancarius, Gandulfus, Astremaldus, Manzolo, Lanfrancus de Bonavia, Johannesbonus, Bonvicinus de Segnore, Albertus de Sancto Stephano, Girardinus December, Belducus Girardus, Marchetus, Guidolinus de Capitale, Ricus, Nicolaus de Manzolo, Ugolinus, Thomaxinus de Piguano, Henricus de Storto, Jamboninus de Spojano, Boccamajore, Albertinus de Zesa, Bonaventura de Faroldis, Degoldens de Verona, Mantuanus de Azone, De Elicha, Naimerius de Carpitello, Ollebertus de Domino Agnello, Albertinus de Porzello, Aimiricus de Unelfredo, Bonetus, Jacobinus, Rodolfus de Barbalata, Petrus Pizolusbonus, Bateria, Ramofinus, Anedens, Graciadeus de Rivalta, Torzellus, Rodolfus de Bona, Guidolinus Bentefacius de Crema, Obrandus de Cassara, Guido de Bassa, Trunavinus de Rivalta, Gualla, Ollegerius, Bonacursus de Bussis, Egidius, Janellus, Girardinus de Montagna, Henricus Ferrarius, Petrus



trus de Casaja, Othonellus, Raimondus, Johannesbonus, Benzetus, Adamus, Petrusbonus de Marchixinis, Jacobinus, Lanfrancus, Boninsegna Murzarius, Dominus Lodoicus Advocatus, Azolinus de Stortis, Lugarinus, Ferius, Benvenuto de Bochadecane, Gigus, Gibertus de Rio, Coradinus, Jambonus, Olinus, Ugolinus de Curtapelle, Jacobinus, Odolinus de Fano, Oliverius, Guido, Musus de Corno, Albertus de Piliza, Zenus Calzolarius, Pazonus de Traimondo Scarozo, Gandulfus Ferrarius, Egidiolus de Bonojohanne Segnore, Janninus de Alberto Magistro, Janninus Stancarius, Andreas de Castiluto, Dedaus Murator, Todeschinus, Janellus de Ricolso, Mantoaninus de Martino Butrigatio, Eidiolus de Tomba, Compagnonus de Dainis de Mutina, Palmerius de Lanfranco, Egidius Marcharia, Gotesfredus de Mugnono, Trancedinus Notarius, Bonectus Ferrarius, Bellebonus Notarius, Arnoldinus de Maxono, Jordanus Notarius, Janninus de Othone, Ugolinus de Guillielmo, Jacobinus de Egidio, Bernardinus de Taruffo, Nigellus de Bastardis, Murinus Beccarius, Bonaventura Notarius, Lanfranchinus de Flossa, Majolus, Janninus de Bd, Bonaventura de Cortolino, Janninus de Pildericcio, Grecius, Drunginus, Portonarius, Peldiriccus, Adamus de Sabatino, Rodulfus de Pazo, Ubalinus Fornarius, Marzidus de Anezano, Albertus de Rolando, Mulinarius de Domino Vacella, Olspinellus de Feltonia, Conradinus de Agatis, & Verzulus ejus frater.

Die Lunae II. Kalendas Januarii Bonaconsa Archarius de Mantua, Azoli-

A nus Praepositus Beccariorum, Johannesbonus Consul Mercatorum, Delaguarda Consul Mercatorum, Egidius de Bono Praepositus Drapariorum, Airolus Notarius, Petrus de Aimo Praepositus Pilipariorum, Albertus de Caloroso, Guido de Betio, Raimondus de Bene, Ruzinetus de Faxano, Ugo de Episcopo, Albertus Caxotus Praepositus Piscatorum, Girardus de Pegolosto, Egidius de Villana, Arnolbolnus Brixanus, Conradinus de Bujo, Petrinus de Gorganzolo.

B Alum Mantuae Domino Othone de Brixia Juris Praeceptore, & Domino Rodulfo Bravi praesentibus, & praedicta sacramenta pro Communi Mutinae recipientibus.

C Ego Jacobus sacri Palatii Notarius interfui, & rogatus scripsi.

D Quod si inter finitimas Civitates bellum erumpebat, tunc aliae Urbes amicae officia sua interponebant, ne ad postremam internecionem vergeret excitata discordia. Eodem Anno quo Mutinenses & Mantuani societatem contraxere, bellum exarserat inter ipsos Mutinenses & Regienses. Castrum quoque Herberiae, uti fidem faciunt veteres Mutinensium Annales, obsessum fuit ab ipsis Mutinensibus. Sed Parmenses & Cremonenses intercessere, ut inter eos pacem restaurarent: quod & factum est, uti subsequens Charta nos edocebit, quam descripsi ex vetusto Regesto MSto Senatus Regiensis. Hujus etiam Pacis mentionem habes in Memoriali Potestatum Regii, Tomo VIII. Rerum Italicarum.

E

**Pacta Pacis inter Mutinenses & Regienses stabilita per Guidonem  
Lupum Marchionem tunc Parmae Potestatem, &  
Praetores Cremonae, Anno 1202.**

**I**N nomine Domini. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Ducentesimo Secundo, Indictione Quinta, die sexto intrante mense Augusti, in praesentia infrascriptorum testium. Marchio Guido Lupus Parmensis, nomine & vice Communis Parmensis, in concordia Domini Guarizonis de Michara, & Aymirici Dodhoni, Potestatum Cremonae, & eorum parabolâ, ibi praesentium, & parabolam dantium, qui pro se & aliis Potestatibus Cremonae fecerunt, & vice & nomine Communis Cremonae, praecipit per sacramentum Domino Manfredo de Pizo Potestati Mutinae, nomine & vice Communis Mutinae, ibi praesenti & recipienti, & Gerardo Rolandini Potestati Regii, nomine & vice Communis Regii, ibi praesenti & recipienti, ut Pacem & finem inter se ad invicem faciant pro Communibus utriusque Civitatis: & eâ factâ & redditâ iurent, semper illaesa observare de omnibus maleficiis & dampnis dotis & fallis inter Comune Mutinae & Comune Regii. Qui vero Potestates, scilicet Dominus Manfredus pro Comuni Mutinae, & Dominus Gerardus Rolandini pro Comuni Regii, in continenti ad invicem Pacem fecerunt & finem, secundum quod eis praeeperat Dominus Marchio: & eodem modo in omnibus, osensu pacis interveniente. Insuper Dominus Marchio eodem modo praecipit eis per sacramentum pro Comuni utriusque Civitatis, scilicet Regii & Mutinae, ut in omnibus & per omnia ita attendant & observent per se & per omnes illos de utraque Civitate, qui

**A** sacramentum de stando eorum praecipit sub eis jecerunt, sicut in Carta attestata per manum Ottonis de Lomello Notarii de Cremona facta continetur, & ibi ostensa a me Guidone Notario audiente & vidente ibi lectâ, in qua Carta ita continetur.

**B** Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Ducentesimo Secundo, Indictione V. die Mercurii ultimo, exeunte Julio, in Palatio Cremonae. Nos Marchio Guido Lupus Potestas Parmensis, nomine, & vice Communis Parmensis, & Dominus Guarizo de Michara, & Dominus Odo de Comite, & Dominus Jacobus de Surdo, & Dominus Aymiricus Dodhoni, & Dominus Conradus de Summo, Potestates Communis Cremonae, de discordia, quae est inter Mutinam & Regiam, sic suavis omnes concordet: videlicet; quod Communagia destruat, & destructa Reginis restitatur, nec amplius a Mutinensibus nec a Reginis debeat relevari, nec aliquis similis locus debeat ab aliqua partium in partibus illis fieri. Item quod Mutinenses non debeant imbrigare Reginis illas terras, quas Regini erant soliti tenere a Communagia inferius, quae sunt de Episcopatu Regino. Item sumus concordet, quod homines Regien'es accipiant de aqua Sitalue ex sua parte competenter sine fraude pro suo Navilio ibi, ubi accipere consueverunt pro suo Navilio. Et si accipere non consueverunt accipiant a Castello Arriano superius competenter sine fraude pro suo Navilio. Et si eam superius accipere non possent, accipiant aquam illam in arbitrio illius Potestatis

sis Cremonensis, qui ibi erit, & Potestatis Parmensis sine fraude ad suum Navilium. Item homines Mutinae accipiant de ipsa aqua ex parte sua competenter sine fraude pro suo Navilio ibi, ubi accipere consueverunt, vel alibi, uti placebit Potestati Cremonae, qui ibi aderit & Potestati Parmae ad communem utilitatem utriusque Civitatis. Et quicumque ire voluerit per Navilium Mutinae, libere possit & debeat ire sine contradictione Reginorum: & quicumque ire voluerit per Navilium Reginorum, libere possit & debeat ire sine contradictione Mutinensium. De illis vero locis, de quibus lis erat inter Mutinenses & Reginos sub hominibus Parmae, remaneat sub Potestate Parmae & Potestatibus Cremonae, & ipsi rationabiliter de hoc inter eos debeant cognoscere & finire. Item si aliquid est super apprehensum Reginis versus Mutinenses, vel a Mutinensibus versus Reginos, in arbitrio Potestatis Cremonae, qui ibi aderit, & Potestatis Parmae, de hoc debeat stare, excepto Castro Marzaliae, quod in eo statu, in quo est, remaneat: salvo eo, quod si de Episcopatu Regino est circa ipsum Castrum, quod non auferent eum Reginis, nec dant eum Mutinensibus. Item sumus concordēs, quod prisionerij Mutinae, qui sunt in Regio, veniant in virtute Potestatum Cremonae, & Potestatis Parmae, & jurent stare omnibus praeceptis eorum, nec de eorum virtute recedant, nisi prius destructa & restituta fuerit Communagia, & facta aquae ordinato supra scripto modo, & nisi prius pax fuerit ordinata & jurata ab utraque Civitate. Et prisionerij de Regio, qui sunt in Mutina, eodem modo veniant in virtute Potestatum Cremonae & Potestatis Parmae, sicut superius scriptum est. Et destructa Communagia & restituta ad voluntatem Potestatum Cremonae

A nae & Potestatis Parmae, sicut superius scriptum est; facta atque ordinata supra scripto modo sine fraude, & pace jurata inter utramque Civitatem, prisionerij utriusque Civitatis liberi & absoluti dimittantur, & Communagia ad dispendium Mutinae destruat. Et omnes supra scriptae Potestates Cremonae ibi concorditer statuerunt & dixerunt, quod illi vel ille eorum, qui iverunt propter hoc pro Communi Cremonae, & pro eis, in eorum concordia, habeant plenam potestatem praecipendi & dicendi in omnibus & per omnia, sicut superius scriptum est, unacum supra scripto Domino Guidone Lupo Potestate Parmae, ac si ipsi Potestates omnes Cremonae ibi essent praesentes. Et de hiis omnibus supra scripto modo fuerunt concordēs omnes supra scriptae Potestates Cremonae & Parmae ibi praesentes in Palatio Communis Cremonae. Ibi interfuerunt Raynerius de Brancasura, Anselmus de Sancto Vitale de Parma, Yachus de Dovarria, & Cremoxianus, Oldoinus, & Paganus de Burgo, & Ambroxius de Brodolano, atque Johannes de Gardano, atque Lanfrancus de Crexente, testes rogati.

Ego Otto Notarius sacri Palatii interfui, & hanc Cartam rogatus scripsi.

Item praefatus Marchio eodem modo in omnibus praecepit eis per sacramentum, ut die Mercurij proximo ducant & consignent eis in Civitate Parmae omnes prisionerios utriusque Civitatis, quos habent. Item praecepit per sacramentum supra scripto Manfredi vice & nomine Communis Mutinae, & omnium illorum de sua Civitate, qui sub eis juraverunt pro hac concordia, ut a supra scripta die Mercurij usque ad octo dies destruant Communagiam, & destruant eam Communi Regii restituant, sicut in supra scripta Carta continetur. Item praecepit utrique pro Communibus utriu-

utriusque Civitatis, ut a die Mercurii proximo usque ad octo dies faciant jurare omnes homines utriusque Civitatis, & locorum omnium de confinibus utriusque Episcopatus ipsarum Civitatum, hanc finem & Pacem firmam perpetuo tenere, nec eam habeant infringere, nisi utriusque Civitatis concordia remanserit. Ibi in continenti superscriptus Dominus Manfredus Potestas Mutinae, nomine & vice Communis Mutinae, & superscriptus Dominus Gerardus Rolandini Potestas Regii, nomine & vice Communis Regii, corporaliter juraverunt, hanc finem & Pacem firmam perpetuo tenere, nec eam aliquo modo habent infringere. Insuper dictus Marchio in concordia superscriptarum Potestatum Cremonae praecepit per sacramentum, ut in poena mille Marcharum argenti praenominatis Potestatibus Regii & Mutinae, cuilibet pro suo Communi, & ejus nomine, ut haec omnia attendant & observent, & suo Communi attendere & observare faciant in omnibus & per omnia, nec contra ea aliquo modo de cetero veniant. Quae omnia praecepit Domino Gerardo Rolandini Potestati Regii pro se & Domino Jacobo de Bernardo Potestati Regii suo socio recipienti, & Domino Mansfredo de Pizo Potestati Mutinae pro se & Domino Barufaldo de Fregnano nomine & vice Communis utriusque Civitatis, ut dictum est. Quae quidem omnia praedicta fecerunt atque praeceperunt in concordia, ut dictum est, salvo in omnibus praeceptis, quae dictae Potestates Cremonae, & Potestates Parmae omnes concorditer eis fecerunt.

Actum in glara Fluminis Situlae feliciter in festo Sancti Sixti. Ibi vero Martinus de Cella, Rugerius Biaqua, Otto de Lomello Notarius de Cremona, Bercillus Gabatorum, & Guido de Hen-

A zola, Tebaldus Facianus, Aycardus Fornarius, & Gerarducius Piscator de Parma, qui ad hoc fuerunt specialiter vocati, atque rogati testes.

B Ego Guido Stefani Notarius serenissimi Imperatoris Henrici interfui, & praecepto superscripti Domini Guidonis Lupi Marchionis Potestatis Parmae, & rogatus a praefatis Dominis Guarzone, & Aymirico Dodoni Potestatibus Cremonae scripsi hanc Cartam.

C Confesta fuit Pax ista Anno MCCII. die VI. Augusti, Indictione V. Foedus quoque supra editum, hoc est inter Mutinenses & Mantuanos firmatum, scriptum vidimus eodem Anno MCCII. die Lunae, II. Calendas Januarii, Indictione V. Sed quum Regiensium pax paucis mensibus antecesserit Mantuanum Foedus: quid est, quod in eo ipso Foedere Mutinenses ajunt: *Gueram quoque Reginis & Veronensibus igne & sanguine faciam?* Tam citone oblitus fuerat Mutinensis Populus pacta pacis cum Regiensibus initae, sequensibus potissimum Parmensibus & Cremonensibus? Heic ergo animadvertendum, in Foedere Mantuano occurrere quidem Annum MCCII. & diem Lunae II. Calendas Januarii, sed hunc Annum computari debere a Nativitate Domini: quod iis temporibus in usu frequenti apud alias gentes fuit, ac praecipue apud Mediolanenses. Ac proinde Annum MCCII. tunc apud Mantuanos exordium cepit non a Calendis Januarii, ut nunc fit, sed quidem a die XXV. praecedentis Decembris, quo etiam tempore decurrebat Indictio V. inchoata scilicet praecedente Mense Septembri. Propterea Mantuanum Foedus secundum vulgarem supputationem nostram pertinet ad Annum MCCL. dum adhuc bellum fervebat aut imminabat inter



Mutinensis voluit subfequentem Chartam, quam uti & praecedentem ex

A MSto Regesto Communis Mutinae depromfi.

*Qualiter Bononienses fregerunt treguam Mutinensibus, Anno 1233.*

**I**N Christi nomine, Anno a Nativitate ejusdem MCCXXXIII. Indictione VII. Frederico Imperatore regnante, die Martis IV. intrante Julio. Scriptum recordationis ad memoriam perpetuo retinendam. Cum Mutinenses essent in servitio Cremonensium ad defendendum Terram Cremonae, quae devastabatur & destruebatur a Mediolanensibus, venerunt die praenominato Bononienses cum Carozio apud Castrum Badiani, & posuerunt Carozium in ripa Samoziae, in loco ubi dicitur Pons Sancti Petri, in districtu Mutinae prope Castrum, & impetum fecerunt ad Castrum Badiani, & inciderunt vineas, & comburerunt blavas hominum dicti Castri & \* tegetes. Et ibidem Balistarii Bononiae cum Balistariis dicti Castri a media Tertia usque ad horam Sextam fortiter sagittarunt. Et eo die iverunt ad Castrum Sancti Caesarii cum Carozio, & ibi fixerunt tentoria & combuxerunt dictum Castrum.

Actum in Castro Badiani. Hujus rei testes fuerunt Dominus Thomasus de Radaldo, tunc Capitaneus Badiani, Arditijs Tadi Potestas, Jacopinus Marchexii Aderberii, Jacobus & Henricus Rastaldus, Rolandius Buzalelli, Girardinus Perdimefe, Bernardinus Azonis Rubei, Odericus Ugonis de Ferro, Martinus Bonaccursii, Benassai de Bono, Nicolaus de Bruneta, Andreas Bertolotti, Oddo de Carpo, Magister Poltonerius de Bruno, Bonmartinus de Cremona, Byliotus de Parma, Cogoza

**B** de Regio, Albertus Vetuli, Venturinus de Verona, Melius de Regio, Barixellus de Castellarano, Fachus de Bergamo, Oclerinus Albae, Janinus de Cremona, Johannes de Cagnis, Calandrinus Notarius, Mutinensis de Calzolario, Magister Tedaldus, Archerius de Parma, Johannes de Carzo de Parma, Brunus de Brandula, Gerardus Gualfredi, Ugolinus Bolognoli, Jacobus Bonincontras, Dominicus de Portonariis, Bartholomeus Guidobelli, Guidoclus de Soleria, Janulinus Alerii, Raynerius Veronensis, Ubertinus Doxii, & alii.

**C** Ego Crexentinus Guidonis, sacri Palatii Notarius scripsi, & exemplavi praecepto Domini Giberti Azonum Judicis & Assessoris Domini Girardi de Corrigia Mutinae Potestatis, ut in authentico continebatur, ita & in hoc exemplo legitur, currente Millesimo Ducentesimo Trigesimo Sexto, Indictione IX. die Mercurii IX. intrante Januario, praesentibus testibus Domino Jacobo de Mediliano, Domino Azone Guidonis Bovis, & Bonoinfanti de Asalito Notario.

**E** Cur Mutinenses injuriae hujus ac damni per Bononienses inlati testimonium quaesierint, e subsequenti Charta edisces. Ii enim ad Summum Pontificem Anno MCCXXXVI. suas querelas contra Populum Bononiensem foedifragum detulere: cujus rei testes exhibeo tabulas ex eodem Urbis nostrae Archivo depromptas.

Petitio Mutinensis Populi apud Gregorium IX. Papam,  
ut Bononiensem induciarum fractorem anathemate  
percussum denuntiet, Anno 1230.

**A** Nno MCCXXXI. Indictione IX. tempore Gregorii Papae, regnante Domino Frederico Imperatore, die XI. intrante Februario, Viterbii, in domo Raynerii Cardinalis, in qua tunc morabatur Dominus Papa, praesentibus dicto Domino Raynerio, Domino Johanne de Columpna, Domino Petro de Capoa, Domino Sinibaldo, Domino Oddo, Domino Thomasio, Domino Infredo, Domino Zillio, Domino Episcopo Savinae Cardinalibus, & praesente Fratere Gualla Episcopo Brixienſe, & praesentibus Domino Pagano de Turri de Mediolano, & Ambaxatoribus Brixiae, & Mantuae, & praesentibus Ambaxatoribus Cremonae, Papiae, Parmae, Forlivii, & Arimini, & me Guidone Imperiali auctoritate Notario, & aliis multis, Dominus Girardus Ottonis Iudex Ambaxatorum Communis Mutinae, vice & nomine Communis Mutinae, & pro ipſo Communi inter cetera, quae proposuit coram Domino Papa, dixit, & protestatus fuit de facto Guerrae inter Bononienses & Mutinenses; & ab ipſo Domino Papa requisivit, quod faceret denuntiari Bononienses, & totam eorum Civitatem, excommunicatos per partes illas, videlicet Lombardiae

**A** & Romaniae; quoniam erant excommunicati ipſo jure, eo quod venerant armata manu, & cum Carocis in districtum Mutinensium, inferendo dampnum hominibus Mutinae violenter, contra juramentum & treguam inter Bononienses & Mutinenses factum per Dominum Nicholaum Episcopum Regium, & contra interdictum excommunicationis per ipsum Dominum Episcopum Domini Papae Vicarium & delegatum, sicut apparet per publicis Instrumenta: & ipſe Dominus Papa confirmaverat ea, quae acta erant per ipsum Dominum Episcopum &c.

**B** Ego jam dictus Guido Notarius interfui &c.

**C** Foedera quoque contrahebant Italicae Civitates cum Comitibus & Marchionibus finitimis: ejusque rei exemplum praebebunt pacta, quae tunc iidem Mutinenses in bellum Regiense intenti percussere cum Guiljelmo & Alberto Marchionibus Malaspinis, quorum tunc in Lunensi regione major potentia videbatur. Quid ex utraque parte eâ occasione conventum fuerit, Acta, quae mihi suppeditavit Tabularium Communitatis Mutinensis, indicabunt.

Foedus a Guiljelmo Marchione Malaspina filio Moroëlli initum  
cum Communi Mutinensi, Anno 1202.

**I** N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCCII. Indictione V. die Lune, III. Kalendas Madii. Ego juro bonâ fide guardare & salvare homines Mutinae in aere & personis in

**E** tota mea Terra & meo Districtu per me & meos homines, & alibi, ubicumque potero. Et guerram Mutinensium contra Reginos meam faciam, & contra Reginos eam incipiam ad voluntatem

Potestatum Mutinae, sicut mihi dixerint, vel miserint nuntio vel litteris. Et bonâ fide faciam guerram Reginae per me & meos homines & meam terram igne & sanguine, & eos offendam, ubicumque potero. Item in exercitu Mutinae publico vel privato, quotiescumque denunciatum mihi fuerit a Potestate Mutinae vel Rectoribus, qui pro tempore fuerint, ad terminum, qui mihi datus fuerit nuntio vel litteris, cum mea gente, scilicet Militibus, Archatoribus, Peditibus, & Balistis veniam, & in eo stabo ad voluntatem Rectorum Mutinae, sive sim cum eis sive sine eis. Et Mutinenses bonâ fide jurabo, & eorum inimicos offendam, & hoc meis perditis & dispendio. Item non faciam pacem neque concordiam neque guerram recreutam, neque pactum cum Regina, nisi ad voluntatem Potestatis seu Rectorum Mutinae, qui per tempora fuerint, parabolâ michi datâ Consilio facto ad campanam sonatam. Item hec omnia observabo, & adiurabo Mutinenses contra omnem aliam Civitatem & locum & gentem, exceptâ Parmâ, usque ad viginti annos, & tanto plus, quantum Marchiones, concordia Consilii Mutinensium facti ad campanam, concordēs fuerint; & sacramentum renovare singulis quinque annis, nisi remanserit concordia utriusque partis, salvâ Fidelitate Imperatoris. Et Credentias Potestatis & Rectorum Mutinae, que mihi disse fuerint, tenere. Et hoc idem sacramentum faciam jurare Dominum Albertum Marchionem patrum meum, & Dominum Conradum ad terminum mihi statutum & datum a Potestatibus Mutinae. Item bonâ fide faciam jurare hoc sacramentum Milites de Gregnano, Nepotes Trusse

A de Castro Aginzali, Milites de Murguano & Vexano, & de Gerardengis, & de Filiis Ubaldi, & illos de Montemagno, & filios Raimondini, & Soffredengos, & de omnibus praedictis quantoscumque potero sine fraude, ita quod ad minus sint quadraginta Milites, & omnes nostros homines, quos habemus in Lunizana a Pontremolo usque ad Sarzanam sive fraude a XIV. annis supra usque ad LX. annos, ad voluntatem Potestatis & Rectorum Mutinae.

C Actum Mutinae feliciter in Domo Communis in pleno Consilio facto ad campanam sonatam, Domino Manfredi, & Domino Barusaldo Potestatibus Mutinae, Domino Janello, & Domino Bonifacio Advocatis, Domino Conrado Munarii, & Gulielmo Alberti Tosti Procuratoribus, & Domino Pio, Uberto de Fredo, Petrocino de Gomola, Henrico Alberto, & Jacobo Pasapontis, Gerardo Grammi; Rolando Richelmi, Gulielmo Gunterii, & aliis omnibus assistentibus in Consilio presentibus: Dominus Gulielmus Marchio filius quondam Moroëlii praedictum sacramentum, ut supra legitur, in omnibus attendere & observare, talis Evangelii juravit. In quo praedicto Consilio Gulielmus de Gregna, Gulielmus Cunimondi, Philippus de Pontremulo, Jacopinus Lanfranchi, & Garlaginus juraverunt bona fide facere Marchiones praedictos attendere & observare pactu & conventiones omnes Mutinensibus, sicut superius integraliter legitur, & per se omnia, ut supra legitur, observare, excepto de sacramento Domini Conradi faciendo.

E Ego Johannes sacri Palatii Notarius interfui & scripsi.



Paſta, quae Commune Mutinae jurat Alberto & Guilielmo  
Marchionibus Malaſpinis, Anno 1202.

**I**N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCCII. Indiſione V. die Lune, III. Kalendas Madii. Jurant Mutinenſes Marchionibus Malaſpinis, ſcilicet Domino Alberto & Guilielmo, bonâ ſile eos adjuvare recuperare Carpenetam & totum podere, quod fuit Gerardi de Carpeneta, quod eſt in Regio Episcopatu, & recuperatum manuteneſe, & defendere contra Commune Regii, & contra omnem perſonam, excepto Imperatore & ſuis Nuntiis, meis ſumptibus & perditis. Et Marchiones & eorum homines per totam Terram & Diſtrictum Mutine guardare & ſalvare, & alibi, ubicumque potuerint. Et hoc totum ſalvis ſacramentis, que fecerunt cum qualibet Civitate, excepto Regio, uſque ad viginti annos, & tantum plus, quantum Marchiones, concordia Conſilii Mutine. facti ad campanam, concordēs fuerunt; & ſacramenta renovare ſingulis quinque annis, niſi remanſerit concordia utriuſque partis. Hoc ſacramentum fecerunt Potestas Mutine, Dominus ſcilicet Manſfredus de Pizo, & Baroſaldus, & Advocati, Dominus Janellus, & Dominus Bonofacius, & Procuratores Dominus Curadinus, & Guilielmus Alberti Toſſi, predicto Domino Guilielmo Marchione,

**A** Guilielmo de Gregnano, Guilielmo Cuni-  
mondi, Philippo de Pontremulo, Jaco-  
pino Lanfranchi, & Carpagnino pre-  
ſentibus in pleno Conſilio Mutine, fa-  
cto ad campanam ſonatam. Et ibidem  
homines de predicto Conſilio predictum  
ſacramentum, ut ſupra legitur, ſimili-  
ter juraverunt, videlicet Arditio de  
Beccaſaba, Bernardus de Balugula,  
**B** Bernardus Poltonerii, Jacobus de Parma,  
Guido Guidoni, Lanfranchinus de  
Balugula, Albertinus Sigizi, Ubertinus  
de Balugula, Johannes Bellincini, Pe-  
trus de Funtana.

Memorat Troncius in Monumentis Hiſtor. Piſan. ad Annum MCC-  
XIV. concordiam initam a Piſana  
Republica cum Populo Cajetano; &  
**C** quando eam proferre mihi licet be-  
neficio olim nobilis viri Octavii de  
Abrahamo Primatialis Piſanae Canoni-  
ci, ea ipſam tenebris ereptam in  
publicae eruditionis augmentum.  
Quum verò nulla heic mentio fiat  
Friderici II. tunc Siciliae utriuſque  
Regis, veri videtur ſimile. Cajeta-  
num Populum tunc ſui juris fuiſſe,  
**D** iſſque turbulentis temporibus a Rege  
defeciſſe.

Paſta conventa inter Conſules Cajetae & Conſules Piſanos  
pro pace & concordia utriuſque Populi, Anno 1214.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Quoniam Pax  
velut cunclarum mater virtutum, ſalu-  
tis preparat incrementum, & in ea  
gentium utilitas cuſtoditur, equum eſt

**E** & ſalubre, ut inter homines habita  
ſummopere conſervetur. Ecum itaque  
nos Cajetani Conſules Conſtantinus Scat-  
tarius, Rainerius Domini Docibilis,  
Johannes Patrianus, Gregorius Peronis

pro Communi Civitatis Gajetae ad nobilissimam Civitatem Pisanam pro reformatione Pacis nobiles & prudentes Legatos nostros Silardum Gattulam, & Gregorium Gattulam Judicem mitteremus, placuit sapientissimis Consulibus Pisanorum pacem cum dictis Nuntiis regalis componere sapienter, eamque hinc inde in scripto redigere competentem. Promittimus ergo & juramus nos dicti Consules Gajetani, & Civitas Gajeta, & omnes homines ipsius Civitatis & tenimenti ejus tenere firmam pacem Pisanam Civitati, & omnibus hominibus ipsius Civitatis, & ejus fortiae & districtus. Et quod de cetero Civitas Gajeta & homines ipsius Civitatis & tenimenti per nos, vel per alios nos offendi permittemus aliquem hominem de Civitate Pisana vel de ejus fortia, seu districtu in personis vel rebus terra vel aqua mari vel alibi. Et quod si offensus facta fuerit alicui de Civitate Pisana vel de ejus fortia, seu districtu ab aliquo de Civitate Gajetae vel tenimento ejus in persona, Civitas Gajetae & Commune ipsius Civitatis vindictam inde facient convenientem. Si vero in rebus, res restitui vel dampnum facient emendari infra dies quadraginta, ex quo inquisiti fuerint per literas Consulium seu Rectoris Pisanorum sigillo Communitatis Pisani, si de rebus offendentis vel delinquentis mobilibus vel immobilibus tantum Civitas Gajeta, sive Commune ejus poterat invenire. Et quod cuilibet Pisano & de ejus fortia & districtu conquirenti de aliquo Gajetano vel homine de ejus tenimento super Contractis & promissionibus habitis vicissim infra dies quadraginta Civitas & Commune Gajetae rationem fieri faciet in Curia Civitatis Gajetae, nisi gratia testium vel Instrumentorum, vel alterius legitima dilationis remanserit. Et quod nos vel Civitas Gajetae &

A homines ipsius Civitatis & tenimenti non permittemus aliquum Galeam vel Navem, vel aliquod aliud lignum in Gajeta vel ejus fortia vel tenimento contra Pisanos in cursum. Et quod nullam prestantiam permittemus fieri ab aliquo Gajetano, vel ab aliquo alio ejus fortiae vel tenimento alicui, qui ire velit vel eat in cursum contra Pisanos in Gajeta vel ejus fortia seu tenimento pro faciundo ibi campo, seu divisione. Et quod non recipiemus sequentes Consules vel Rectores in Civitate Gajetae, nec illi alios, qui haec omnia observare & facere non jurent. Et quod sic annuatim observetur & juret usque ad terminum viginti quinque annorum. Si vero aliquis Pisanus vel de fortia seu districtu Pisanam Civitatis inventus fuerit a Gajetanis in aliquo ligno inimicorum Gajetanae Civitatis in cursum eunte, liceat Gajetanis illum, & ejus res capere & habere sicut inimicum, & res inimici, & propterea pax non rumpatur.

B Acta sunt in Civitate Gajeta, per manus Johannis de Bone publici Notarii, de mandato & rogatu praedictorum Consulium, pro eis & pro tota Universitate Gajetae, & ejus tenimenti, Dominicae vero Incarnationis Anno Millesimo Ducentesimo Quarto Decimo, VIII. die mensis Junii, II. Indictionis.

E Post haec autem in eodem loco. Nos Adenulfus Marcanella Judex, Gregorius Gattula Judex & Legatus, Filardus Gattula Legatus, Marinus Ploja, Johannes de Cristoforo, Modelmus Baraballus, Bonus Zeccadanarius, Planca-deo Pizzicademon, Leo Surrentinus, Docibilis Gattula, Joannes Zeccadanarius, Docibilis Marcanella, Constantinus Maltaciamel, Docibilis Gattula de Filardo, Cristoforus Faraonis, Gregorius Papa, Leo Bius, & Guido Cabotus Consiliarii, Rainalilus Burdonis; Joan-

Joannes de Ciocano, Petrus Bulgaminus, Joannes Ruffus Spatarius, Dodo Spatarius, Constantinus Mostaca, Joannes de Alberico, Ricardus Maltacia, Joannes Gattula, Filardus filius ejus, Leo Ploja, Godfridus Gattula, Joannes Sitpa, Thomafius Guidonis, Joannes Burdonis, Dodo Riccius, Stefanus de Galletto, Jacobus Leonis, Marinus de Tirello, Lumbulus Judicis, Adenulfus Surrentinus, Bartolomeus de Robberto, Stefanus Spatarius, Joannes Papa, Johannes Faraonis, Leo de Rainaldo, Johannes Lana, Mathens Baraballus, Jacobus de Dodo, Agnellus Ofatenava, Leo Castanea, Vitalis Maltacia, Joannes Gattula Ferracis, Marinus de Plaza, Petrus Bantrefus, Joannes Castanea, Marinus Caldina, Petrus Mostaca, Marinus de Raynerio, Gregorius Castanea Dellazita, Modelmus Gattula, Laudatus Ploja, Constantinus Capoccia, Bibianus Johannes Coronella, Constantinus Baraballus, Petrus Roganus, Modelmus Lazarus, Joannes de Sergio, Petrus de Adenulfo, Johannes Castanea preste, Johannes Baraballus, Docibilis Cabotus, Marinus Cerraponis, Gregorius Imbriacus, Raonardus Maltacia, Constantinus Gattula de Filardo. Marinus de Rasmo, Albericus Pizicademon, Leo Broncusula, Marinus Buccapassus, Constantinus de Marando, Sergius Castanea, Albericus Castanea, Johannes Maltacia, Jaquintus Papa, Petrus Raynerio, Petrus Romanus, Gre-

A gorius Spina, Mathias de Filoto, Bartolomeus Bubbacciani, Bonomus Siconis, Petrus Pica, Leo Coronella, Leo Baraballus, Johannes Cotina, & alter Johannes Salpa, Gaitanus Gattula, Gregorius de Alberico, Constantinus della Gavia, Stefanus Ursinus, Leo Piscis, Johannes Mancanella, Marinus de Gregorio, Petrus Bajola, Constantinus Mancanella, juravinus super sancta Evangelia Dei, quod pacem istam compositam & firmatam inter Civitatem Pisanam & Gajetanam firmam tenebimus, & non erimus in consilio, ut rumpatur.

✠ Ego Joannes de Bone, Gajetanæ Civitatis publicus Notarius, de mandato & rogatu praedictorum Consulum Cartam istam subscripsi & firmavi.

C Plures hujusmodi conventiones supeditare nobis posset Pisana Civitas, utpote quæ tunc terrâ ac mari potentiam suam longe protendebat, & cum remotis Urbibus commercium exercebat. Et profectò mihi praetermittenda minime videtur concordia inter Pisanos eosdem & Populum Arelatenfis Civitatis, Anno MCCXXI. restaurata, cujus exemplum ad me misit supralaudatus Canonicus de Abrahamo. Hinc autem intelligas, quale tunc fuerit Arelatenfium regimen atque conditio, hoc est Libertatis ac Reipublicae, in qua tamen suus etiam locus, multumque auctoritatis erat eorum Archiepiscopo.

### Conditiones pacis atque commercii peragendi inter Pisanum Populum & Arelatensem, Anno 1221.

I N nomine Trini & Unius Dei. Amen. Nos Isnardus de Antravenis, Dei gratiâ Potestas Arelatenfis, pro nobis & toto Consilio & Populo universo tam Civitatis quam Burgi

E Arelatenfis universis & singulis praesentibus & futuris, & pro omnibus hominibus jurisdictionis & districtus & forcie Arelatenfis Civitatis, facimus vobis Bertrando, Rainaudo, & Bernar-

do Verreolo recipientibus pro nobili viro Domino Bonacurso Henrigi de Cane Pisanorum Dei gratiâ Potestate, & pro Communi Pisano & Civitate Pisana, & omnibus Pisanis, & omnibus hominibus Pisani districtus, & qui Pisano nomine censentur, firmam & veram Pacem. Et omnes querimonias de rebus ablatis sive dampnis illatis, quas Arelatensis Civitas ac Commune Civitatis Arelatensis, vel aliquis de Civitate vel jurisdictione vel districtu ejus habet contra Universitatem Pisanam, vel contra aliquem Pisanum, vel contra aliquem de jurisdictione vel districtu Pisanæ Civitatis, & contra aliquem, qui Pisano nomine censetur, de dampna omnia eis illata, nos dictus Iſnardus de Antravenis Arelatensis, bono animo remittimus pro nobis, & Domino Archiepiscopo, & pro universitate & singulis personis Arelatensibus, & ejus forcie & districtu. Et convenimus & promissimus pro nobis & supradicto Domino Archiepiscopo, & pro Rectoribus & Consulibus presentibus & futuris & Universitate Arelatensi, & pro singulis hominibus Arelatensis, & ejus forcie & districtus, vobis Bertrando, Reinaudo, & Bernardo Ferrcolo, pro Domino Bonacurso Potestate Pisanæ recipientibus, & pro Communi Pisano, & pro Civitate Pisana, & omnibus Pisanis, & Pisani districtus hominibus, & qui Pisano nomine censentur, quod predictus Dominus Ugo Archiepiscopus, & ejus successores, & nos & Consules vel Rectores, qui in antea erunt prædictæ Civitatis Arelatensis & Populi Arelatensis, & omnes homines ejusdem jurisdictionis & forcie, firmam & veram pacem tenebimus cum Civitate Pisana, & cum omnibus hominibus Pisanæ Civitatis, & ejus forcie & districtus, & cum omnibus, qui Pisano nomine censentur, & sal-

**A** vabimus, & defendemus eos omnes in personis & rebus, terra & mari & aqua, satos & naufragos, eundo, stando, & redeundo in Civitate Arelatensi, & ejus portu & forcia & districtu, tam contra amicos quàm contra inimicos & contra omnem personam & locum. Et quod in personis vel rebus non offendemus in aliqua parte vel loco, ne offendi aliquo modo faciemus Pisanus vel aliquem eorum, vel aliquem de districtu vel forcia Pisanæ Civitatis, vel aliquem, qui Pisano nomine censetur, nec aliquem, qui in ligno Pisanorum cum Pisanis navigabit, nisi ille sit de Terra cum qua Arelatensis Civitas per suas literas Civitati Pisanæ denunciaverit, quod guerram habeat, quæ denunciatio fieri non debet nisi de ea Terra, cum qua in veritate Arelatensis Civitas Guerram habeat. Et tunc si eam offenderet, Pax propter hoc non rumpatur. Et quod si offensio facta fuerit de personis infra quadraginta dies, ex quo inde reclamatio facta fuerit Arelatensi Potestati vel Rectori vel Consulibus, etiamsi ille, qui offensam fecerit, fuerit de jurisdictione Civitatis vel Dominorum ejusdem Civitatis vel Potestatis seu Consulatum aut Rectorum convenienter vindictam inde faciet. Si vero de rebus fuerit offensio facta alicui Pisanæ Civitatis vel ejus jurisdictionis aut forcie vel districtus, vel alicui, qui Pisano nomine censetur: & hoc probatum aut certum fuerit, faciemus infra quadraginta dies continuos, communerandos ab inquisitione ab eo facta, vel ab aliqua persona pro eo cum integritate, ablata, si invenientur, restitui; si non invenientur de bonis, qui dampnum dedit, dum tamen solvendo sit, plenarie, ut dictum est, ablata restitui, vel emendari faciemus. Si verò solvendo non fuerit in totum sed pro parte, pro ea parte, qua solvendo

vendo fuerit, dampnum faciemus emendari. Pro eo autem, qui offensam fecerit, iusticiam secundum rationem & bonum usum Civitatis Arelatensis. Si verò autem dubitetur, utrum ille, cui dampnum illatum fuerit, sit de Civitate Pisana, vel ejus districtu aut forciam, aut Pisano nomine conseatur, & hoc non probaverit, faciemus omnia supradicta infra quadraginta dies, postquam de hoc literas sigillo Pisanae Civitatis a Communi Pisano missas habuerimus, & quominus habeant fraudem non commitemus; & tunc res, quas invenerimus, retinebimus spoliatos usque ad tres menses.

De Mercationibus & ceteris contractibus intra Pisanos & Arelatenses habitis, Pisani Arelate si voluerint Arelatenses conveniri possint, & ad rationem cogi. Et quod si aliquis Pisanus de Pisano districtu, seu forciam de aliquo negotio, quod & hodie in antea fiet, vel quod ante factionem Pacis inter Pisana Civitatem & Arelatensem factum fuerit, reclamationem fecerit de aliquo homine Arelatensi, vel de ejus districtu aut forciam, seu de aliquo foretaneo, qui in Arelate tunc invenietur, secundum rationem & bonum usum Civitatis Arelatensis, iusticiae plenitudinem ei fieri faciemus, exceptis quam de dominis datis, & ablationibus & rapinis hinc inde factis usque ad diem compositionis hujus Pacis: de quibus omnibus non teneatur facere rationem. Et quod recipimus, salvabimus & defendemus omnes homines & res & navigia Pisano, & hominum ejus forciam & districtus, & eos qui Pisano nomine consentur, cum omnibus rebus, quas habuerint sive secum reduxerint: qui & quae ad Arelatem vel ejus forciam devenient & applicabunt sive consugient & morari voluerint, ab omnibus hominibus & personis, & nominatim a Ja-

Tom. X.

A nuensibus & hominibus de districtu & riveria eorum, & eos securos & tutos faciemus & adjuvabimus eos pro posse nostro, & quandocumque egressi voluerint, eos libere exire & ire permittemus cum omnibus eorum rebus. Nec antequam voluerint Pisani eos exire cogemus. Et quod navigare permittemus Arelatenses cum Pisanis, & eis nullo modo prohibebimus, nec prohiberi faciemus cum Pisanis navigare, & ire quocumque modo volentibus. Et quod Januensium, vel aliorum publicorum inimicorum Pisanae Civitatis habere, si cum Arelatensibus forte in aliquo navigio inventum fuerit a Pisanis, ipsi Arelatenses non facient suum, nec suo nomine ipsum deferent. Et si forte aliquis Arelatensis cum Januensi, donec guerra inter Pisanos & Januenses fuerit, a Pisanis inventus fuerit in eorum navibus vel lignis eundo vel redeundo, liceat Pisanis & Pisanae Civitatis forciam & districtus hominibus Arelatensibus & res eorum tanquam Januensium offendere & capere, & crepta retinere, & non reddere nec reddi facere. Et propterea haec Pax & concordia non rumpatur. Et quod Arelatenses in aliquo navigio non deferent Salem in aliquam partem a Janua usque Pisas, nisi Pisas tantum. Et quod Arelatenses, in quacumque parte Mundi extra Arelatem vel ejus forciam fuerint, adjuvabunt Pisanos cum armis bona fide sine fraude contra omnes homines, nisi fuerint tales, cum quibus Arelatenses pacis confederationem haberent, contra quos adjuvare cum armis non teneantur, sed interponant partes suas bona fide sine fraude ad amicabilem compositionem faciendam. Et quod in Civitate Vechia, & ab inde versus Pisas bladum non accipient pro deferendo alicubi, nisi pro deferendo Pisas vel Arelatem tantum, videlicet quanta voluerint,

D d

lucrint,

luerint, ita quod de Arelate de ipsa blada extrahi non debeat. Et quod in prima audata, quam hoc Anno & singulis annis de cetero fecerint, Maremmam pro blada, quaecumque ligna fuerint, ad Portum Pisanum venienti, & Potestati vel Rectoribus vel Consulibus, qui pro tempore tunc erunt, eorum adventum significabunt, & si ei vel eis placuerit, Pisas inter duos pontes, nec propterea pax vicietur, quia sic actum est in hac pace. Et quod dictam habere Pisanorum, quod Arelatem per riveriam vel undecumque aut de quacumque parte aditum fuerit, si ibi venderetur, tollantur in introitu vel exitu denarii quatuor pro Libra monetae, quae cursum habet in Arelate, & non plus quacumque occasione. De eo autem, quod ibi non vendetur nihil tollatur, sed ubicumque voluerit ab eo, qui habuerit, deferri aliquo modo non impediatur. Et quod nulli personae vel loco, sive aliquibus personis de Provincia, vel de aliqua parte Provinciae, & nominatim de locis vicinis & propinquis Arelatensi Civitati, volentibus offendere vel damnificare Pisanos & Pisani districtus homines, & qui Pisano nomine consentur in personis & rebus, vel contra eos ire vel mittere in carsum, consilium vel auxilium dabimus de personis vel rebus, nec aliquem vel aliquos de Civitate Arelatensi vel ejus Burgis sive ejus forcia vel districtu cum eis ire vel navigare contra Pisanos, & Pisani districtus homines, & qui Pisano nomine consentur, nec vicualia sive Panaticam facere vel recipere in Civitate Arelatensi, vel ejus Burgis, sive ejus forcia vel districtu aliquatenus permittimus, & omnibus descendere vel exire volentibus per Rodanum qui currit sive habitatur juxta Civitatem Arelatensem, contra Pisanos & Pisani districtus homines, & qui Pisano nomine consentur,

si hoc nobis conslitterit, vel nobis notum fuerit, & eis commode sine praeparatione armorum resistere poterimus ne descendant vel exeant, bona fide resistemus, quousque jurent in illo itinere usque ad reverfionem non offendere vel damnificare Pisanos, & Pisani districtus homines, & qui Pisano nomine consentur, in personis vel rebus. Praedicta vero Pax & conventio debeat observari ab hodie usque in annos viginti quinque proximos. Et insuper nos Isnardus de Antravenis prenominatus Potestas, & Aymbardus Vicarius & Ugo Raynerius Judex Arelatensis, promittimus vobis Bertrando, Rainaudo, & Bernardo Ferreolo, recipientibus pro praedicto Nobili nostro Domino Bonacurso Henrigi de Cave Pisanorum Dei gratia Potestate, & pro Communi Pisano & Civitate Pisana, & omnibus Pisanis, & omnibus hominibus Pisani districtus, & qui Pisano nomine consentur, dictam pacem & omnia, quae in ea continentur, universa & singula rata & firma tenere, habere, facere, & servare usque ad tempus praetaxatum, & talis sacris Evangeliiis juramus.

Et nos Consiliarii infra scripti, videlicet Bertrandus Porcellatus, Archar- dus Aurella, Guilielmus de Viridifolio, Guilielmus Ugo, Ugo Gaufridus, Ugo Jailencus, Rostagnus Laurentius, Poncius Guerencaus, Petrus Cadaffa, Petrus de Merricis, Bertrandus Boniffilius, Bertrandus de Monteolino, Audebertus de Nouta, Petrus de Aqueria, Ugo Fulco, Rostagnus de Becdeium, Poncius Basson, Bertrandus Bonaudus, Guichertus Gaufridus, Trabustolus Gaufridus, Mataronus Miles Lombardus, Rainaudus de Turbia Milles de Castiis, Guilielmus de Miramars, Raimundus Rufus . . . . . Petrus Itercius, Petrus de Toro, Guilielmus de Bosco, Guilielmus

Iulius Bernardus Rapina, Bertrandus  
 Senequicus, Raimundus Bencelinus, A-  
 matus & Petrus, Ugo Anilius praeser-  
 tam pacem, & omnia, quae in ea con-  
 tinentur, universa & singula rata &  
 firma promittimus vobis Bertrando,  
 Rainaudo, & Bernardo Ferreolo tenere,  
 habere, facere, & servare, &  
 tactis sacris Euangeliis juramus. Et  
 nos infra scripti de Populo tam Civita-  
 tis, quam Burgi Arelatensis, videlicet  
 Bertrandus Cappa, Pellegrinus Romens,  
 Petrus Guilielmus, Poncius Bovetus,  
 Bertrandus Johannes, Bartolomeus Sca-  
 fa, Guilielmus de Olivarario, Rainaudus  
 Isterisus, Petrus Raimondus, Petrus U-  
 go Causidicus, Petrus Steffanus, Guil-  
 ielmus Bartolomeus, Guilielmus Ri-  
 cardus Guilielmus Laurentius, Aicar-  
 dus Raimundus, Bedos, Bertrandus Sil-  
 vesfer, Bernardus Marinus, Raimus  
 de Sancto Georgio, Bertrandus de No-  
 vis, Berengarius Roreria, Petrus Du-  
 rantus, Guilielmus Roardus, Bernar-  
 dus de Aqueria, Stephanus de Roreria,  
 Ugo de Sancto Mauricio, Bertran-  
 dus Rainaudus Javeris, Stephanus de  
 Molezerio, Petrus Bonus, Guilielmus  
 de Cabannis, Guilielmus Gaufridus  
 Lombardus, Berengarius Darderius,  
 Bertrandus Borzanno, Guilielmus Ri-  
 cardus de Furcis, Guilielmus Bricius,  
 Petrus Ralonus, Bernardus de Roca-  
 maura, Johannes Causamira, Guiliel-  
 mus Raimundus de Bosco, Poncius An-  
 soin, Poncius Arnaudus Fripolus, Pe-  
 trus Rainaudus, Raimundus Bonusfilius,  
 Bernardus Retollas, Ugo Mataronus,  
 Jacobus Regangrola, Johannes de San-  
 clo Floro, Petrus Scuderius, Raimun-  
 dus Dalmacius, Riccardus Feminus,  
 Johannes Vassalli, Petrus Martinus,  
 Guilielmus Michaël, Ademarius, Pe-  
 trus Pascab, Petrus Ramat, Johannes  
 de Aratris, Guilielmus Poncius, Pe-  
 trus Stephanus, Guilielmus Guercudus,

A Petrus de Sancto Egidio, Poncius Du-  
 rantus Boragenor, Guilielmus Gante-  
 rius, Bertrandus Scuroi, Raimundus  
 Bartolomeus, Rostagnus Scuroi, Duran-  
 tus Almeranus, Petrus Gabardus, Tro-  
 pinus Guilielmus, Petrus Bertrandus,  
 Ipoardus Bertrandus Claperius, Petrus  
 Girardus, Bernardus Soprancerius, Gau-  
 fridus Arlatani, Ugo Rapina, Ugo de  
 Airaga, Petrus Rasariae, Guilielmus  
 Mercaderius, Guilielmus Pistor, Pe-  
 trus de Ecclesia, Guilielmus Deodatus,  
 Guilielmus Petrus, Bertrandus Doblon-  
 ga, Poncius Ferreolus, Guiraudus Gros,  
 Guilielmus Frissonus, Poncius Lamber-  
 tus, Petrus Pelliparius, Guilielmus  
 Caralatus, Guilielmus Paulus, & Ar-  
 nolus Pelliparius, praedictam pacem &  
 omnia, quae in ea continentur, uni-  
 versa & singula promittimus rata &  
 firma tenere, habere, facere, & ser-  
 vare usque ad tempus praesertatum, &  
 tactis sacris Euangeliis juramus. Et e-  
 go Alunnacius mandato Populi tam Ci-  
 vitatis, quam Burgi Arelatensis in pu-  
 blico Parlamento, in animas totius Po-  
 puli praedicti & meam, praescriptam  
 Pacem & omnia, quae in ea continen-  
 tur, universa & singula promitto rata  
 & firma tenere, habere, facere, &  
 servare usque ad tempus viginti quin-  
 que annorum continuae computandorum,  
 & tactis sacris Euangeliis iuro.

Actum fuit hoc Anno Dominice Incarna-  
 tionis Millesimo Ducentesimo Vigesimo Pri-  
 mo, mense Madii, in Civitate Arelatensi.

✠ Ego Guilielmus de Gravezons, pu-  
 blicus Arelatensis Notarius, mandato pre-  
 nominati Potestatis Arelatensis, & Com-  
 munitium praedictorum juratorum hanc Car-  
 tam scripsi, & signo meo signavi, & sigillo  
 Communis Arelatensis plumbeo sigillavi.

Pari modo exerere possum foedus  
 longe antea initum inter eosdem Pi-  
 savos & Cornietanos, qui tunc sui ju-  
 ris fuisse noscuntur.

## Pacta foederis inter Pisanos &amp; Cornietanos, Anno 1174.

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Amen. Nos Pisanorum Consules juramus ad sancta Dei Evangelia vobis Cornietanorum Consulibus & Cornietanis omnibus, firmam pacem tenere, nec vobis, nec vestri districtus hominibus offendemus, nec offendere faciemus neque consentimus in personis vel habere, sanis vel infirmis, in terra vel aqua. Et si aliqua persona Cornietanis offendere voluerint, si potuerimus, sine fraude remanere faciemus, ut offensionem possint evitare, & in renuntiatione fraudem non commitemus. Et si offensus aliqua a Pisanis in Cornietanos facta fuerit, infra quadraginta dies ex quo ab eorum Consulibus vel eorum certis literis Communi eorum sigillatis fuerimus inquisiti, rationem inde fieri faciemus secundam rationem nostrae Civitatis. Decretum non faciemus nec constitutum alicui homini, Cornietum ire volenti, excepto de veni ferri. Et nullam aliam dationem vel dirictionem eis tollemus, nisi que mox tolli solita est. Et si nostre Galee vel homines nostri, invenerint navigia Cornietanorum Januam euntia, & eos jurare fecerint, Pisas cum carico venire, & Januam ierint sine impedimento, liceat nobis Pisanis facere vindictam de eorum habere ad nostram voluntatem, & propterea pax non rumpatur. Et a tribus annis retro faciemus rationem Cornietanis de dampnis datis a Pisanis in Cornietanos. Et si reclamatio facta fuerit a Consulibus Cornietanis pro Communi contra Consules Pisanos, pro Communi nullam exceptionem vel defensionem objiciemus, quo tempore Guerre illud damnum datum sit. Si verò reclamatio facta fuerit a privata persona

**A** contra privatam, omni exceptione, quae potest, utatur. Hec pax sit duratura ab hodie usque in decem annos. Et faciemus jurare omnes Socios nostros, praesata omnia firma tenere & observare. Et in brevi sequentium Consulium, vel Rectoris, aut Dominatoris, vel Potestatis mittere faciemus praesata omnia usque ad predictum terminum, firma tenere & observare. Et unum hominem ad vocem in communi Parlamento super animam Populi jurare faciemus, praedicta omnia firma tenere & observare. Salva fidelitate Domini Imperatoris. Hoc intellectu, ut si aliqua persona voluerit offendere aliquem Cornietanum in persona vel habere in sortia nostra vel districtu, & hoc persenserimus, vel cognoverimus, bona fide studebimus impedire, & sine fraude cognitum ei faciemus, ut exeat & libere possit exire de sortia nostra cum persona & habere. Et si supervenerit, quod eum capere velit in persona vel habere, eum defendemus in persona & habere, donec extra sortiam nostram sine impedimento fuerit, & propterea pax non rumpatur. **B** **C** **D** **E** Addimus, ut huic sacramento communi concordia addi possit & minui. Et faciemus jurare omnes Socios nostros praedicta omnia firma tenere infra octo dies, ex quo a Messo Cornietanorum Consulium inde fuerimus inquisiti, & unum hominem ad vocem super animam Populi in communi Parlamento infra eundem terminum jurare faciemus. Si una pars alteri evicerit, compenabitur in eo quod alteri evictum fuerit, quoad concurrant summe. Et quod plus fuerit, aut restituetur de Communi, aut concedemus recolligere denarios quatuor per modum Cornietanum, & quod super ordinem mora-



morabitur, jurabit quod illud, quod statutum est, recolligere & non plus: & postquam ordo fuerit completus, amplius de eo ordine non recolliget. Jura-  
verunt Consules Pijani, Henricus Frederigi, Girallus, Gerardus Curtifve-  
teris, Robertus Vernagallus, Pisis in Ecclesia Sancti Petri in Palude. In pre-  
sentia Ildebrandi de Constantino, & San-  
ctuli, & Uguccionis de Raſca, & Mar-  
zacchi Gaſetani, & Pannis, & Porri,  
& aliorum multorum, Anno Dominice  
Incarnationis Milleſimo Centeſimo Se-  
ptuageſimo Quarto, ipſo die Kalendis  
Septembris, Indictione Sexta. Poſtea  
Guittonus Vicecomes, & Gaſetanus fi-  
lius Burgundii, Pijanorum Conſules ſi-

A militer juraverunt, predicta omnia fir-  
ma tenere & obſervare. Deinde unus  
homo ſuper animam Populi dantis ei  
parabolam in publico Parlamento jura-  
vit ad ſancta Dei Evangelia, ipſum  
Populum omnia ſupraſcripta firma tene-  
re & obſervare.

B Quibus verò pactis ſocietatem inie-  
runt Anno MCCLVII. Veneti ac Pi-  
ſani, quum Populo utrique bellum  
adverſus Genuenſes eſſet (de quo le-  
gendi Genuenſium Annales ad An-  
num MCCLVIII. Tomo VI. Rer. I-  
talicarum) quae ſequuntur Acta, e-  
differunt.

Societas inita Mutinae inter Commune Venetiarum & Commune Pi-  
ſarum contra Genuenſes, confirmata deinde Venetiis, Anno 1257.

„ **I**N nomine Patris & Filii & Spi-  
„ ritus Sancti. Amen. Pateat  
„ omnibus evidenter, quod Dominus  
„ Rainerius Zero, altiffimus Dei gra-  
„ tiâ Venetiarum Dux, preſentiâ,  
„ conſilio, conſenſu, & auctoritate  
„ Conſilii Minoris & Majoris Vene-  
„ tiarum, & ipſum idem Conſilium  
„ ſuo nomine & vice & nomine  
„ Communis Venetiarum, & omnium  
„ hominum de Venetiis, & qui pro  
„ Venetiis & nomine Venetorum ſe  
„ diſtringunt & defendunt per diver-  
„ ſas Mundi partes ad requiſitionem  
„ nobilium virorum Rainerii Gual-  
„ terotti, Johannis Gadubbi Jadicis,  
„ & Guidonis Panſciae quondam Pe-  
„ tri Porcelli, Sindicorum & Pro-  
„ curatorum & Ambaxiatorum Com-  
„ munitatis Piſani, prout conſtat per  
„ Cartam ſcriptam a Pantonerio No-  
„ tario Scriba publico Cancellariae  
„ Piſanae Civitatis, ſub Annis Do-  
„ mini Milleſimo Ducenteſimo Quin-

C „ quageſimo Octavo, Idus Auguſti,  
„ ſecundum curſum Piſanorum, &  
„ a nobis infraſcriptis Valgamento &  
„ Bonaccurſo Notariis viſum & le-  
„ gitum, confirmaverunt & ratifica-  
„ verunt ſocietatem, compagniam,  
„ & amicitiam nuper factam inter  
„ prefatum Dominum Ducem & Com-  
„ mune Venetorum ex parte una, &  
D „ Dominum Riccardum de Villa Pote-  
„ ſtatem, & Commune Piſarum ex  
„ altera, per Ambaxatores utriusque  
„ Communis, poteſtatem habentes  
„ ad hoc ap ipſis Communibus, &  
„ omnia & ſingula comprehenſa in  
„ ipſa ſocietate, ſecundum quod con-  
„ tinetur & legitur in Inſtrumentis  
„ ipſius ſocietatis, cujus ſocietatis  
E „ tenor per omnia talis eſt.  
„ In nomine Jeſu Chriſti. Anno  
„ ejuſdem ab Incarnatione Milleſimo  
„ Ducenteſimo Quinquageſimo Septi-  
„ mo, Indictione Quintadecima, ſe-  
„ cundum Curſum Venetorum, die  
„ Mer-

„ Mercurii XIV. exeunte Julio. Ideo  
 „ in presentia infracriptorum testium  
 „ ad hoc specialiter vocatorum &  
 „ rogatorum, videlicet Domini Guar-  
 „ nerii Judicis de Casio, Johannis  
 „ ejus nepotis, Acardini Trivisciani,  
 „ Mureti Paduani, Blanci quondam  
 „ Alberti de Pifa, Venturcilli Consi-  
 „ ejusdem loci quondam Gherardi,  
 „ Jacobi Dicci Pucci ejusdem loci  
 „ filii Vitalis. In nomine Patris &  
 „ Filii & Spiritus Sancti. Amen.  
 „ Ad honorem Dei, & gloriosae  
 „ Virginis Mariae matris ejus, &  
 „ Sancti Marci Evangelistae, & San-  
 „ ctorum Apostolorum Petri & Pau-  
 „ li & omnium Sanctorum & San-  
 „ ctarum Dei, & ad honorem &  
 „ exaltamentum Illustris Ducis Ve-  
 „ netorum & Comunis Venetiarum,  
 „ & Potestatis & Capitanei & An-  
 „ thianorum & Comunis Pisanorum  
 „ & omnium illorum, qui pro Ve-  
 „ netis & Pisanis se distringunt, &  
 „ defendunt, & nomine Venetorum  
 „ & Pisanorum censentur. Nos Jo-  
 „ hannes Ferro, & Petrus Barroccius  
 „ Nuntii, Ambaxiatores, Syndi-  
 „ dici, & Procur. excellentis viri  
 „ Domini Raineri Zeni, Dei gratia  
 „ Ducis Venetiarum, & Communis  
 „ Venetiarum, constituti ab eo con-  
 „ sensu & voluntate & verbo Con-  
 „ siliii Minoris & Majoris Venetia-  
 „ rum ad infra scripta omnia facien-  
 „ da, sicut de sindicatu & procura-  
 „ tione apparet per publicum Instru-  
 „ mentum factum manu Vaglameni  
 „ Notarii, & Ducalis Aulae Vene-  
 „ tiarum Cancellarii, sub Annis  
 „ Domini ab Incarnatione MCC-  
 „ LVII. Indictione XV. die IV.  
 „ exeunte mense Junii, secundum  
 „ cursum Venetorum, vice & nomi-  
 „ ne ipsius Domini Ducis, Consilii  
 „ & Comunis Venetiarum, sindica-

„ torio & procuratorio nomine ex  
 „ una parte: & nos Gualterottus  
 „ Zampanis, & Bonannus de Tem-  
 „ plo Ambaxiatores Sindici Procu-  
 „ ratores, & certi Nuntii Domini  
 „ Ricciardi de Villa, Pisanorum Dei  
 „ gratia Potestatis & Comunis Pi-  
 „ sarum ordinati ab eis consilio &  
 „ consensu Antianorum Pisani Popu-  
 „ li & Senatorum & Consiliariorum  
 „ Pisanae Civitatis, & ipsius Comu-  
 „ nis & Civitatis Pisanorum, ad in-  
 „ fra scripta omnia facienda, sicut de  
 „ sindicatu & procuracione apparet  
 „ per publicum Instrumentum roga-  
 „ tum & firmatum per Leonardum  
 „ Notarium Imperialis Aulae quon-  
 „ dam Albertini Cancellarii Comu-  
 „ nis Pisanorum Scribam publicum,  
 „ sub Annis Domini ab Incarnatio-  
 „ ne MCCLVIII. Indictione XV.  
 „ Quarto Idus Julii, secundum cur-  
 „ sum Pisanorum, sindicatorio &  
 „ procuratorio nomine pro ipsa Po-  
 „ testate & Comuni Pisanorum ex alia  
 „ parte, facimus & firmamus ad  
 „ invicem pro supradictis Comuni-  
 „ bus & omnibus hominibus dicto-  
 „ rum Comunium, & qui pro dictis  
 „ Comunibus & unoquoque eorum  
 „ se defendunt, sicut dictum est,  
 „ societatem & compagniam contra  
 „ Januenses, & qui pro Januensibus  
 „ se tenent & defendunt, duraturam  
 „ hinc ad decem annos proxime ven-  
 „ turos, & tantum plus, quantum  
 „ utrique Comuni placuerit super in-  
 „ fra scriptis omnibus videlicet, quod  
 „ de cetero per totum supradictum  
 „ terminum, sicut dictum est, Ve-  
 „ neti & Pisani, & omnes homines,  
 „ qui pro Venetis & Pisanis se di-  
 „ stringunt & defendunt in quibusli-  
 „ bet partibus & locis marinis tam  
 „ in terra, quam in mari, in qui-  
 „ bus se invenerint, teneantur, &

„ debeant sese ad invicem facere, A  
 „ manutene, & adjuvare contra  
 „ Januenses predictos, & qui pro  
 „ Januensibus se defendunt, quotiens  
 „ expedierit, sive Januenses offende-  
 „ rent Venetos vel Pisanos, sive Ve-  
 „ neti vel Pisani offenderent Januen-  
 „ ses, & sive Januenses inciperent,  
 „ sive inciperent Veneti vel Pisani,  
 „ sive ad requisitionem alterutrius B  
 „ partis, videlicet ipsorum Veneto-  
 „ rum & Pisanorum, esse unum  
 „ ubicumque fuerint, & se invene-  
 „ rint tam in terra, quam in mari  
 „ in predictis partibus marinis con-  
 „ tra dictos Januenses, & non esse  
 „ in consilio vel facto aut assensu,  
 „ quod jura & honores ipsorum Co-  
 „ munitum, vel alicujus eorum, quae C  
 „ nunc habent, & in antea in qui-  
 „ buscumque partibus habuerint, mi-  
 „ nuantur vel laedantur in aliquo,  
 „ & esse in consilio & assensu quod  
 „ amplientur & serventur & defend-  
 „ antur.

„ Et quod unumquodque Comune  
 „ recipiat alterum Comune & homi-  
 „ nes suos in terris & fortis ad D  
 „ guerram faciendam Januensibus &  
 „ eos salvos faciat in personis & re-  
 „ bus. Et quod ipsi Veneti non da-  
 „ bunt, nec dare permittent per suos  
 „ favorem, nec auxilium ipsis Ja-  
 „ nuensibus modo aliquo vel ingenio  
 „ contra homines Pisanorum, & qui  
 „ pro Pisanis se defendunt; & e  
 „ converso Pisani non dabunt, nec  
 „ dari permittent per suos favorem,  
 „ nec auxilium ipsis Januensibus mo-  
 „ do aliquo vel ingenio contra ho-  
 „ mines Venetiarum, & qui pro Ve-  
 „ netis se defendunt. Et quod per  
 „ Rectores Comunis Pisanorum, quo-  
 „ tiens mutabuntur, infra praedictum  
 „ terminum debeant praedicti & in-  
 „ fra scripta sacramenta firmari. Et E

„ Rectores hominum Venetorum in  
 „ Accon & alibi constituti, excepto  
 „ in Constantinopoli, in principio  
 „ eorum regiminum hec jurare de-  
 „ beant attendere & observare; &  
 „ Burgenses omnes utriusque Comu-  
 „ nis, qui se defendunt & distrin-  
 „ gunt per utrumque Comune, hec  
 „ sacramenta in capite quorumlibet  
 „ duorum annorum debeant renova-  
 „ re. Item quod Societas, quae fa-  
 „ cta est inter Pisanos & Januenses  
 „ ultra mare penitus destruat. Item  
 „ quod per Dominum Ducem & Co-  
 „ mune Venetiarum predicta omnia  
 „ significantur & mittantur suis Re-  
 „ ctoribus ubique Terrarum; & e  
 „ converso per Potestatem & Comu-  
 „ ne Pisanorum predicta omnia mit-  
 „ tantur & significantur suis Recto-  
 „ ribus ubique Terrarum. Et de  
 „ hoc de missione & significatione  
 „ fiat quam citius fieri possit ab  
 „ utraque parte. Item quod Comu-  
 „ ne & homines Venetiarum, qui  
 „ pro se distringunt & defendunt  
 „ per diversas partes Mundi non de-  
 „ beant offensionem facere modo ali-  
 „ quo Comuni, vel hominibus Pisa-  
 „ norum, nec illis qui pro Pisanis  
 „ se defendunt & distringunt per di-  
 „ versas partes Mundi, nec cum aliis  
 „ confederationem, vel societatem a-  
 „ liquam facere modo aliquo contra  
 „ Comune & homines Pisanorum,  
 „ vel ipsos Pisanos. Et quod non  
 „ debeant dare nec dari permittent  
 „ per suos modo aliquo favorem vel  
 „ auxilium aliquod contra ipsum Co-  
 „ mune, & homines Pisanorum vel  
 „ ipsos Pisanos, & qui pro Pisanis  
 „ se defendunt, durante societate  
 „ predicta. Et e converso Comune  
 „ & homines Pisanorum, & qui pro  
 „ Pisanis se defendunt & distringunt  
 „ per diversas partes Mundi non de-  
 „ beant

„ beant offensionem facere modo aliquo Comuni, nec hominibus Venetorum, nec illis qui pro Venetis se distringunt & defendunt per diversas partes Mundi, nec cum aliis confederationem, vel societatem aliquam facere modo aliquo contra Comune & homines Venetiarum, vel Venetos ipsos: & quod non dabunt, nec dari permittent per suos aliquo modo aliquem favorem vel auxilium aliquod contra ipsam Comune & homines Venetiarum vel Venetos ipsos, & qui pro Venetis se defendunt, durante societate predicta. Item quod Vexilla utriusque Communis quelibet navis, & quodlibet lignum hominum, & personarum utriusque Communis portet & deferat per mare infra predictum terminum. Et quod Precones seu Plazarii, sive Nuncii Rectorum utriusque Communis per ultra marinas partes constitutorum, portent & deferant Baculos in manu cum \* lignis utriusque Communis.

„ Hec omnia sicut dicta sunt, nos prefati Ambaxiatores, Sindici, & Procuratores Domini Ducis & Communis Venetorum sindicario & procuratorio nomine pro ipso Domino Duce & Comuni Venetiarum, & eorum vice & nomine convenimus & promittimus per solemnem stipulationem vobis prefatis Ambaxiatoribus, Sindicis & Procuratoribus Potestatis & Communis Pisarum recipientibus sindicatorio & procuratorio nomine pro ipsa Potestate & Comuni Pisarum, sic facere & attendere & observare per totum superscriptum tempus, & tantum plus quantum utrique Comuni placuerit, & fieri & attendi & observari ac compleri fa-

A „ cere a Domino Duce & Comuni Venetorum, & ab omnibus Venetis, & qui pro Venetis se distringunt & defendunt in quibuslibet partibus & locis marinis tam in terra, quam in mari, sicut dictum est. Et insuper in animas ejusdem Domini Ducis & illorum de Consilio, & totius Communis Venetiarum, habentes generale mandatum, ut in Instrumento Sindicatus & procurationis nostrae continetur, ad sancta Dei Evangelia juramus, & etiam predicta omnia confirmari & ratificari facere Instrumento publico interveniente per Dominum Ducem, & per illos de Consilio Minori & Majori Venetorum, ad requisitionem Potestatis & Communis Pisarum, vel alicujus Sindici seu Procuratoris ipsius Potestatis & Communis Pisarum, obligando nos pro Domino Duce & pro Comuni Venetiarum, & ipsam Comune, & bona ipsius Communis. Et eodem modo per omnia nos prefati Ambaxiatores & Sindici & Procuratores Potestatis & Communis Pisarum sindicatorio & procuratorio nomine, pro ipso Potestate & Comuni Pisano, & eorum vice & nomine convenimus & promittimus vobis praefatis Ambaxiatoribus, Sindicis & Procuratoribus Domini Ducis & Communis Venetiarum recipientibus sindicatorio & procuratorio nomine pro ipso Domino Duce & Comuni Venetiarum, predicta omnia, ut superius dicta sunt, sic facere & attendere & observare per totum superscriptum tempus, & tantum plus quantum utrique Comuni placuerit, & fieri & attendi & observari & compleri facere a Potestate & Comuni Pisano, & ab omnibus „ Pi-

„ Pisanis, & qui pro Pisanis se de-  
 „ fendunt & distringunt, & in qui-  
 „ buslibet partibus & locis marinis  
 „ tam in terra, quàm in mari, si-  
 „ cut dictum est. Et insuper in ani-  
 „ mas ejusdem Potestatis & predi-  
 „ ctorum Antianorum Pisani Populi,  
 „ & illorum de Consilio, & totius  
 „ Comunis Pifarum, habentes gene-  
 „ rale mandatum, ut in Instrumento  
 „ Syndicatus & procurationis nostre  
 „ continetur, ad sancta Dei Evange-  
 „ lia juramus, & etiam predicta  
 „ omnia confirmari & ratificari fa-  
 „ cere, Instrumento publico interve-  
 „ niente, per Potestatem & Antia-  
 „ nos, & illos de Consilio Minori  
 „ & Majori Civitatis Pisanæ, vice  
 „ & nomine totius Comunis Pisani  
 „ & omnium Pisanorum ad requisiti-  
 „ onem Domini Ducis, & Comu-  
 „ nis Venetiarum, vel alicujus Sin-  
 „ dici seu Procuratoris ipsius Domi-  
 „ ni Ducis, & Comunis Venetorum,  
 „ obligando nos pro predicto Pote-  
 „ state & pro Comuni Pifarum, &  
 „ ipsum Comune & bona ipsius Co-  
 „ munis. Renuntiante utraque parte  
 „ omni juri & actioni. quibus pos-  
 „ sint se tueri a predictis, vel ali-  
 „ quibus predictorum.

„ Actum est in hoc Burgo Porte  
 „ Saliseti de Mutina, in domo Ab-  
 „ demondi Albergatoris, prope Ec-  
 „ clesiam Sancte Crucis, secundum  
 „ cursum Pisanorum currente Mille-  
 „ simo Ducentesimo Quinquagesimo  
 „ Octavo, Indictione XV. ab Incar-  
 „ natione Domini nostri Jesu Christi,  
 „ die Mercurii, XV. Kalendas Au-  
 „ gusti. Et de hoc, voluntate par-  
 „ tium, possint plura instrumenta  
 „ fieri ejusdem tenoris, per me Mat-  
 „ teum Salvii Notarium de Pisa, &  
 „ per Melliorinum Notarium de

A „ Arpo, & dari cuique parti ad vo-  
 „ luntatem partium.

„ Et insuper præfatus Dominus  
 „ Dux præsentia, consilio, & con-  
 „ sensu, & auctoritate superscripti  
 „ Consilii Minoris & Majoris Vene-  
 „ tiarum, & ipsum idem Consilium  
 „ suo nomine, & nomine & vice  
 „ Comunis Venetiarum, & omnium  
 „ illorum, qui se pro Venetis &  
 „ nomine Venetorum distringunt &  
 „ defendunt per diversas Mundi par-  
 „ tes, prefatis Rainerio, Johanni,  
 „ & Guidoni Ambaxiatoribus &  
 „ Procuratoribus Comunis Pifarum,  
 „ & omnium illorum, qui se pro  
 „ Pisanis & nomine Pisanorum di-  
 „ stringunt & defendunt per diversas  
 „ Mundi partes, per stipulationem  
 „ convenerunt, & promiserunt; &

C „ Nicolaus Notarius Ducatus Vene-  
 „ tiarum in animas præfati Domini  
 „ Ducis & Consilii Minoris & Ma-  
 „ joris, & totius Comunis Venetia-  
 „ rum, datâ sibi parabolâ & licen-  
 „ tiâ ab ipso Domino Duce & Con-  
 „ silio coram nobis Vaglamento No-  
 „ tario Cancellario Ducalis Aulae  
 „ Venetiarum, & Bonaccursio de  
 „ Bunto Notario, & testibus infra-  
 „ scriptis, ad sancta Dei Evangelia ju-  
 „ ravit, predictam Societatem, Com-  
 „ pagniam, & Amicitiam, & omnia  
 „ & singula comprehensa in ea, ut  
 „ superius denotatur, facere, atten-  
 „ dere & observare, & attendi &

D „ observari facere ab omnibus Vene-  
 „ tis, & qui pro Venetis & nomi-  
 „ ne Venetorum se defendunt & di-  
 „ stringunt per diversas Mundi par-  
 „ tes, obligando se pro Comuni Ve-  
 „ netiarum, & ipsum Comune &  
 „ bona ipsius Comunis eisdem Am-  
 „ baxiatoribus, & Sindicis Comunis  
 „ Pifarum recipientibus, ut dictum  
 „ est. Ad cujus rei robur, memo-

E c

„ riam,

riam, & majorem firmitatem, praefatus, Dominus, & praefatum Consilium fecerunt, Sigillum Communis Venetiarum praesenti Instrumento apponi.

Acta sunt haec Venetiis in Palatio Ducatus, in praesentia Nobilium Virorum Petri Gradonici, Johannis Quirini, Johannis de Canali, Marci Cornarii, & Conradi, & Johannis de Varago Notariorum ejusdem Ducatus, testium rogatorum, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Septimo, Indictione XV. tertio decimo exeunte Augusto, secundum cursum Venetorum, & secundum cursum Pisanorum, Anno ab Incarnatione Domini MCCXLVIII. Indictione XV. Quarto decimo Kalendas Septembris.

Ego Bonaccursus de Bunti, Domini Friderici, Dei gratia excellentissimi Romanorum Imperatoris, Hierusalem & Siciliae Regis Notarius atque Judex ordinarius praefatis interfui, & rogatus hanc Cartam ad veritatis evidentiam scripsi atque firmavi.

Nos quidem, neque immerito, delectant ac eradiunt in politicis negotiis Paces & Foedera postremis hisce temporibus confecta, e quibus integros Tomos jam videmus confatos. Quae verò olim peracta fue-

re, rara sunt, quamquam & ipsa ad eruditionem ac Historiam plurimum spectent, & mores veterum nobis depingant. Propterea nemo neget, quin plurimi ipsa etiam antiqua documenta facienda sint; mihi quae non veniam duntaxat, sed & gratiam Lectorum polliceor, si alia id genus monumenta in hunc locum congeram, quae ad Historiam singularium Civitatum utilia aliquando erunt; sunt enim quibus edacitas temporum omnem jandiu suorum monumentorum supellectilem eripuit. Et primo emergat Foedus percussum Anno MCCLXXVIII. in castris circa Colloniam in domo, in qua morabatur Dominus Martinus Vallarexius Potestas Paduae, praesentibus Nobili Viro Domino Obizone Marchione Estensi, Dominis Cleregatio de Montefilice &c. Ibi Civitates Patavii, Cremonae, Brixiae, Parmae, Mutinae, & Ferrariae, & Nobilis vir Gerardus de Camino, societatem contraxere ad dampnum, destructionem, & mortem perpetuam & finalem Veronensium intrinsecorum, & suorum amicorum, salvo pallis foelis & iunitis inter Dominum Ducem, & Commune Venetiarum ex una parte, & Dominum Marchionem Estensem, & Commune Ferrariae ex altera. Hujusce Foederis documentum ex MSto Regesto Reipublicae Mutinensis descriptum accipe.

*Instrumentum Societatis & Ligae factae inter Civitates Patavii, Mutinae, Cremonae, Brixiae &c. contra Veronenses, Anno 1278.*

**I**N nomine Domini Dei eterni. Anno ejusdem Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Octavo, Indictione VI. die Lune III. exeunte Novembri, in castris circa Colloniam, in domo, in qua

morabatur Dominus Martinus Vallarexius Potestas Paduae, praesenti Nobili Viro Domino Obizone Marchione Estensi. Dominis Cleregatio de Montefilice, Johannes de Peccarellis, Ra-

le *Judex de Roncho de Civitate Cremonae, Fulchone Judice Doctore Legum, Gerardo Judice de Vitaliano Doctore Legum, Bonzanello de Vicentia, & Honore de Vigoargeris, & aliis testibus rogatis & specialiter convocatis. In nomine Domini. Amen. Ad honorem Dei omnipotentis, & beate Virginis Marie, & Sanctorum Prosdocimi & Anthonii & beate Justine Virginis, & omnium aliorum Sanctorum & Sanctarum Dei: & ad reverentiam & exaltationem sacrosancte Romane Ecclesie, & bonum statum Civitatum Padue, Cremonae, Brixie, Parme, Mutine, Ferrarie, & omnium amicorum suorum. Et ad dampnum, destructionem, & mortem perpetuam & finalem Veronensium intrinsicorum & suorum amicorum. Domini Petrus Consallonerius, & Gaitanus de Gaitanis de Brixia, Ambaxatores & Sindici Communis & hominum Brixiae, ut continetur in Instrumento facto per Bertellum Cardinalem Notarium de Brixia: Dominus Charbrinus de Quaquis de Cremona, Sindicus & Ambaxator Communis & hominum Cremonae, ut continetur in Instrumento facto per Franciscum de Bracis Notarium de Cremona: Domini Bonacursus de Monticulo, & Guilielmus de Servideis de Parma, Ambaxatores & Sindici Communis & hominum Parme, ut continetur in Instrumento facto per Marcum Cantellum de Parma: & Domini Guilielmus de Guierb..... & Franciscus de Bulugola de Mutina, Ambaxatores & Sindici Communis & hominum Mutine, ut continetur in Instrumento facto per Simonem de Testalvaria Notarium de Mutina: & Dominus Beldemandus Notarius Henrigeti de Padua Sindicus Communis & hominum Padue, ut continetur in Instrumento facto per Jacobum Notarium Magistri Thomassii: & Domini May-*

*nardus de Maynardis, & Jacobus de Constabilis de Ferraria, Syndici Communis & hominum Ferrarie, ut continetur in Instrumento facto per Oslobanum Notarium de Casis, a me Notario visis & lectis. Omnes predicti Sindici sindicario nomine pro suis Communi-  
 bus & Universitatibus; & vir nobilis Dominus Gerardus de Camino pro se & nomine suo, inter se & ad invicem fecerunt & contraxerunt societatem, unionem, Ligam, & fraternitatem perpetuam, & perpetuo duraturam inter predicta Communia & Universitates & superscriptum Dominum Gerardum de Camino, ad exaltationem & bonum statum omnium predictorum Communium & Civitatum, & predicti Domini Girardi, & omnium suorum amicorum, & ad dampnum, destructionem, & mortem perpetuam & finalem Veronensium intrinsicorum. Satis pactis factis & iuris inter Dominum Ducem & Commune Venetiarum ex una parte, & Dominum Marchionem Estensem & Commune Ferrarie ex altera: ita quod aliquod predictorum Communium & Universitatum, vel ipse Dominus Gerardus non possit nec debeat facere pacem vel treguam cum predictis Veronensibus intrinsicis sine voluntate & requisitione & consensu omnium aliarum Communium & predicti Domini Girardi. Hoc satis, quod Commune & Homines Padue facere possint pacem & concordiam cum predictis Veronensibus intrinsicis, dum tamen predicti Veronenses per illam pacem & concordiam remaneant amici hominum & Communium Civitatum Cremonae, Brixie, Parme, Mutine, Ferrarie, & predicti Domini Girardi. Item quod quodcumque dicti Veronenses intrinsici equitarent & irent cum exercitu vel cavalcata, causa faciendi moram contra Brixien-  
 ses, vel contra aliquam predictarum aliarum*

Civitatum, Commune & homines Padue, & ipse Dominus Gerardus teneantur & debeant equitare & exercitum facere contra ipsos Veronenses, si ipsi Veronenses equitarent cum exercitu contra predictos Brixienſes, vel contra aliquam aliarum Civitatum predictarum. Et e converso si predicti Veronenses equitarent cum exercitu vel cavalcata, causa faciendi moram contra Paduanos, Vicentinos, Tridentinos, vel contra ipsum Dominum Gerardum, predicta Communia & Universitates teneantur & debeant equitare cum exercitu contra ipsos Veronenses intrinsecos hoc modo, quod Commune & homines Padue & ipse Dominus Gerardus non teneantur equitare nec ire in exercitu contra dictos Veronenses, nisi ex partibus Civitatum Padue, Vicentie, & Tridenti, & a Civitate Tridenti citra usque Aticem, & non ultra Aticem, nisi placuerit Communi Padue. Et e converso predictae Civitates Lombardie non teneantur equitare nec ire in exercitum contra dictos Veronenses, nisi ex partibus Brixie versus Veronam & ejus districtum, nisi eis placuerit. Item quod singulis annis fiat colloquium de mense Martii per predictas Civitates & ipsum Dominum Gerardum, ibi, ubi melius fieri poterit ad dampnum & detrimentum predictorum Veronensium intrinsecorum, & Civitatis Veronae. Quae omnia & singula supradicta dicti Sindici judicario nomine pro suis Civitati-

A bus & Communibus, & ipse Dominus Gerardus inter se ad invicem, & unus alii, & omnes & singuli ad invicem solemniter stipulatione promisit & promiserunt, ac etiam corboraliter juraverunt attendere & inviolabiliter observare sub pena & in pena mille Marcharum argenti, & sub obligatione bonorum dictorum Communium pro singulis supradictis Communibus & Universitatibus, & pro ipso Domino Girardo. Quae totiens committatur & exigatur & peti & exigi possit, quotiens in aliquo suprascripto Capitulo fuerit contrafactum seu ventum per aliquod dictorum Communium. Quae soluta vel non soluta, commissa vel non commissa, omnia & singula supradicta cum obligatione dicte pene & bonorum in sua permaneant firmitate.

C Ego Bonifacius Notarius filius Pericii, qui fuit de Curtarodulo, existens in Officio Sigilli pro Communi Padue in secundis quatuor mensibus Potestatis Domini Marini Valarexii Padue Potestatis, interfui, & rogatus hoc scripsi.

D Gemina alia publicorum ejusmodi Actuum exempla hisce adtexere juvat, unum nempe Concordiae, quam Anno MCCXVIII. Mutinenses cum Mantuanis renovarunt, alterum vero Foederis, quod Anno MCCXXV. iidem Mutinenses cum Pistoriensibus inierunt, ex saepe laudato Regesto Mutinensis Communis excerpta.

Concordia inter Mutinenses, & Mantuanos, Anno 1218.

I N Christi nomine. A Nativitate e-  
jusdem MCCXVIII. in Civitate Mutine, super quodam Palatio posito prope Plateam Sancti Andree, in pleno Consilio, ad sonum campanae, universum, Consilium Mantuae Civitatis, in quo

E Palatio fiebant Consilia tempore Domini Brissacii Mantuae Potestatis, a postulatione Domini Alberti de Panzano, Domini Bernardini de Pio, Domini Conradi de Muntrio, & Domini Leonardii de Bochabadata, Mutine Ambaxiato-



xiatorum, fecit in breve sequimenti Mantue Civitatis, priusquam faceret sequimentum, scribi & legi in eodem Consilio quoddam Capitulum renovandi sacramenta Societatis facte inter Mutinenses & Mantuanos, cujus tenor talis est. Et Societatem & Compagniam factam inter Universitatem Mutinensis Civitatis, & sui Episcopatus, & ejus districtus, & Universitatem Mantuanæ Civitatis, sui que tocius districtus, ut apparet in Instrumentum per manum Arardi Notarii, renovato sacramento Societatis predictæ, usque ad terminos predictos, attendam bona fide sine fraude per omnia, & in omnibus observabo. Super quo breve juraverunt attendere & observare predictam Compagniam omnes, qui erant in Consilio supradicto, ut legitur, & apparet in eodem prescripto Capitulo: videlicet Dominus Bonifacius de Sancto Martino, Ugo Domini Guizardi, Jacobus de Robabella, Othobonus de Stancialibus, Arlandinus de Azolino, Amadeus de Azefo, Dominus Ugo de Buza, Gabriel Advocatus, Petrus Stancavinus, Guelfus de Picza, Dondedeus Cremenfis, Guido de Ripa, Rodulfus Domini Alberti Infantis, Baldezar de Robato Caput Paraticorum, Conradus de Caporo, Pratezanus Guardilinus, Lanfrancus Cremenfis, Nicolaus de Azefo, Gilius de Barabofus, de Pultronis, Bonacosa de Ripa, Lombardinus de Garxendonio, Janellus Bonipax, Tribolus, Janibonus de Gaimaris, Anselexius, Dominus Jacobus Domini Presbiteri, Jacobus Domini Bocamajoris, Dominus Thomasmus Zafardus, Fetinus de Monte, Bordulinus de Fulbemario, Nigrobonus de Anelnis, Dondedeus Notarius, Bonensegna Notarius, Gabriel Tribolus, Janibonus Naxingerra, Manfredus de Oculo, Ugitionus Agnetis, Oculinus Nivolane, Adelardus, Dominus Janebonus

A de Gambalivis, Dominus Bondinarius, Johannes de Arnoldis, Dominus Panga, Petrus de Gorgonzolo, Mantuanus de Bofo, Dominus Biulcinus, Ololinus de Bonafante, Dominus Mantuanus de Braida, Dominus Egidius de Flandino, Albertus de Petrozano, Dondedeus de Passorolo, Ugicio de Magarano, Raimondus de Folengis, Tedirixius, Gandulfus de Milono Orlandi, Albertinus de Torculinis, Albertus Notarius, Ravignanus, Bonaventura de Ravaxio, Benvegnutus Judex de Bucadicane, Lombardinus Notarius, Jordaninus Notarius, Guoldinus Domini Avecini, Ugo Amici, Gandulfinus de Tribolis, Breinus Albertus Salote, Acontius Bosonis, Arnoldinus de Flaningis, Onebonus de Ripa, Ugo de Iatato, Jacobus de Pressis, Castelanus, Bonaventura, Passavancius Judex, Rodulfus de Bosis, Giliolus Passaguadi, Bonaventura de Rainerio, Mantuanus Baldigazius, Sigisfredus, Jacopinus, Paticinus, Albertinus de Russico, Prendiparte de Oldeprando, Gicogninus, Albertinus de Brixia, Albertinus de Tuscolis Notarius, Aymiricus Notarius, Zonta Conul Burgisforti, Teotonicus Judex, Petrozulus Judex, Guacrus de Caprianis, Chabriel de Campitello, Dominus Bartholomeus, Johannes Cremenfis, Janibonus de Stacavinis, Bosus Judex, Jacobus de Bazeto, Nicolaus de Oculo, Vilanus de Munconis, Cleribaldus Notarius, Albertus Occorus de Ubaldino, Manzulus de Rivarolo, Balduinus Oxonis de Baluinis, Manzulus Tajolus, Bonvixinus de Manzone, Miratellus de Micaro, Jacobus de Benefacta, Nicolaus Confessor, Rambertus Vicecomes, Occunellus de Caprianis, Bonapars Domini Arduini, Jannirobus Ugonis de Ballozo, Petrus Dalinquatrus, Zunta Zanoni, Albertinus de Richa, Conradus de Vilmo, Albertonus Niardi, Anzilerius Felonie, Bonaccur-

naccurus de Tusca, Ugo Azolini, Albertus de Blanco, Ugo Mantuani, Occulinus Domini Alberti Advocati, Drolsolve, Pax Advocatus, Henricus de Stancialibus, Jannellus Piscatoris, Ollolinus de Monciis, Adelardus, Petrozonus de Johanne Rayverii, Albertus Scarfellus, Ricus Advocatus, Guido de Arnolfo, Petrus de Axandris, Rolandus de Benbono, Bonaventura de Scanabeco, Gilius Petrinus, Salatinus de Cassaris, Graundinus de Beloto, Mantuanus Matricii, Rolandinus Guocus, Laufrancus de Geze, Raimondus de Facuzogo, Brexannus de Cerixolis, Grasulanus de Zantono, Mantuanus de Ardizione, Ugo de Finzone, Raimundus Judex de Monticlaro, Jambonus, Ugolinus de Busulino, Bonaventura Venture Judicis, Bonifacius Notarius, Dondedeus de Prestinaria, Ancelinus de Lazefio, Conradus de Stortis, Albertus Advocatus, Martinus de Capillaria, Petrus de Castroguaerio, Bonaventura de Pazzaris, Ju-

Ambonus Judex, Johannes Romei, Johannes Spadarius, Bonaccursus Gregorii, Aimiricus de Campanis, Albertus Notarius de Brixia, Albertus Ciliis, Benvenuto Judex de Boccadicome, Bonaventura de Ravaxio, Ravagnanus Domini Ugonis, Bernardinus Ravaxius, Passata Domini Zantoni, Albertus Burfarius, Octus Scarcosus, Orlandinus Ugolini de Azolino, Bernardinus Milefi, Nicolaus Domini Rodulfi, Bonaccursus de Rivarolis, Gerardus Domini Aveni, Zonta Notarius de Majavatis. Presente Domino Hengeramo Mantue Potestate, Domino Arduino de Marano, Domino Giliolo de Romano suo Judice, Gerardo de Saxolo, Bonaventura Notario, Domino Sigicello de Bononia, & aliis pluribus ad hoc testibus vocatis.

Ego Ugolinus Notarius Domini Henrici Imperatoris interfui, & mandato universi Consilii Mantuanae Civitatis ad sonum campanae coadunati in Palatio superscripto, ut apparet superius, scripsi.

### Concordia inter Mutinenses & Pistorienses, Anno 1225.

**I**N Christi nomine; Anno a Nativitate Domini MCCXXV. Indictione XIII. die Lunae VII. exeunte Novembri. Haec est concordia facta inter Dominum Azonem de Fregnano & Dominum Bonaccursum de Corado, Ambaxatores Communis Mutinae & pro Comuni Mutinae, & pro Mercatoribus & omnibus aliis personis ipsius Civitatis & districtus ex una parte, & Dominum Bartholominum quondam Galgani Consulem mercadanciae Pistoriae & Dominum Nicolaum Judicem quondam Girardi pro Comuni Pistoriae, & pro omnibus aliis personis de Episcopatu Pistoriae & ejus districtu ex alia: videlicet, quod omnes homines & personae de Civitate, Episcopatu & districtu

**D** Mutinae sint sanae & securae in personis & rebus & habere in Civitate Pistoriae & districtu, in eundo, stando & redeundo, & ibidem manendo, exceptis latronibus, furibus, & falsariis. Item quod omnes homines & personae de Civitate Pistoriae & ejus districtu sint salvae & securae in personis & rebus & habere in Civitate Mutinae & ejus districtu in eundo, redeundo, & ibidem manendo. Item statuerunt, quod Strata fiat & aptetur, & aptata teneatur a Civitate Pistoriae usque Mutinam per Lizanum, Fregnanium, scilicet per Vallem de la Mula, Serazonum, Trentinum, Rochetam, Valdesasum, & per Paulum usque ad Balugolam, & usque Mutinam, vel per alium locum

locum vel loca, quae vel qui utrique parti placent, si per alia loca irent vel invenirentur, sint salvae & securae, ut dictum est supra, dictae personae cum habere & rebus. Et Civitas Mutinae faciat dictam Stratam aptatam & securam stare per totum suum districtum. Et Civitas Pistoriae faciat illud idem per suum districtum, silvis antiquis consuetis & drictis passaziis in utraque Civitate & districtu. Et de novo nullum passazium exigatur vel imponatur. Hoc salvo super passaziis, quod si aliqua instrumenta invenirentur vel instrumentum de ipsis passaziis specificatis, quae instrumenta essent facta in concordia utriusque Civitatis, vel eorum Ambaxatorum, quod ipsa instrumenta serventur & sint firma. Item fuerunt in concordia, quod una tantum persona per loca constituta super passaziis exigendis exigat & tollat passazium, & non plures: ita quod per Gualandellos tollatur apud Sarazonum & per Pregnanenses apud Rochetam de Scopiano. Item fuerunt in concordia, quod si aliqua persona de Civitate Pistoriae vel ejus districtu, contraxerit de cetero cum aliqua persona Civitatis Mutinae vel ejus districtus, vel aliqua persona Civitatis Mutinae vel ejus districtus contraxerit de cetero cum aliqua persona Civitatis Pistoriae, illa tantum persona exigatur, vel heres ejus aut fidejussor, vel qui pro illi persona obligata inveniretur, & nulla alia persona in habere vel rebus vel persona pignoretur vel impediatur vel exigatur. Item statuerunt, quod si aliqua persona de Civitate Mutinae habet vel habuerit aliquid petere vel requirere adversus aliquam personam de Civitate Pistoriae, illa persona eat Pi-

A storiā, & ipsam conveniat coram Potestate vel ejus Judicibus, & Potestas vel Judex Pistoriae teneatur conquerenti facere rationem inde secundum jura & Statutum Civitatis Pistoriae; & e converso illud idem observetur in hominibus Civitatis Pistoriae & districtus in Civitate Mutinae per illos de Civitate Mutinae & ejus districtu. Insuper concordaverunt, quod omnes securitates fidentiae, quae inter ipsas Civitates hinc retro factae sunt, vel quae factae fuerint per earum Ambaxatores in concordia, sint stabiles & firmae. Et haec omnia supra scripta praedicti Ambaxatores pro praedictis Communibus & personis utriusque Civitatis & districtus concordaverunt, approbaverunt & firmaverunt.

C Acta sunt omnia superscripta apud Hospitale de Valdelamula, praesentibus Presbytero Petro de Multelilzo, Domino Guidoto de Serazono, quondam Ubaldo Gualandelli, Domino Jacobo quondam Parisi, Presbytero Guidone de Valdelamula, Vezoso quondam Provincialis, & Gunterio quondam Bossi de Pistoria, & Bartholomaeo quondam Signorantis de Pistoria, & Morino quondam Petrizoli de Pignoto, rogatis testibus.

Ego Gandulfus de Macreto, sacri Palatii Notarius interfui & scripsi.

E Discordia erat inter Mutinenses & Ferrarienses, neque ineundae pacis ratio suppetebat. Quare Mutinensis Populus ad Fridericum II. tunc Romanorum Regem, postea Imperatorem, querelas suas detulere. Intercessit ille. Tabulas tunc ab eo scriptas exhibeo.

Delegati a Friderico II. Romanorum Rege Ferrariensibus praecipunt, ne Mutinensibus vias ac transitum intercludant, Anno 1219.

**I**N nomine Domini. Millesimo Ducentesimo Decimo Nono, Indictione VII. die Lune primo intrante Aprile. In presentia infrascriptorum testium in pleno Consilio generali facto & congregato ad pulsum campanae in Palatio Communis Ferrariae, ubi sunt Consilia, Dominus Bernardus Rolandi Rubei de Parma, & Dominus Anzelmus Iudex de Parma, exequentes & obedientes preceptum Domini Frederici Romanorum Regis & semper Augusti, atque Regis Sicilie, fecerunt legi Litteras Domini Regis bullatas cum sigillo ejusdem, videlicet per Francolinum Notarium Potestatis & Communis Ferrariae, quarum tenor talis est.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Sicilie, fidelibus suis Bernardo filio Rolandi Rubei, & Anzello Judici Parmensi, gratiam suam, & bonam voluntatem. Ad nostram audientiam noveritis pervenisse, quod homines, sive Commune Ferrariae non permittunt Mutinenses ire vel redire per eorum poderium vel districtum. Unde cum Majestatem Regalem deceat, Stratas apertas & securas tenere, tenere presentium vobis mandamus, auctoritate Regia firmiter injungentes, quatenus ipsos Ferrarienses, & Salinguerram, & Nepotem ex parte nostra monere debeatis sub pena bani duarum millium Marcharum argenti eis precipientes, ne, ipsis Mutinensibus in aliquo Stratam impediunt, sed eos per totum eorum poderium tam per terram, quam per aquam, in rebus &

**A** personis eundo & redeundo, secure ire permittant.

Datum apud Spiram VII. Kalendas Martias, Indictione VII.

**B** Quibus testis monuerunt ex parte Domini Regis Albertum Alamum de Florentia Potestatem Ferrariae pro Comuni Ferrariae & Homines de Consilio, qui ibi aderant, & Salinguerram & Nepotem ibi presentes, sicut in literis Domini Regis continebatur. Et preceperunt mihi Gilio Malliatico Notario de Parma, ut inde facerem Instrumenta plurima in uno tenore. Et preceperunt, quod nullus alius Notarius exinde faciat Instrumentum de dicta amonitione & precepto, nisi ego idem Gilius Notarius. Ibi vero interfuerunt Dominus Gibertus quondam Giberti Bernardi de Parma, Bernardus quondam filius Clerici de eodem loco, Rolandinus Domini Scorze de Parma, Petrus Fabri Notarius de Mutina, Mainardus de Mainardis de Ferraria, Marchesinus & Marchoaldus de Ferraria &c.

**D** Ego Egidius Notarius, qui Malliaticus dicor, Sacri Palatii, interfui, & hanc Cartam ex precepto & amonitione predicatorum Domini Bernardi & Domini Angeli Judicis scripsi.

**E** Stabilita denique Concordia fuit inter Mutinenses & Ferrarienses. Sed ut huic firmiora fundamenta forent, ejus confirmationem impetrarunt Mutinenses a Friderico II. Augusto, cujus tabulas profero, ex M<sup>o</sup>to Rege & Communis Mutinae descriptas.

*Qualiter confirmata fuit per Dominum Fredericum Imperatorem concordia facta inter Mutinenses & Ferrarienses, Anno 1246.*

**F**redericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem, & Siciliae Rex. Per praesens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris tam praesentibus, quam futuris, quod nos attendentes integritatem fidei & devotionis sinceram, nec non & accepta servitia, quae Mutinenses Cives fideles nostri nobis semper & Imperio exhibuerunt, & jugiter exhibere non cessant, de munificentiae nostrae gratia speciali, quam cum eis, tanquam cum benemeritis benigne volumus exercere, confirmamus eis pacem & concordiam, pacta & conventiones factas inter Commune ipsius Civitatis Mutinae & Commune Ferrariarum, & cum hominibus earundem Civitatum universaliter & particulariter, sicut in Instrumentis publicis hinc inde confectis apertius noscitur contineri. Praecipientes ea omnia, secundum quod in predictis Instrumentis publicis continetur, inviolabiliter observari. Mandantes & presentis scripti auctoritate firmiter injungentes, ut nulla prorsus persona magna vel parva, Secularis vel Ecclesiastica, contra predicta omnia aliquo tempore temerario ausu venire praesumat. Quod qui praesumerit in suae temeritatis vindictam indignationem nostram & poenam centum Librarum auri puri se noverit incursum, quarum medietas Camerae nostrae, & altera medietas passis injuriam persolvatur. Ad hujus autem confirmationis nostrae memoriam, & robur perpetuo valiturum,

**A** praesens scriptum fieri, & sigillo majestatis nostrae iussimus communiti. Hujus autem rei testes sunt Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, H. Mediolanensis, & Lando Reginus Archiepiscopi, Curienfis, & Abbas Sancti Galli, Cicensis, Basiliensis, Warmatiensis, Jacobus Taurinensis, & Maynardus Imolensis Episcopi, L. Lantgravius Thuringiae, Dux Saxoniae, Raynaldus Dux Spoleti, Comes Gislefridus de Vienna, & alii quamplures.

**B** Datum apud Burgum Sancti Domini, Anno Dominicae Incarnationis MCCXXVI. mense Junii, XIV. Indictione, imperante Domino nostro Frederico II. Dei gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliae Rege, Anno Romani Imperii ejus VI. Regni Hierusalem I., & Regni Siciliae XXIX. feliciter.

**C** Ego Albertus de Sassis Notarius, hoc exemplum ex authentico, ut in eo vidi & legi, in quo sic continebatur, ut in hoc exemplo legitur, nil addens vel minuens praeter literam per ignorantiam vel syllabam, bona fide extraxi & exemplavi, de mandato Domini Petri de Bostichis Mutinae Potestatis in MCCXLV. Indictione III. mense Augusto, Domino Frederico Dei gratia Romanorum Imperatore regnante.

**D** Haec monumenta ex pervetusto Civitatis Mutinensis MSto Regesto descripti. Accedant & excerpta ex pergamentis Archivi Estensis.

Charta concordiae & societatis inter Civitatem Tarvisi &  
homines Coneclani & Genetenses, Anno 1184.

**H**Aec est postea & sacramentum, quod homines Tarvisi fecerunt hominibus Coneclani & Genetensibus. Ego juro, quod bona fide & sine fraude wardabo & salvabo & defendam Castrum Coneclani, & homines Coneclani & ejus districtus, & eorum res in omnibus locis, ubicumque posita, nec aliqua occasione ipsum destruiam. Et si Commune Tarvisi vel aliquis occasione Communis Tarvisi jam dictum Castrum destruerent, infra unum annum de muro & foris incipiam, & infra quinque annos per aequae bonum reaedificabo, nisi remanserit verbo Consilii Coneclanensium consortium omnium vel majoris partis bona voluntate. Nec defendam, quin consortes Coneclani praedictum Castrum muniant, ac defendant, & propiciant. Et concedo, ut in omni anno possit facere sex mercato juxta Castrum Coneclani, ita quod muta sit in Consulium Tarvisi, qui erunt in Tarvisio & in Coneclano. Et omni anno tres Consules de consortibus Coneclani, cum in Civitate Consules electi fuerint, faciam. Et permittam Consules Tarvisi, qui aderunt in Coneclano ad justitiam faciendam, usque ad viginti Libras Venetorum facere in Coneclano, si ibi auctoritate querimonia deposita fuerit. Et si actor ad Civitatem Tarvisi pervenerit, & ibi querimoniam deposuerit, tunc ei ibi rationem faciemus aut faciam. Si autem Potestas facta fuerit in Tarvisio, tunc faciam & permittam tribus ex Consulibus Coneclani facere rationem in Coneclano usque ad viginti Libras, donec Potestaria duraverit, salvo hoc quod muta sit communis, ut dictum est supra; & tale harum &

**A** districtum super placitis & sententiis in Coneclano datis usque ad viginti Librarum poenam, quale in Civitate positum fuerit, & super ejus districtum. Et si sententia lata fuerit super consortibus de Coneclano ab Oberto, vel a tempore Oberti de Plucencia hucusque, quae excedat summam centum & quinquaginta Librarum, tunc non cogam praedictos consortes praedictam sententiam attendere. Et de maleficiis & rebus ablatis inter homines Tarvisi & homines Coneclani & Genetenses factis vel illatis a tempore destructionis Coneclani usque adhuc in pace vel in treva occasione werre, vel aliqua alia occasione, sit pax & finis. Et de poenis & duplis praedictos consortes Coneclani solvendis non cogam, quae poenae sunt commissae a tempore destructionis Coneclani hucusque. Et quinque millia Librarum dabo Gderico de Sannigo, & Viviano de Forminica, & Wiberto & Matthaeo de Albero, qui exstant modo Rectores Coneclani, vel eorum certo nuncio, dehinc ad Natale Domini, nisi verbo illorum omnium, vel majoris partis remanserint bona voluntate. Item omni anno, qui aderunt Consules vel Potestas, & qui modo sunt in Tarvisio vel pro tempore erunt, hanc postam firmam tenere jurabunt. Centum Milites & ducentes Pedites haec omnia firma tenere jurabunt, scilicet quos illi de Coneclano eligere voluerint. Et in omni decimo anno haec sacramenta renovabunt, scilicet centum Milites & ducentes Pedites. Et similiter juro, quod bona fide & sine fraude cum ratione me defendam, quod eos de Coneclano nec amittam, nec fraudem vel dolum

in eis amissuris committam. Et si Coneclanum pro Communi Tarvisi, vel occasione Communitatis Tarvisi destrueretur, aut si tres Consules in omni anno de consortibus Coneclani facti non fuerint, cum in Civitate electi fuerint, tunc volumus & convenimus amittere illos, & quinque millia Librarum.....

Item nos praedicti Widones facimus finem & pacem per wessillum, & damus omnem iurisdictionem & potestatem per nos & nostrum Commune, sicuti continetur in postea a nobis Communi Tarvisi facta, Walpertino de Anuso, Bonifacino de Crispinaga, Gerardino de Caseto, Conradino, Florio Judicibus, Capiti Lupo, Rondino Tarvisi Consulibus, de omnibus maleficiis & rebus ablatiis inter homines Coneclani & Cenetensis, & homines Tarvisi factis vel ablatiis a tempore destructionis Coneclani hucusque in pace vel in guerra, occasione guerrae, vel aliqua alia occasione, accipientibus pro se & Communi Civitatis Tarvisi. E converso nos jam dicti Consules similiter facimus finem & pacem per wessillum per nos & nostrum Commune, ut superius legitur, Odelrico de Sannigo & Wiberto, & Viviano de Furminigo atque Matthaeo de Albero Coneclanensium Widonibus, & nominatim de poenis & duplis, quae fuerunt commissa a tempore destructionis Coneclani hucusque, accipientibus pro se & Communi & hominibus Cenetensis. Et juramus nos Walpertinus, Bonifacinus, Gerardinus, Conradinus, Florius, Capudlupo, Rondinus, Ingilerius, Odolricus de Nordiglo, Clarenbaldus Tarvisi Consules, omnia praedicta semper firma & rata tenere, ut superius legitur. Ad haec juramus nos Rambaldus, Ezelinellus, Gerardinus de Wido, Johannes Bonapars, & Wido advocatus, Albertinus, Buzolinus, Wisemannus de Castro Marellis, Gatrassus,

A Bartholomaeus, Wivianus, Tamesarius, Varietus de Curte, Federicus de Porcelo, Campanillus, Sigisfredus de Papi-go, Johannesbonus, Rovarius, Wivianus de Ard..... Archeto Palagnis, Azelo de Reso, Bonifacius Vilicus, Trivisus de Pugno, Rolandinus de Malrello, Bonifacius de Sancto Vito, Riprandinus, Girardinus de Mabono, Inrigitus Milemarche, Musetus, Sclavus de Rivale, Odoricus Mantello, Albertinus Teotonicus, Jacobinus Allade, Gabriel de Tono, Johannes de Ordellasso, Aulivertus de Archiloto, Ostacius de Riccardo, Johannes Bonus, Martinus Coneclanus, Inrigitus de Straso, Wiscardinus, Inrigitus Stancavaca, Montenerius Judex, Leonardus de Gerardo, Seraphinus Liberius, Wido Judex, Inglerius Major, Pelegrinus Dives, Trivisus de Walperto, Artichus de Ainaro, Constantinus, Gombertinus, Ostacius de Mazelo, Obertus Judex, Leonardus Capitale, Grandinus, Lazarinus de Sizo, Bava de Ripa, Tedeschinus, Inricus Bucca, Albertinus de Leonardo, Trivisus Maderius, Bertaldinus de Vascono, Isnardinus, Pelegrinus Silius, Nicola Braga de lana, Conradus de Witiclinis, Tizonus, Nicolaus de Risto, Petrus Salzerius, Salegrinus de Emma, Pelegrinus de Molendino. Omnia praedicta semper firma & rata tenere, ut dictum est superius. Et juramus nos Marici de Civitate Tarvisi, scilicet Roya, Matthaeus de la Fontana, Johannes Boninus, Addehardus, Sigisfredus de Ripa, Adellemus, Leva, Ecclesia, Amigetus, Gerardinus de Molino, Beraldus Benincasius, Leonardus Picafoba, Cariola, Matthaeus Cocerius, Valdradinus, Vazinus filius Jacobi de Grause, similiter omnia praedicta semper firma & rata tenere. Quod faciemus bona fide & sine fraude jurare homines de nostris Colinellis hoc sacra-

mentum, quos illi de Coneclano petierunt sine fraude. Praesentium Walperti-  
ni de Caserio, Airiardini de Brayda,  
Diapoldi Judicis, Wirilii, Bartholomaei  
de Franco, Sinisfortis, Conradini filii  
Albertini Teotonici, Egidii de Dom-  
na Noveda, Flabiani de Burgonovo,  
Johannis de Robegnano, Vitalis Nota-  
rii, Johannis Bonis, Vitalis Notarii  
de Saxto Andrea, Rolandini Notarii,  
Vilani de Turre, Ecclini Grafi de Por-

A ta, Matthaei de Gaudenzo, Marquar-  
di Mazolii, Ausilii de Petro, Ervasi,  
Rodulfi de Pezamano, & aliorum, An-  
no Domini MCLXXXIV. Indictione II.  
die Martis IV. intrante Aprili.

Actum Tarvisi in Curia Majori in  
plena concione.

B Ego Manfredinus Federici Impera-  
toris Notarius rogatus interfui, & ut  
superius legitur scripsi atque complevi.

### Concordia Civitatis Brixiae & Ferrariae, Anno 1195.

**I**N Christi nomine. Amen. Anno Do-  
minicae Nativitatis Millesimo Cen-  
tesimo Nonagesimo Quinto, tempore Coe-  
lestini Papae, & Henrici Imperatoris,  
die III. introeunte Mense Julii, Indi-  
ctione III. super Palatio Communis Fer-  
rariae. Quoniam decet, universos Ci-  
vitatum Rectores dilectiones aliarum Ci-  
vitatum, cum quibus familiaritatem ha-  
bent, bene manutenere, & ea, quae  
ad concordiam & pacem inter eos per-  
tinent, ut justitia & ratio inter eos  
perseveret, in omnibus facere: ideo ad  
coercendas malitias & iniquitates ho-  
minum, & ut dilectio & firma ami-  
citia manuteneatur inter Civitatem Bri-  
xiae & ejus habitatores & districtus,  
& Civitatem Ferrariae & ejus habi-  
tatores & districtus, Nos Salinguerra  
Ferrariae Potestas, habito Sapientum  
Ferrariae consilio, & eorum volunta-  
te, Consilio facto per campanam pusa-  
tam, volens, si qua perperam sunt ge-  
sta inter Brixienfes & Ferrarienses ad  
bonum conducere, cum per Sapientes  
Ferrariae, scilicet per Ottolinum Mai-  
nardi & Albertum de Lusfa, qui vo-  
luntate nostra & Sapientum Ferrariae  
iverunt Brixiam, ad statuendum cum  
Consulibus Brixiae & Communis &  
Mercatorum, de discordia inter Ferrar-

C rientes & Brixienfes de rationibus Fer-  
rariensium & Brixienfium, eorum con-  
cordiam vidimus in scriptis. Quam con-  
cordiam Sapientibus habere placuit &  
firmatam, & eam ratam habuimus pro  
consilio & eorum voluntate, Sapientes  
in Consilio protulerunt. Unde venientes  
Manuel de Conciso Consul Communis  
Brixienfis, & Albertus Gratacollus Con-  
sul Mercatorum Brixiae, & Incerar-  
dus de Guffiago, & Jacobus de Omis,  
Nuntii & delegati a Communi Brixiae  
& a nobis, ea, quae in Chartula con-  
tinebantur per Ferrarienses, scripta per  
manum Johannis Notarii Henrici Im-  
peratoris, recipere velle, voluntate &  
consilio Sapientum Ferrariae, & voce  
totius Populi, talem concordiam & con-  
venientiam inter nos & praedictos Nun-  
tios de Brixia fecimus. Qui Albertus  
de Lusfa Miles, & Albertus de Lusfa  
E Judex, & Ottolinus Mainardorum, &  
Zininus fecerunt finem in manibus Ma-  
nuelis Consulis Communis Brixiae, &  
Alberti Gratacolli Consulis Mercatorum  
Brixie pro Communi & pro Mercato-  
ribus Brixiae, de omni eo quod possent  
agere vel dicere contra Commune Bri-  
xiense, vel contra Mercatores vel ho-  
mines Brixienfes, vel ejus districtus,  
exceptis Dominis de Bugizolis, quod



non debent eos inquietare vel aliquod malum eis facere. Et ita Dominus Salinguerra Ferrariae Potestas promisit pro Communi Ferrariae attendere & observare contra Commune Brixie & contra Mercatores, sicut in Charta pacis & concordiae factae per Ottolinum Mainardi, & Albertum de Lusfa continetur. Quae concordia talis fuit. Quod Salinguerra Potestas Ferrariae promisit & convenit pro Communi Ferrariae supradictis Nuntiis Brixiae, nomine Communis & Mercatorum Brixiae, quod de cetero non debet inquietare nec violentiam facere contra aliquem hominem de Civitate Brixiae vel ejus districtus pro facto vel debito vel contracto alicui de Civitate Brixie vel districtus, sed solummodo ei, cum quo contraxit, vel cui creditum fecit. Item statuit & convenit cum eis, quod amodo in antea si aliquis de Civitate Ferrariae vel districtus contractum vel creditum cum aliquo Brixienſe fecerit, vel cui crediderit, non debet inquietare vel petere contra aliquem de Communi, vel de Mercatoribus, nisi cum quo contraxerit, vel cui crediderit, sed caute praevideat cum quo contrahat, vel cui credat. Et versa vice homines Brixiae & ejus districtus contra Ferrarienses & ejus districtus facere debent, & ita promiserunt. Et si aliquis de Civitate Brixie vel de ejus fortia contraxerit, vel creditum fecerit cum aliquo Ferrariense vel aliquibus Civitatis Ferrariae vel districtus non debet inquietare vel petere sive exigere contra aliquem de Communi vel de Mercatoribus Ferrariae, nisi cum quo contraxerit vel cui crediderit, sed caute quisque caveat, cui credat, vel cum quo contrahat. Et ita Salinguerra Ferrariae Potestas supradicta omnia attendere nomine Communis Ferrariae, & observare, & facere attendere & conservare, Consules Ferrariae, qui erunt per tempora, parabolâ

A & voluntate Consiliatorum, qui erant in Consilio facto, & pulsato ad campnam Consilii, promisit. Et Manuel de Conciso Consul Brixienſis, & Albertus Gratacollus Consul Mercatorum Brixiae, & Inverardus de Guffiago, & Jacobus de Omis Nuntii Communis Brixiae & Mercatorum Brixiae pro Communi & pro Mercatoribus Brixiae promiserunt idem attendere & conservare. Et ideo praenominati Consul Communis Brixiae & Mercatorum dederunt nomine Communis & Mercatorum Brixienſium in manibus Domini Salinguerrae Potestatis Ferrariae pro Communi Ferrariae in praedicto Consilio, quindecim Libras Imperiales pro pacto & concordia supradicta interveniente. Quam concordiam & chartam atque pactum factum confirmavit Dominus Salinguerra Ferrariae Potestas nomine Communis Ferrariae, voluntate Consiliatorum, qui inferius scripti sunt, qui hanc Chartulam confirmaverunt, & eis placuit, ideo Jacobus Troſtae, Petrus Bonus Procuratores Communis, qui fuerunt testes: Pecorarius, Guntardus, Petrus de Remengarda, Pes Suricis, Petrus Vicentiae, Albertus de Beo, Ginibaldus, Raynaldus de Guatarelli, Bancius, Transmundus, Inardus de Waragolo, Suciis, Zilius Furni, Petrus de Albaro, Basilus, Deodatus Judex, Girardus Bemboni, Pellegrinus Notarius, Zuprianus, Daniel, Lenguetta, Jacobinus Jacobi Trottae, Albertus Gorgi, Caput Lupi, Saviolus, Simeon, Marchifinus Biquae, Rainerius Zambonus, Bonus Goettus, Bonus In'egna, Michilittus, Aldreandinus, Gibertinus, Artuicis, Johannes Capallus, Banzolinus, Donysdeus, Tacconus, Ubaldinus de Uguizone, Ricobaldus, Saviolus, Eppus, Manarettus, Clarimbaldus, Girardinus Tartobelle, Albertus Maglavaccae, & plures alii in pleno Consilio.

## Concordia Bononiae &amp; Ferrariae, Anno 1207.

**I**N nomine Domini. Talis concordia facta est inter Dominum Ifaccum de Duaria Potestatem Bononiae, & Dominum Salinguerram Potestatem Ferrariae super questione, quae est inter Galeranos & Mainardos: scilicet quod duo Arbitri debeant eligi de Ferraria & duo de Bononia, qui debeant cognoscere super omni lite, quae fuit inter Galeranos & Mainardos tam super sententia lata a Domino Guidone Lambertini, & Domino Buvaello, & Domino Carnelario, & Domino Gondaldo, utrum debeat valere vel non in totum vel in parte, & utrum tenuta sit data ex sententia, vel non; quam etiam super omnibus aliis litibus, & etiam de illis, quae continentur in sententia, si contingeret eam sententiam non valere, neque possessionem ex ea sententia dandam esse. Et id quod iudicaverint diffinitive, vel interlocuendo super possessione danda, ipsi electi firmiter faciant observari, ita quod interlocutoria praedicta habeat vim diffinitivae & auctoritatem. Et si discordia inter electos apparuerit, ad Abbatem Columbiam & Priorem ejusdem loci debeant communiter recurrere, consilio vel sententiae quorum acquiescant. Et in eo casu sententia ab eis lata firma sit & rata, sicuti ab ipsis Arbitris esset lata. Et Arbitri utriusque partis teneantur, eam mandare executioni. Hoc autem agi debet uno termino ad Piviam, & alio ad Bondonum, & sic de ceteris locis & terminis, vel alibi, ubi in concordia convenerint. Et neutra partium utatur, quae in lite vel erit, vel aliquis alius, nisi illi fuerint ab Arbitris utriusque partis electi, apud quos arbitros debent pervenire & per-

**A** manere quidquid perceptum erit, donec lis diffinita fuerit, & quidquid perceptum fuerit, detur arbitris utriusque partis. Arbitri autem sunt eligendi hoc modo, scilicet quod Potestas Ferrariae debeat eligere unum hominem, quem putaverit bonum & utilem, qui jure eligere & eligat duos Arbitros de Civitate Ferrariae, quos crediderit esse bonos & idoneos ad praedicta cognoscenda & expedienda, praesente Nuntio Bononiae in Consilio Ferrariae. Hoc idem per omnia fiat a Potestate Bononiae in Consilio Bononiae, praesente Nuntio Ferrariae, de eligente & eligendis, qui sint de Bononia. Eorum autem, qui eligere debent arbitros, tale debet esse sacramentum, scilicet quod debent jurare, quod praedictam electionem duorum arbitratorum faciant bona fide sine aliqua fraude, & quos putaverint bonos, idoneos, & legales ad praedicta cognoscenda & expedienda, remoto odio, amore, pretio, & precibus, speciali lucro, vel damno. Et arbitri electi praedicti possint cognoscere & sententiare altera parte citata & non veniente. Et Potestas Ferrariae teneatur facere venire arbitros Ferrariam, & stare ad ea facienda, quae sunt necessaria causae adlecta & designata ad terminum & terminos, quos ei denuntiaverint Potestas & Arbitri Ferrariae Bononiensibus per literas vel per eorum Nuntium. Idem in omnibus observetur ex parte Potestatis Ferrariae & arbitratorum Ferrariae in requisitionibus & omnibus aliis. Et utraque Potestas teneatur facere jurare praecognem in concione super anima Populi & ad vocem Populi, quod omnia praedicta & alia, quae continentur in ista concordia,

cordia, observabunt, & facient observari, & quaecumque dicta sunt & tractata super facto Galeriae & Mainardorum. In facto arbitrorum, scilicet in cognitione, observatione & pronuntiatione in suis locis designatis & terminis ita observetur in facto Domini Guidonis Lambertini & Zilioli Guizardi & Domini Petri Alberti Aldigerii. Item super lite, quae est inter Dominum Guidonem Lambertini, & Ziliolum Guizardi, talis habitus est contractus. Quod duo arbitri debeant eligi, unus a Potestate Bononiae & alter a Potestate Ferrariae, qui debeant cognoscere de possessione & dominio vel quasi; & quidquid judicaverint super unoquoque iudicio, ratum habeant & firmiter faciant observari. Interim tamen fructus litis debeant pervenire & permanere apud dictos arbitros utriusque Civitatis, ita quod neutra Potestas, vel aliquis alius debeat..... litis, nisi illi, qui erunt ab arbitris utriusque partis, non derogando juri aliorum, qui non sunt in lite hac. Et si discordia apparuerit inter ipsos arbitros, debeant recurrere ad Abbatem Columbæ & Priorem ejusdem loci, consilio vel sententiae quorum acquiescant. Et in eo casu sententia ab eis lata firma sit & rata, sicuti ab ipsis arbitris esset lata. Et arbitri utriusque partis teneantur eam mandare executioni. Et haec debeant agitari uno termino ad Doliolum, & alio ad Hospitale Ruptoli, & sic de ceteris terminis, & alibi, ubi in concordia fuerint.

Super facto Domini Petri Alberti Aldigerii, & ferri ablati, taliter tractatum est, scilicet quod duo Arbitri debeant eligi unus de Bononia, & alter de Ferraria, qui debeant cognoscere, si fructus percepti debeant restitui cum possessione, postquam possessio fuit ei data primo & postea ablata, quia du-

A bitabatur, utrum esse debeat propter verba concordiae & intellectum. Idem & in ferro propter factum interesse. Et quidquid laudaverint de fructibus, ratum habeatur, & ferrum, vel ejus justam aestimationem Commune Ferrariae restituat, vel restituere faciat eis, quibus fuit ablatum, cum interesse, si arbitri de interesse judicaverint. Ferrum autem, si ejus aestimatio praecise restituatur, quamvis non judicaverint de interesse. De ferro autem ablato Ferrariensibus occasione praedicti ferri idem faciat Commune Bononiae observari, si verum esse consiterit. De possessionibus Domini Guidonis Bazalerii restituatur eidem Domino Guidoni, vel ejus aestimatio..... temporis praesentis, & ferrum dictum ejus temporis, quo fuit ablata. De habere ablato Ugolino Zoppo & Zachariae & ejus sociis ita fiat. Quod si habere & potere eorum, qui deprædaverunt eos, inveniretur in Civitate Ferrariae vel ejus districtu, Commune Ferrariae faciat eidem Ugolino & ejus sociis dare, & si satisfieri non poterit, in banno ponantur, nec de banno extrahantur, nisi in totum satisfecerint, vel cum eis se concordaverint, & de Civitate & ejus districtu repellantur, ita quod non debeant ibi habitare. In factis Domini Salinguerrae fuerunt in concordia, quod debeat facere rationem filiis Domini Bonifacii, & quondam Boni Dominici sub arbitris, non obstante eo quod sit Potestas. Et in his statutis observatis omnia, quae continentur in tenore concordiae factae inter Bononienses & Ferrarienses debeant firmiter observari, scilicet in arbitris eligendis, & debitis confessis, & sententiis executioni mandandis, & in omnibus aliis Capitulis superscriptae concordiae comprehensis. Et Abbas Columbæ & Prior ejusdem loci habeant eandem

eandem auctoritatem & potestatem in omnibus & per omnia, quam habent praedicti Arbitri quatuor inter Galeranos & Mainardos, & duo inter Guidonem Lambertini & Ziliolum Guizardi. Item statutum est in facto Asalonis vulnerati, quod Potestas Bononiae faciat dari pignus LX. Librarum Bononiensium Domino Salinguerrae Ferrariae Potestati, & quantum deducitur, Guidonem Bazalerium, & ipsius filium Jacobinum dare Asalono a LX. Libris infra, tantum dabit. Et si casus tulerit, Asalorem ex illatis vulneribus mori, debet superaddi pignus LX. Librarum, & a LX. usque ad C. quantum laudaverint Dominus Isaccus, & Dominus Salinguerra Ferrariae Potestas, tantum dabitur heredibus Asalonis, & in utroque casu sine liberatione, sine morte, heredes & propinqui Asalonis, & pater debeat facere pacem, & jurare facere pacem in perpetuum Guidoni Bazalerio, & ejus filiis in persona & haecere & omnibus hominibus de Civitate Bononiae & Comitatu & districtu, & Asalonis si liberaliter faciet idem sacramentum, & pater ejus promittet certam poenam C. Librarum Im-

**A** perialium, si faceret contra pacem, dare Guidoni & ejus filio. De facto Domini Petri Adigerii statutum est, quod Dominus Petrus eligat sibi unum hominem, & filii Rainerii Marsilii alium, quos Potestas Bononiae faciet jurare designare terram, de qua fuit ei vel suo patri data tenuta per Commune Bononiae. Et ambo electi sint de districtu Bononiae. Et haec omnia utraque Potestas promiserunt se ad invicem observaturos.

**B** Actum in Ecclesia Sanctae Mariae de Doliolo, Anno Domini MCCCII. die XII. exeunte Martio, Indictione X. praesentibus ibi ex parte Ferrariensium Domino Liuzo, Domino Johanne de Albaro, Ziliolo Marcoaldi, Philippo de Pagano, Guidone Contrario, Ansideo de Beo, Previdino Tabellone, & Jacobo Notario; & ex parte Bononiensium Domino Guidotto Azzi Procuratore Communis Bononiae, & Domine Allaserio Consule justitiae, Domino Mercadante Legum Doctore, Domino Jacobo Pizolo, Domino Johanne Bouseri, Domino Buccaderonco, Domino Arpinello, Domino Ancecello de Ursis, & Guascuncino.

### Concordia facta inter Mantuanos & Ferrarienses, Anno 1216.

**I**N Christi nomine. Amen. Talis concordia facta est inter Mantuanos & Ferrarienses, videlicet quod Mantuani jurant, Commune Ferrariae manutenere in communitate & pace. Et si discordia sive guerra erit inter partem Salinguerrae & partem Marchionis, jurant ipsam discordiam & guerram citius, quo poterunt, redire ad concordiam & pacem, & Commune Ferrariae manutenere factam concordiam & pacem in communitatem & pacem. Et quod omnes concordiae & pacta facta

**E** inter Mantuanos & Ferrarienses tempore Marchionis Azonis Estensis, ab eo tempore infra in omnibus vicissim observentur. Et si aliquid in tholoneis acceptum vel ablatum est contra illa pacta, restitatur. Quae omnia supra dicta universum Consilium Mantuae, ad campanam coadunatum in Palatio Domini Mantuani Advocati juravit attendere & observare, die Sabbati IV. intrante Junio, Indictione IV. Mantuae MCCXI. Quod sacramentum praestiterunt illi Mantuani, in ipso Consilio e-

xisten-

xistentes, scilicet: Passavantius Judex, Dominus Gabriel Advocatus, Delacurra Miles justitiae, Ugolinus de Azolino, Rufinus de Descenzanis, Bonaccursus de Taja, Guidettus de Bonafco, Gandolfinus de Aroldo, Petrozolus de Albacassa, Cremosanus Campsor, Bonaventura de Adelardis, Ugo de Buccbis, Gandolfinus de Micaro, Ottobonus de Navelona, Ottolinus Parolaris, Federicus de Palastro, Persona Campsor, Ognabene de Folenginis, Zilius de Bavo, Albertus de Petrezano, Guascus de Cauriana, Buccamajor Consul Mercatorum, Albirolus Pelliparius, Zunta de Bigarello, Johanninus de Scavezato, Petrus de Azzo, Manfredus de Oculo, Zanelus de Discodata, Albertinus de Baldoino, Zambonus de Descenzano, Ugo de Magistro Raimundo, Raimundus de Letebanis, Dominus Presbiter Judex, Dominus Solazius, Prandinus de Racchis, Conradus de Cauriana, Rubens de Opizis, Albertus de Rodulfo Fante, Ugo de Madonna, Anselmus, Albertinus de Michaëlis, Fedicius de Ajula, Guido Arcialdi, Ottonellus Beccarius, Uguicio de Azzo, Albertinus de Bruniardis, Bertholottus, Jacobus de Misolino, Compagnonus de Petro Mezano, Adelardus de Crema, Rustigellus Piscator, Nicholus Calegarius, Martinus Guidonis de Crema, Dondedeus de Cremafchis, Thodiscus Judex, Saladinus de Capharis, Pegolottus Judex, Boso de Pultrone, Henricus de Descenzanis, Hubertus de Inviaco, Albertus de Benafco, Amadeus de l' Aceto, Petrus Notarius de Castello Gualterio, Zachaeus Domini Vacellae Judicis, Quilianus Vicedominus, Fredenzonus de Opizis, Gonbertus Judex de Redaldo, Petrus Judex de Letebanis, Albertus Advocatus, Zilius de Arlottis, Attolinus Domini Alberti Advocati, Paganus de Saraceno, Tajserrus de Arlottis, Ugo

A linus de Feroldis, Zanebonus Ugonis de Bellissima, Zanebonus Judex, Ugutio de Grosolanis, Bonaccursus de Malencalzo, Henricus Domini Conradi de Bosone, Boso Judex, Jacobus de Grosolanis, Ugo de Botengo, Deulognardi de Blando, Anzelerius de Capharis, Domasellus Trivalus, Johannes de Calderia, Trimannus de Ripalta, Gratiadeus de Ripalta, Fionus de Descenzanis, Henricus de Campitello, Conus Ugonis de Botengo, Joachinus de Capresio, Johanninus de Arnallis, Jacobus de Naimerio, Bonazunta Judex de Tintore, Bonaventura de Grosolanis, Mantuanus de Malvizio, Sinittus de Justamonte, Zerutus de Bonacosa, Zilius de Balduino, Magnanus Agisus Capud Paratici, Zanebonus de Gongozola, Ziliolus de Radicio, Ricardus de Regazana, Bonaventura de Fasanis, Dominus Recuperatus Vicedominus, Albertus de Descenzano, Jaccanus de Busano, Dominus Zanebonus de Gambalinis, Dominus Maioldus de Arlottis, Dominus Johannes de Rainerio, Dominus Morandinus de Arnallis, Dominus Benevutus Judex, Dominus Gabriel de Turte, Dominus Passaguadus de Sancta Agatha, Dominus Bonazunta, Dominus Gabriel Trivalus, Dominus Johannes de Ripalta, Dominus Castellanus de Capharo, Dominus Conradus Scartorum, Dominus Albertus Scaperlus, Mantuanus de Gaimaro, Dominus Oprandus de Capharo, Dominus Conradus de Ragazatio, Capharinus de Capharo, Dominus Conradus de Gambalinis, Dominus Adaminus Domini Venturae, Petrus Ugonis Vecchi, Guidolinus de Ripa, Crescimbene de Descenzano, Villanus Boaterius, Compagnonus Petri de Imperia, & Scardina de Tascia. Ferrarienses jurant attendere & observare omnia concordia & pacta facta inter Mantuanos & Ferrarienses

tempore Marchionis Azonis Estensis, & ab eo tempore infra, & in omnibus vicissim observare. Et similiter jurant Ferrarienses attendere, quod lata sententia per arbitros electos a Mantuanis in Ferraria in eo, quod Commune Ferrariae tenetur Mantuanis, solutio debeat fieri infra unum mensem usque ad quantitatem CCCC. Librarum Imperialium, de quibus Pultroni & Caphari debent habere mille Libras Ferrariae, alii verò Mantuani debent habere CC. Libras Ferrariae. Residuum, si quod erit, debet solvi per hos duos terminos, videlicet dimidium in Foro Sancti-Martini, & aliud dimidium in Foro Olivarum, non obstante aliquo pacto vel concordia, quae sit; ne arbitri aliquid accipiant a partibus, secundum tenorem consuetum, quem intelligimus XII. Imperiales de Libra accipere possunt. Quae omnia supradicta in omnibus & per omnia Dominus Susinellus, & Dominus Jacobinus de Trotta, & Dominus Zacharias, & Dominus Jacobinus de Vetula, Ambaxatores Communitatis Ferrariae in publico Consilio Mantuae, ad sonum campanae in Palatio Domini Mantuani Advocati coadunato, juraverunt attendere & observare, & quod ita facient jurare uni-

A versum Consilium Communitatis Ferrariae generale infra tertium diem, ex quo eis denuntiatum fuerit per Nantium Communitatis Mantuae, die Sabbati IV. intrante mense Junii, Indictione IV. Mantuae MCCXVI.

B Sancti Spiritus adsit nobis gratia. Anno a Nativitate Domini MCCXVI. Indictione IV. Ferrariae in domo quondam Zilioli de Guizardo, temporibus Innocentii Papae, & Frederici Romanorum Regis, die IV. exeunte Majo, praesentia Domini Pagani Judicis, Aliotti, & Forgerii ad haec testium rogatorum, Domini Susinellus, Zacharias, Jacobinus de Trotta, & Jacobinus de Vetula pro facto contentions, quae est inter Ferrarienses & Mantuanos, unum breve in concordia dederunt Domino Rodulpho Guidonis Burgognoni..... Potestatis Ferrariae, in quo ita continebatur: In nomine &c. Concordia talis est &c.

C Et ego Tedericks praenomine Rigatus, sacri Palatii Notarius, praesens eram, quando praedicti Domini hoc breve dederunt Domino Rodulpho, & ut in eo scriptum inveni, sic manu propria in publicam formam reduciens scripsi & firmavi.

### Pacta Pacis & Foederis initi inter Veronenses & Ferrarienses, Anno 1217.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Tale est concordium inter Commune Ferrariae, & Dominum Bombaronem Potestatem ipsius Civitatis ex una parte, & Dominum Mattheum de Corrigia Potestatem Verone, & Commune Verone ex altera. Quod Commune Ferrariae teneatur dare & solvere octuaginta & quinque Libras

E „ Imperialium ipsi Comuni Verone, vice illorum hominum Verone & ejus districtus, quorum lignamen fuit ablatum Ferrariae in principio guerre de Ferraria, & vice illorum Mercatorum Veronensium, quibus ablatum fuit avere suum apud Argentam tempore, quo Ugo de Guarmasia tenebat Argentam, in Foro Sancti Martini proximo

„ ximo de Ferraria. Et hoc jurent  
 „ in Consilio Ferrarie super animam  
 „ illorum de Consilio observari per  
 „ preconem, datâ sibi parabolâ a sin-  
 „ gulis de Consilio. Et propter hoc  
 „ Commune Verone teneatur defen-  
 „ dere & conservare indempne cum  
 „ ratione Commune & homines Fer-  
 „ rarie & districtus ab omnibus ho-  
 „ minibus Verone & districtus, quo-  
 „ rum fuit illud lignamen & avere,  
 „ vel ab illis, quibus illi homines  
 „ jura sua dedissent, si aliquo tem-  
 „ pore appareret: & facere fieri fi-  
 „ nem & pactum de amplius non  
 „ petendo illos homines Verone &  
 „ districtus, quorum lignamen fuit  
 „ & avere predictum, aut heredes  
 „ illorum, Communi Ferrarie & ho-  
 „ minibus Ferrarie & districtus, de  
 „ omni eo, quod ipsi propter hoc  
 „ eis dicere possent. Item quod res  
 „ intromisse per utrumque Commu-  
 „ ne restitui debeant infra quindecim  
 „ diés, postquam petite fuerint in  
 „ hunc modum. Videlicet, si extant  
 „ & sunt penes Commune, illud  
 „ Commune restituat, penes quod  
 „ sunt. Et si deteriorate essent, ex-  
 „ timatione deteriorationis restituatur  
 „ ei a Communi, quod intromisit,  
 „ sacramento: de deterioratione vel  
 „ probatione testium, si visum fue-  
 „ rit Arbitris, per testes cognosci  
 „ oporteat. Et Commune teneatur  
 „ ad extimationem deteriorationis  
 „ solvendam infra quindecim diés,  
 „ postquam denunciata fuerit per Ar-  
 „ bitros. Et teneatur Arbitri super  
 „ extimatione deteriorationis pronun-  
 „ tiare infra quindecim diés, si ille  
 „ qui petierit, institerit. Si vero res  
 „ intromisse non extant, fiat re-  
 „ stitutio extimationis earum infra  
 „ predictum terminum de valentia,  
 „ qua valebant tempore, quo intro-

A „ missio facta fuit &c. Et hoc to-  
 „ tum fiat sine Plácito & Datia. Et  
 „ Arbitri, qui erunt electi in Fer-  
 „ raria, teneantur rationem facere  
 „ omnibus hominibus Verone & di-  
 „ strictus, qui coram eis venerint pro  
 „ ratione petenda cum literis sigil-  
 „ latis sigillo Communis Verone, se-  
 „ cundum leges & bonos mores de  
 „ debitis sine usuris, de possessioni-  
 „ bus invalidis sine fructibus, & de  
 „ rapinis sine poena, de servis &  
 „ familiis, secundum consuetudinem  
 „ Regni & regionis. Et teneantur  
 „ causas definire infra triginta diés  
 „ a tempore litis contestate, nisi ste-  
 „ terit per actorem, vel justo impe-  
 „ dimento, si modo pignus sue ra-  
 „ tionis habuerint &c. Hoc idem &  
 „ eorum modo fiat per Arbitros Ve-  
 „ ronenses versus homines Ferrarie  
 „ & districtus, salvo semper omni  
 „ eo, quod additum fuerit vel dimi-  
 „ nutum in concordia per Potestates  
 „ & Rectores utriusque Civitatis in  
 „ concordia & Capitulis omnibus  
 „ concordie facte inter Ferrariam &  
 „ Veronam. Et teneantur Arbitri  
 „ qui erunt electi in utraque Civi-  
 „ tate, tempore suo diffinire questio-  
 „ nes confinium utriusque Civitatis  
 „ bona fide sine fraude. Die Jovis  
 „ Primo intrante Junio, in Villa  
 „ Polesini Mercatorum Verone sub  
 „ porticu domus habitationis Uberti-  
 „ tini, in presentia Dominorum U-  
 „ golini Judicis & Assessoris Pote-  
 „ statis Ferrarie, Jacobini de Trot-  
 „ ta, Guidonis de Marchesino de  
 „ Mainardis, Bonijohannis de Anse-  
 „ diis, Thomasini de Domino Leu-  
 „ zo Ambaxatorum Communis Fer-  
 „ rarie, Dominorum Bartholomei de  
 „ Broilo, Manoëlli de Lendenaria,  
 „ Vianesi de Domino Zordano de  
 „ Henrico Balbo, Conratti Zataculi,  
 „ G g 2 „ Mar-

„ Marcij de Panevino Ambaxatorum  
 „ Verone, & Henrigatii Notarii  
 „ Communis Ferrarie, & aliorum  
 „ multorum, prenomiatus Dominus  
 „ Bombaronus Potestas Ferrarie pro  
 „ Communi Ferrarie promisit dicto  
 „ Domino Mattheo Potestati Verone  
 „ pro Communi Verone in omnibus  
 „ ac per omnia attendere & obser-  
 „ vare prout superius dictum est in  
 „ integrum. Item predicta die Quar-  
 „ ta intrante Junio in Palatio Com-  
 „ munis Ferrarie, in presentia pre-  
 „ dicti Domini Ugolini, & Domi-  
 „ norum Rainerii & Ugolini Mili-  
 „ tum Potestatis Ferrarie, dicti Hen-  
 „ rigatii, Albertini Notarii, Bonen-  
 „ contri Viatanis, Ambaxatorum Ve-  
 „ rone, ibique in Consilio Credentie  
 „ Ferrarie congregato ad sonum cam-

A

„ pane, Picinninus Preco Communis  
 „ Ferrarie juravit super animam i-  
 „ storum de Consilio, quorum nomi-  
 „ na hęc inferius leguntur: Ottolinus  
 „ de Mainardis, Thomasinus Palto-  
 „ nerii, Vivianus Ubaldini, Giber-  
 „ tinellus, Guidolinus Guillelmi de  
 „ Joculo, Vitalianus, Marchisinus de  
 „ Mainardo, Hengelesus, Johannes  
 „ Trotte, Vitalianus, Guido Contra-  
 „ rius &c., quod omnes ei parabo-  
 „ lam dederunt, ut super eorum a-  
 „ nimabus juraret ad sancta Dei E-  
 „ vangelia, dare & solvere dictas  
 „ LXXXV. Libras Communi Vero-  
 „ ne &c. Millesimo Ducentesimo De-  
 „ cimo Septimo, Indictione V.

B

C

*Ego Avancius sacri Palatii Notarius  
 omnibus predictis interfui, & rogatus  
 scripsi.*

„ Concordia Mutinae & Ferrariae, Anno 1220.

„ **I**N Christi nomine. Anno a Na-  
 „ tivitatem ejusdem Millesimo Du-  
 „ centesimo Vigesimo, Indictione  
 „ VIII. Mutinae, die Sabbati, VIII.  
 „ exeunte mense Februarii, in Pala-  
 „ tio Communis Mutinae, in pleno  
 „ Consilio coadunato ad sonum cam-  
 „ panarum; presentibus Ambaxatori-  
 „ bus Communis Ferrariae, videli-  
 „ cet Domino Zuliano Signorelli,  
 „ Petro de Albaro, Benno Judice,  
 „ Domino Guidone Jacobi, & Con-  
 „ radino Alberti de Alduise, & his  
 „ aliis presentibus, Lombardello  
 „ Notario, & Dominico de Sabbatino  
 „ Notario, Marco de Tribunello,  
 „ & aliis pluribus. Compendiose  
 „ his literis declaratur, qualiter  
 „ Dominus Rambertinus de Ramberto  
 „ Mutinae Potestas promisit & cor-  
 „ poraliter juravit observare & fir-  
 „ mam tenere concordiam & pacem

D

E

„ factam inter Ferrariam & Muti-  
 „ nam verbo & voluntate totius  
 „ Consilii ejusdem Civitatis Mutinae  
 „ sub hoc tenore & forma verbo-  
 „ rum: Ego Rambertinus de Ram-  
 „ berto Mutinae Potestas, Civis Bo-  
 „ noniae, nunc vero Potestas Civi-  
 „ tatis Mutinae, promitto per me  
 „ meosque successores pro Communi  
 „ Mutinae, & ejus nomine, & juro  
 „ corporaliter verbo & voluntate to-  
 „ tius Consilii ejusdem Civitatis ad  
 „ campanam pulsatam coadunato, vo-  
 „ bis Ambaxatoribus Ferrariae, so-  
 „ lemniter stipulantibus & recipienti-  
 „ bus pro Communi, & nomine  
 „ ejusdem Civitatis Ferrariae, vide-  
 „ licet Zuliano Signorelli, & Do-  
 „ mino Petro de Albaro, & Domi-  
 „ no Benno Judici, & Domino Gui-  
 „ doni Jacobi, & Domino Conradi-  
 „ no Alberti de Alduise, observare  
 „ & fir-



„ & firmam tenere concordiam fa-  
 „ ctam inter Ferrariam & Mutinam,  
 „ factam & juratam in Palatio Com-  
 „ munitatis Mutinae in pleno Consilio  
 „ ad campanam pulsatam, secundum  
 „ quod relegitur & continetur in  
 „ Charta facta per Marcum Nota-  
 „ rium Civitatis Mutinae. Quae  
 „ Charta dicti Marci Notarii fuit  
 „ exemplata per manum Magistri Pe-  
 „ tri, sacri Imperii, Ferrariaeque  
 „ Notarii, de voluntate mei Pote-  
 „ statis Mutinae, & nostrae Curiae,  
 „ cujus tenor talis est: Ego Muti-  
 „ nensis juro salvare & custodire Fer-  
 „ rarienses in personis & rebus &  
 „ res & personas in toto districtu  
 „ Mutinae & in Mutina, nec in a-  
 „ lieno offendere. Et hoc faciam ho-  
 „ minibus de Civitate vel districtu  
 „ vel Episcopatu Ferrariae, in terra  
 „ & aqua, & in districtu Mutinae.  
 „ Et quod non auferam aliquid Fer-  
 „ rariensibus in toto districtu vel  
 „ Episcopatu Mutinae, excepto tri-  
 „ bus Denariis de modio Salis, si  
 „ Mutinam duxerint, & Mutinenses  
 „ in se & aliis Datiam Salis impo-  
 „ fuerint. Item juro adjuvare Ferrar-  
 „ ienses & Ferrariam contra omnes  
 „ personas & Civitates, exceptis Par-  
 „ ma, Regio, & Bononia. Et qui-  
 „ cumque erit inimicus Ferrariae,  
 „ erit inimicus Mutinae. Scholares  
 „ verò, qui sunt vel erunt Mutinae,  
 „ & eorum res & \* servientes, unde-  
 „ cumque sint, libere possint ire &  
 „ redire & stare. Et inimicos Fer-  
 „ rariae non permittam ire per meam  
 „ terram nec per meam aquam cum  
 „ personis nec cum rebus. Et nec  
 „ liceat mihi facere pacem vel con-  
 „ cordiam cum aliqua Civitate, cum  
 „ qua Ferrarienses habent vel habe-  
 „ bunt guerram sine permissu Fer-  
 „ rariae. Et quod bis in anno faciam

„ exercitum cum militibus, pediti-  
 „ bus, & arcatoribus ad meas expen-  
 „ sas, ubicumque voluerint, in Epi-  
 „ scopatu & districtu Ferrariae: &  
 „ per octo dies, ex quo adjunctus  
 „ fuero cum Ferrariensibus stabo, &  
 „ eos bona fide adjuvabo. Et non  
 „ retinebo bannitos Ferrariae, ex  
 „ quo fuero requisitus a Rectoribus  
 „ Ferrariae vel eorum Nuntiis. Et  
 „ non retinebo blavam de sua terra,  
 „ vel de suis operibus acquisitis, vel  
 „ cum suis animalibus vel aliunde,  
 „ quod de alio Episcopatu ducere  
 „ voluerint. Vel si aliud mercatum  
 „ ducere de alio Episcopatu volue-  
 „ rint, permittam venire. Et bis in  
 „ anno dare milites & arcatores, se-  
 „ cundum quod in sua Civitate vel  
 „ districtu reperiretur. Et per octo  
 „ dies, secundum quod dictum est,  
 „ stare meis expensis. Et bannum  
 „ fructuum arborum eis Ferrariensi-  
 „ bus in aliquo tempore non tene-  
 „ bo. Et libere permittam Ferrarien-  
 „ sibus ire sursum, & jussum ad  
 „ omnes suas negotiationes facien-  
 „ das, nisi ad domos inimicorum  
 „ Mutinensium. Et hoc sacramentum  
 „ in omnibus Capitulis superscriptis  
 „ per unumquodque quinquennium re-  
 „ novabo ab his, qui illud fecerint,  
 „ & ab aliis de Civitate & Episco-  
 „ patu Mutinae, qui non fecerint,  
 „ a quatuordecim annis supra usque  
 „ ad septuaginta annos infra, de no-  
 „ vo fiat: & ipsi deinde per singula  
 „ quinquennia renovabunt. Et si ali-  
 „ quid additum vel diminutum fue-  
 „ rit, consensu utriusque Civitatis,  
 „ facto Consilio publico sonato ad  
 „ campanam sonatam, observabo.  
 „ Et si aliqua discordia de praedi-  
 „ ctis, vel de aliquo praedictorum,  
 „ vel de quocumque alio apparue-  
 „ rit, inter eos per duos homines de  
 „ ipsis

„ ipsis Civitatibus componatur, qui  
 „ ab ipsis Civitatibus praedicto mo-  
 „ do eligantur, & Civitates eis pa-  
 „ rere teneantur. Et praedicti Arbi-  
 „ tri jurent quod infra triginta dies  
 „ deffinient, nihilominus Capitulis  
 „ omnibus firmis manentibus. Et  
 „ mea plaustra vehere Salem Muti-  
 „ nam aliunde nisi de Ferraria non  
 „ permittam, & nec in guerram Fer-  
 „ rariae fraudulentè retinebo. Et  
 „ haec omnia observare in perpetuum  
 „ volo, salvis sacramentis Societatis  
 „ Lombardiae, quae feci, & quae  
 „ in futurum faciam. Item eodem  
 „ modo juro & promitto observare  
 „ pacem factam apud Pontem Ducis,  
 „ secundum quod continetur in In-  
 „ strumento facto per manum Mar-  
 „ tini sacri Palatii Notarii Mutinae.  
 „ Item promitto & juro omnia ob-  
 „ servare Capitula illius Instrumenti,  
 „ quod est scriptum per manum Tho-  
 „ masini Notarii Mutinae, tempore  
 „ quo Dominus Rolandus Rubeus er-  
 „ rat Potestas Mutinae. Item pro-  
 „ mitto & juro observare & in per-  
 „ petuum firmum tenere ordinata  
 „ omnia Capitula Ferrariae per Am-  
 „ baxatores Mutinae, videlicet Do-  
 „ minum Thomasiū Legis Doctorem,  
 „ & Dominum Henrigum, &  
 „ Dominum Rainuccinum de Parma,  
 „ & Ubertum de Gizo, & Rolandi-  
 „ num de Isoero, & Girardinum Al-  
 „ berti de Garfone, & Dominum  
 „ Rodulfum Judicem & Assessorem  
 „ Domini Rambertini Potestatis Mu-  
 „ tinae pro ipso Commune Mutinae  
 „ ex una parte, & *Dominum Alberi-*  
 „ *cum de Audito* tunc Potestatem Fer-  
 „ rariae, & suos Consiliarios, &  
 „ per Plebanum & Albergietum de  
 „ Gogolo Consules tunc Populi Com-  
 „ munitatis Ferrariae, & eorum Socios  
 „ pro Communi Ferrariae ex altera,  
 „ Quae quidem talia sunt Capitula.

A „ Nos Ferrarienses & Mutinenses  
 „ volumus insimul observare pacem  
 „ factam apud Massam & Pontem  
 „ Ducis vel occasione Pontis; & si in  
 „ aliquo derogaretur concordiae Mas-  
 „ sae per concordiam factam apud  
 „ Pontem Ducis, vel occasione Pon-  
 „ tis Ducis, volumus quod teneat  
 „ id, quod relegitur in concordia  
 „ Pontis Ducis. Et volumus, quod  
 „ si quis cum aliquo contraxerit,  
 „ vel aliquo modo obligatus erit,  
 „ ille tantum, qui est vel erit obli-  
 „ gatus, conveniatur, vel ejus here-  
 „ des vel bona ejus exigantur, &  
 „ non alius conveniatur vel impedia-  
 „ tur in avere vel in personis, sive  
 „ Commune, sive singularis persona.  
 C „ Item sunt in concordia, quod Mu-  
 „ tinentes habeant staria facta ad mo-  
 „ dum starii de petra de Ferraria,  
 „ & bullata cum bulla juratorum  
 „ Ferrariae, & ita sint ampla de su-  
 „ pra, quemadmodum & de subus,  
 „ & sint justa. Item solvant Muti-  
 „ nenses quilibet, qui habuerint fur-  
 „ catam in Mercatis Ferrariae, vel  
 D „ tabulam, duos Solidos Imperiales  
 „ pro furcata & tabula. De praedis  
 „ verò vel invasionibus factis de re-  
 „ bus Mutinensium a Domino Salin-  
 „ guerra, vel ab Albertino, vel a  
 „ Communi Ferrariae, vel ab aliis  
 „ personis eorum occasione, quod  
 „ Commune Ferrariae non teneatur  
 „ eis restituere vel restitui facere nisi  
 E „ id, quod legitime probatum esset  
 „ per testes in utilitatem Communis  
 „ processum vel alterius personae.  
 „ Quod si probaretur, & Commune  
 „ & aliae personae praedictae, in  
 „ quarum utilitatem processae forent,  
 „ teneantur restituere, nisi illa per-  
 „ sona vel illae personae haberent de  
 „ voluntate Domini Salinguerrae, vel  
 „ Domini Albertini, vel eorum oc-  
 „ „ casio-

„ calione. Sed si aliquis Ferrarientis  
 „ est obligatus alicui Mutinensi ex  
 „ mutuo vel ex venditione, vel ex  
 „ qualibet alia obligatione, proce-  
 „ dente ex contractu vel quasi, ante  
 „ ultimum introitum Carpi, & illud  
 „ debitum fuit intromissum pro Do-  
 „ mino Salinguerra vel Domino Al-  
 „ bertino, vel eorum occasione, &  
 „ illud debitum non fuit exactum a  
 „ debitore, nec in compensatione si-  
 „ bi deductum, & Dominus Salin-  
 „ guerra fecerit illud distromitti,  
 „ deinde Arbitri de Ferrara vel Po-  
 „ testas teneatur facere rationem Mu-  
 „ tinensi Creditori de Ferrarienti de-  
 „ bitore. Item si Dominus Salinguer-  
 „ ra vel Dominus Albertinus habue-  
 „ rint aliquid ab aliquo Ferrarienti  
 „ debitore alicujus Mutinensis ex con-  
 „ tractu vel quasi, & de propria vo-  
 „ luntate restituerint dicto Ferrarienti  
 „ debitori Mutinensis, creditor ha-  
 „ beat rationem de dicto Ferrarienti  
 „ suo debitore. Item sunt in concor-  
 „ dia, quod possessiones & invasio-  
 „ nes, & inframissiones, & fructuum  
 „ aestimationes, prout scriptum est  
 „ per Petrum Fabri Notarium Com-  
 „ munitatis Mutinae, & per Magistrum  
 „ Petrum Notarium de Ferrara, re-  
 „ stituantur Ferrarientibus Civitatis  
 „ vel districtus, sive pro Communi,  
 „ sive pro alio, qui sit de districtu  
 „ Mutinae. Et quod fuerit ablatum  
 „ vel intromissum, Commune Muti-  
 „ nae restituere debeat, vel restitui  
 „ faciat. Et hoc Capitulum locum  
 „ habeat a tempore illo, quo Mu-  
 „ tinenses intraverunt Carpum ultimo  
 „ loco. De aliis autem possessioni-  
 „ bus ante introitum Carpi factis a  
 „ Communi vel ab aliis personis,  
 „ civibus Ferrariae, vel comitatibus,  
 „ ablati vel intromissi, juris ordo  
 „ servetur. Item volumus, quod duo

A „ Arbitri eligantur ab utraque Ci-  
 „ vitate, qui cognoscant de quae-  
 „ stionibus emergentibus, vel quae  
 „ movebuntur inter Mutinenses &  
 „ Ferrarientes, sive inter Commune  
 „ utriusque Civitatis, sive inter Com-  
 „ mune & singularem personam Mu-  
 „ tinae vel Ferrariae. Qui arbitri  
 „ debeant diffinire quaestiones & co-  
 „ gnoscere secundum jus & formam  
 „ prius datam eis. Et Potestates am-  
 „ barum Civitatum teneantur firma-  
 „ re concordiam & pactum factum  
 „ inter Mutinam & Ferrariam, &  
 „ facere jurare aliis suis successori-  
 „ bus, & poni in Statuto utriusque  
 „ Civitatis. Et nullus sit Potestas u-  
 „ triusque, nisi hoc sacramentum ju-  
 „ raverit. Item Potestas vel Rector  
 „ Civitatis Mutinae, qui nunc est,  
 „ vel erit per tempora, juret man-  
 „ dare sententias sive arbitria, da-  
 „ tas vel data per Arbitros electos  
 „ a Ferrara in Mutina pro Com-  
 „ muni Ferrariae, vel per alios Ju-  
 „ dices inter Ferrariam & Mutinam,  
 „ vel inter unum Commune & aliud,  
 „ vel inter singulares personas de  
 „ Ferrara & Commune Mutinae,  
 „ executioni infra decem dies post  
 „ latam sententiam per res & facul-  
 „ tates debitoris; vel mittatur in  
 „ bannum, si placuerit Creditori, de  
 „ quo non extrahatur sine ejus per-  
 „ missu, vel nisi prius sit satisfactum  
 „ ipsi Creditori. Et haec supradicta  
 „ juraverunt illi de Consilio Muti-  
 „ nae, & Potestas, & illi de Curia  
 „ Communis, & dictam pacem &  
 „ concordiam observare, nomina quo-  
 „ rum sunt haec:  
 „ „ Primo Dominus Rambertus de  
 „ Ramberto Mutinae Potestas, prout  
 „ dictum est, Dominus Girardus de  
 „ Oriono, Dominus Ugo de Gorza-  
 „ no, Dominus Johannes de Nonza-  
 „ „ tula,

- „ tula, & Dominus Jacobus de Be- A  
 „ nincafa, Judices Communis Muti-  
 „ nae: Dominus Albertus de Sigizo  
 „ Maffarius Communis Mutinae, Do-  
 „ minus Albertinus de Savignano,  
 „ & Dominus Manfredinus de Car-  
 „ po, Procuratores: Dominus Johan-  
 „ nes Papazonus, Dominus Girardus  
 „ Burgefanus, Dominus Aldeurandi-  
 „ nus de Oriono, & Dominus Gi- B  
 „ rardinus de Fredo, Milites Justi-  
 „ tiae Communis Mutinae: Jambo-  
 „ ninus de Bonafante, Bonencunrus  
 „ de Pacificis, Armanninus Domini  
 „ Conradi, Ubaldinus de Prato, Lu-  
 „ fcus, Guilielmus Atonis, Gidio-  
 „ lus de Gorzano, Bonagratia de  
 „ Fantello, Bonaccurfus de Bifio,  
 „ Rolandinus Johannis Longi, Petrus- C  
 „ bonus Notarius, Gibertinus Con-  
 „ radini, Contra de Paganino, Rai-  
 „ nuccinus Albergitti, Paffavancius  
 „ Raimundini, Ardicio Notarius,  
 „ Joanardus Guilicionis, Rifonaffus,  
 „ Petrus de Gargallo, Rodulfus de  
 „ Giname, Rainerius de Gazo, Egi-  
 „ dius de Carettis, Dominus Bartho-  
 „ lomaeus de Nonantula, Gerardus D  
 „ de Savignano, Ugolinus de Gazo,  
 „ Jacominus de Spezano, Raimundus  
 „ de Campilio, Bartholomaeus de  
 „ Praefulo, Girardinus de Garfone,  
 „ Dominus Girardus de Runco, Do-  
 „ minus Guido de Carpo, Girardus  
 „ de Magreta, Dominus Rolandinus  
 „ de Cilliano, Girardinus de Becca-  
 „ fava, Bernardinus de Paffaponte, E  
 „ Rolandinus de Zinzano, Petrus de  
 „ Gorzano, Ziliolus Jacobini de Zi-  
 „ lio, Jacobinus de Tufco, Guizar-  
 „ dinus Alberti Grotti, Delaita de  
 „ Severio, Guidobonus Pizoli Becca-  
 „ rii, Johannes Petri Spatarii, Ja-  
 „ nellus Baldicini, Ribaldinus de  
 „ Compagnono, Bertolottus Judex,  
 „ Jacobinus de Maitile, Gidius de  
 „ Varana, Rainerius de Rocco, Ja-  
 „ cobinus Burfarius, Bonaccurfus Fi-  
 „ nimundi, Albertinus de Montal-  
 „ fredo, Baluganus de Balugola, Leo-  
 „ nardus de Conventis, Petrus de  
 „ Sancto Marco, Girardinus Albet-  
 „ te; & ipfo Petro Fabri Notario  
 „ Communis Mutinae, nomina prae-  
 „ dictorum, manu propria fcribente.  
 „ Dominus Guilielmus de Tonfo,  
 „ Araldinus de Bozolo, Gibertinus  
 „ Ferrarius, Johannes de Fredo, Do-  
 „ minus Guido de Guidone, Lan-  
 „ francus Capellarius, Fantebonus  
 „ Notarius, Martinus Prezenarius,  
 „ Albertinus de Flumine, Bernardi-  
 „ nus Faber, Dominus Rolandinus  
 „ de Guidotto, Martinus Scanaro-  
 „ meus, Dominus Nicolaus de Adelar-  
 „ dis, Dominus Girardus de Bufchet-  
 „ to, Ferrarius filius Rainerii Fabri,  
 „ Petrus Bonazolus, Ugo Michaëlis,  
 „ Ugolinus Seclarius, Raimundus U-  
 „ golini de Porcile, Dominus Paffa-  
 „ ponte, Johannes de Bondeno, Ja-  
 „ nellus de Macreto, Girardinus de  
 „ Canale, Rubeus de Villalunga, Ja-  
 „ cobinus de Pegolotto, Richerius  
 „ de Buccadelucio, Natalis Notarius,  
 „ Ropicinus, Jacobinus Notarius,  
 „ Bernardus Paltonus, Pegolottus Pel-  
 „ lizarius, Jacobinus Armanetti, Al-  
 „ bertinus Capellarius, Magifter Sa-  
 „ lomon, Johannes Boracii, Azoli-  
 „ nus Telzetti, Girardinus Domini-  
 „ ci, Petricinus Merzatrus, Bonen-  
 „ segna Guidonis Bianci, Albertinus  
 „ de Savenerio, Prendipart Ambro-  
 „ fii, Fredaldinus Petri Spadarii, Ri-  
 „ cobonus Formicarii, Albertus Pe-  
 „ tri de Tado, Guidottus de Barun-  
 „ cino, Johannes Bonus de Panario,  
 „ Natalis Calzolarius, Silvefter Lan-  
 „ franchini, Pandecampo de Sancto  
 „ Donato. Et haec nomina, quae  
 „ continentur fub ifto paragrafo,  
 „ fcri-

„ scripta in eodem Consilio per ma-  
 „ num Formicinelli Notarii Commu-  
 „ nis Mutinae, ipso jurante idem  
 „ sacramentum.

„ Jacobinus de Herberia, Dominus  
 „ Paganellus Papazonus, Attolinus de  
 „ Monacabus, Dominus Guidonus,  
 „ Marcëllus, Petrus Iscërii, Brunus  
 „ de Fojano, Johannes de Azolino,  
 „ Rainucius de Conventis, Petrus  
 „ Gambozellus, Girardinus Armani-  
 „ ni, Albertus Tholomei, Guidotus  
 „ de Gazzo, Albertinus Bertoni, Si-  
 „ smondus Sartor, Girardinus Johan-  
 „ nis de Curlo, Mutinensis de Ca-  
 „ vecla, Martinus Aguzolus, Ribal-  
 „ dinus de Ribaldis, Pascalinus Mu-  
 „ rator, Jacobinus Pegolotti, Nico-  
 „ laus Prezenarii, Ubertinus Nigri  
 „ de Altemanno, Guido de Curleto,  
 „ Jacobinus Perzenarius, Armaninus  
 „ de Alberto Aigo, Campiliolus de  
 „ Gorzano, Grimaldus de Canali,  
 „ Grimaldinus Piscator, Girardinus  
 „ Granni, Rolandinus de Canali,  
 „ Girardus de Trebo, Girardus Pre-  
 „ sulii, Azolinus Notarius, Johannes  
 „ Henrigetti, Bernardus Luscus, Ri-  
 „ cherius de Visetiis, Bertolottus de  
 „ Legorzano, Simon Frenarius, U-  
 „ go Guizardini, Michaël de Ami-  
 „ cis, Jacobus de Bonamico, Bonus-  
 „ johannes de Panzano, Ardizio de  
 „ Tonso, Dominus Conradus de Mu-  
 „ nario, Carlevarius de Nappis, Bo-  
 „ nensegna de Petro Pizoli, Zacha-  
 „ rias Martini Ofelletti, Zappus Pi-  
 „ scator, Oddus Sellarii, Guilliellmus  
 „ Garxonus, Henrigittus Purcelli,  
 „ Pizolus Judex, Conradus, Bona-  
 „ ventura de Tertio, Johannes Bo-  
 „ nus Beccarius, Gibertus de Cam-  
 „ pilio, Benaffai de Gambutio, Pan-  
 „ teleonus Tabernarius: haec verò  
 „ nomina comprehensa sub isto pa-  
 „ ragrapho scripsit Marchifinus No-

Tom. X.

A „ tarius. Jacobinus de Monte, The-  
 „ telminus Judex, Ferracaballus No-  
 „ tarius, Johannes de Oprandinis,  
 „ Simon Radaldi, Odoricus de Sa-  
 „ vignano, Ventura de Musarde, Jo-  
 „ hannes de Belencino, Manfredinus  
 „ de Strata, Dominus Silettus, Gui-  
 „ do Aldefredi, Albertus de Bocca-  
 „ delucio, Bonusmartinus Zocheno-  
 B „ lus, Ziliolus de Romana, Honar-  
 „ dus de Boccabadada, Ottolinus de  
 „ Bonicis, Jacobinus Pantaleonis,  
 „ Jacopinus Girardi Notarius, Ale-  
 „ xandrinus de Cugneto, Jacobus  
 „ de Collegarola, Bertolus de Scar-  
 „ latta, Rainerius Benaffai, Stepha-  
 „ nus Fruitarolus, Janellus de Sale-  
 „ cera, Delaita Notarius, Bernardi-  
 C „ nus Zenareus, Gibertus de Vigno-  
 „ la, Odoricus Notarius, Benaffai  
 „ de Bertolotto, Grimaldinus de Vi-  
 „ gizolo, Albertinus Nigri, Benaffai  
 „ de Abbate, Albertinus Alberti de  
 „ Rozo, Peregrinus Ravoletti, Girar-  
 „ dus de Guidobono, Rosolinus Ja-  
 „ cobi de Limire, Benaffai Notarius,  
 „ Ofvertus, Uguicio Albertoni, Al-  
 D „ bertus Bozulus, Diutesalve Merza-  
 „ trus, Sabadinus Carrarius, Petro-  
 „ cinus, Silvester Pancogolus: &  
 „ haec nomina scripsit Johannes de  
 „ Curtifellis Notarius. Dominus Tho-  
 „ mas, Isembrändus Prandus, Petrus  
 „ de Curtifellis, Guilliellmus Ubaldi,  
 „ Girardus de Ganacèdo, Petrizzolus  
 „ de Ollis, Guido Rabatonus, Gui-  
 E „ do Biaque, Albertinus Rascarius,  
 „ Dominus Corvolinus, Lanfranchi-  
 „ nus de Balugula, Jamboninus Pa-  
 „ trenella, Gibertus Ambrosii, Gan-  
 „ dulfus Bianci, Nicolaus Siletti,  
 „ Palmerius Brembati. Guido de Stir-  
 „ pa, Dominus Bonifacius de Duce,  
 „ Belo, Sigizzus de Marzo, Henri-  
 „ gus de Sancto Marco, Petrusbonus  
 „ Calderarius, Vibertus Breda, Lan-

H h

„ fran-

- „ franchinus de Marano, Johannes  
 „ Beccarius, Azzo de Gorzano, Pe-  
 „ trus de Spelta, Petrus Belfante,  
 „ Johannes de Tezano, Marcus Bec-  
 „ carius, Albertus Scufinus, Rustigi-  
 „ nus de Pizolis, Belfante Boracini,  
 „ Benaffai de Ravolis, Girardus Gui-  
 „ rissii, Vivianus, Bartholomaeus de  
 „ Carpo, Jacobus Tholomaei, Johan-  
 „ nes de Ficca, Martinus de Arci-  
 „ mano, Petricinus Ribaldus, Girar-  
 „ dinus de Perdimisa, Rolandinus I-  
 „ scœrii, Ricobonus de Florano, Jo-  
 „ hannes de Bertonis, Albertus de  
 „ Pazano, Thomafinus Covetta, U-  
 „ bertus de Gazo, Barufaldus Nota-  
 „ rius, Petrus Gnonchus, Dominus  
 „ Ariverius, Albertus de Caracofa,  
 „ Bonazunta Ferrator, Bonifacius de  
 „ Buorio, Manfredinus Malpaffi,  
 „ Bartholomaeus Aimi, Johannesbo-  
 „ nus Pelafofatus, Grlamena, Jaco-  
 „ bus de Gortiffa, Guizardus Nota-  
 „ rius, Conradinus Beccarius, Beno-  
 „ linus, Gibertinus Calzolarius, Ven-  
 „ tura de Cazettis, Johannes Biva-  
 „ lotti, Oldevelus Tefenus, Alberti-  
 „ nellus Finimundi, Guidettus de  
 „ Scarpizo, & Petrus Fabri Nota-  
 „ rius: & haec nomina fcripfit Gi-  
 „ rardinus Notarius. Guilielmus U-  
 „ gonis Vesconte, Tshonus Cari-  
 „ manus, Giliolus Pelizarius, Lam-  
 „ bertus de Greppa, Dominus Gui-  
 „ zardus; Biacius de Cortatono, Rai-  
 „ mundinus Febellus, Dendininus  
 „ Notarius, Ubertinus de Covetta,
- A „ Rainucinus de Parma, Guilielmus  
 „ Calderarius, Albertonus Veneticus,  
 „ Ubertinus de Buccabadada, Muti-  
 „ nensis de Tonfa, Silvester Sella-  
 „ rius, Martinus Petri Magiftri, A-  
 „ fpetatus Merzatrus, Bonacofa de  
 „ Parma, Ardicio de Scurtamane,  
 „ Rainucinus de Pariffio, Ginaminus  
 „ Cazaguerra Merzatrus, Drifolinus,  
 B „ Modininus Calzolarius, Albertus  
 „ Domini Pili, Barufaldus Scuda-  
 „ rius, Guilielmus de Gazo, Ven-  
 „ tura de Montebabilo, Bonazunta  
 „ Notarius, Ugolinus Johannis de  
 „ Vitale, Jacobus Rolandi Richelmi,  
 „ Fafcherius Gualdus, Guido de Ver-  
 „ ro, Rainerius Faber, Girardinus  
 „ de Mufano, Bonencontrus Nota-  
 „ rius, Guido de Duce, Jacobus No-  
 „ tarius, Ubertinus de Romana, Pe-  
 „ trusbonus de Trebbo, Radulfus de  
 „ Covetta, Armaninus Judex, Ro-  
 „ landus de Bosco, Delai de la Bo-  
 „ gna, Simon de Maltrudis, Girar-  
 „ dinus de Guizado, Nicolaus de  
 „ Ramico, Zamphugus, Bonaccur-  
 „ fus de Conrado, Marchifinus No-  
 „ tarius, Bonaparte Notarius. Haec  
 D „ verò nomina comprehenfa fub hoc  
 „ ultimo paragrapho, fcripfit Galiot-  
 „ tus Notarius, & idem sacramen-  
 „ tum juravit.  
 „ Ego Petrus Fabri, facri Palatii  
 „ & Communis Mutinae Notarius  
 „ his omnibus praefatis interfui, &  
 „ de voluntate & mandato Potestatis  
 E „ & Confilii Mutinae fcripfi.

„ Charta concordiae Ravennae & Ferrariae, Anno 1221.

- „ **I**N Millefimo Ducentefimo Vice-  
 „ fimo Primo, talis concordia fa-  
 „ cta est inter Dominum Ugolinum Co-  
 „ mitem Romagnae & Potestatem Ra-  
 „ vennae pro Communi Ravennae, &
- „ Dominum Adelardinum Potestatem Fer-  
 „ rariae pro Communi Ferrariae. Quod  
 „ Arbitri eligantur in utraque Ci-  
 „ vitate, qui cognofcant de praedis  
 „ & rapinis & de debitis univerfis  
 „ tam

„ tam manifestis & liquidis, quàm  
 „ de non manifestis a quindecim an-  
 „ nis usque ad initium Potestatum  
 „ praedictarum; & a tempore ince-  
 „ ptionis Potestariae Domini Ugoli-  
 „ ni restituantur Ferrariensibus tolo-  
 „ nea & maltoletta, quae non de-  
 „ bent eis auferri, & praedae & ro-  
 „ baturae per Dominum Ugolinum,  
 „ sine cognitione Arbitrorum. Et  
 „ Dominus Adelardinus eodem modo  
 „ de toloneis & maltolettis & prae-  
 „ dis & robataris debet restitui fa-  
 „ cere a tempore suae Potestariae  
 „ ipsius. Et quod nullum toloneum  
 „ sive maltolettum, excepto de Sa-  
 „ le, auferatur Ferrariae hinc ad fe-  
 „ stum Sancti Petri proximi, nisi  
 „ concorditer inter eos diffinitum  
 „ foret, quod accipi deberet. Et a  
 „ festo praedicto in antea quidquid  
 „ Ferrariensibus auferetur de volun-  
 „ tate Potestatis Ravennae, in manu  
 „ religiosi viri de Ravenna depona-  
 „ tur, donec cognitum fuerit per  
 „ eosdem Potestates quid quantumve  
 „ auferri debeat Ferrariensibus pro  
 „ maltoletto vel toloneo; nullo inde  
 „ praesudicio generato alicui partium  
 „ pro ista locatione termini supradi-  
 „ cti. Item sit in cognitione praedi-  
 „ ctarum Potestatum de illis duabus  
 „ Navibus, quae fuerunt robatae &  
 „ submersae tempore guerrae *Mar-*  
 „ *chionis*, & *Silinguerrae*. De tolo-  
 „ neis sive maltolettis, quae ab ini-  
 „ tio suorum regiminum fuerunt a-  
 „ blata, in dictarum Potestatum co-  
 „ gnitione esse debet, & cognita ve-  
 „ ritate ex utraque parte, quid quan-  
 „ tumque exigere debeant seu reci-  
 „ pere a Ferrariensibus, exigant &

A „ accipiant Ravennares & non ultra.  
 „ Et si aliquid ultra tolletum com-  
 „ mune, quod debent, penitus resti-  
 „ tuatur Ferrariensibus sine aliqua  
 „ quaestione. Et arbitri teneantur  
 „ diffinire post contestationem litis  
 „ causam infra quadraginta dies, nisi  
 „ terminus voluntate partium prorogaretur. Et lata sententiâ Potestas  
 B „ teneatur sententiam mandare exse-  
 „ quutioni primo de mobilibus, se-  
 „ cundo de immobilibus, tertio de  
 „ nominibus & actionibus infra vi-  
 „ ginti dies. Sin autem aliquis per  
 „ contumaciam vel alia de causâ  
 „ nollet iudicio stare vel iudicatum  
 „ attendere, teneatur Potestas eum  
 „ in banno ponere, & de Civitate  
 C „ & districtu expellere. Et quicum-  
 „ que de Civitate post banni denun-  
 „ tiationem per Civitatem factam,  
 „ eidem bannito in Civitate vel di-  
 „ strictu impenderit auxilium & con-  
 „ silium, totum quod contra ipsum  
 „ bannitum foret iudicatum, solvere  
 „ teneatur. Et arbitri debeant cog-  
 „ noscere per annum, & habere de  
 D „ unaquaque Libra duodecim Impe-  
 „ riales. Interfuerunt Vitalis Iudex,  
 „ Joculus, Dominus Petrus Traver-  
 „ sarius, Johannes de Azolino, Stru-  
 „ fardus, Ambaxiatores Ravennae:  
 „ Domini Alexius, Guido Contra-  
 „ rius, Roba, Ambaxiatores Ferrariae,  
 „ in Capite Sandali. Die XI.  
 „ intrante Junio. Domini Garuffus,  
 „ & Johannes de Bona, electi Ar-  
 „ bitri a Ferrariensibus, juraverunt  
 „ in Consilio Ravennae arbitramenta  
 „ secundum tenorem concordiae coram  
 „ Domino Archiepiscopo, & il-  
 „ lis de Consilio.

## Chartula concordiae Mutinae &amp; Ferrariae, Anno 1227.

**I**N Millesimo Ducentesimo Vigesimo Septimo, die Jovis penultimo, exeunte Aprili, Indictione XV. Actum in Castro Finalis. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Haec est forma & tenor sacramenti tractati & ordinati per Dominum Bernardum de Cornazano Potestatem Mutinae, nomine & vice Communis Civitatis ejusdem, & Dominum Ugolinum Hugonis Rubei de Parma Ferrariae Potestatem, nomine & vice Communis Ferrariae superius dictae, qui talis est. Ego Arbitrator & Judex electus a Comuni Mutinae in Ferraria ad rationem faciendam de Ferrariensibus hominibus Civitatis, Episcopatus, & Districtus Mutinae, & ejus Communi, & a Comuni Ferrariae in Mutina ad rationem faciendam de Mutinensibus hominibus Civitatis, Episcopatus, & Districtus, & ejus Communi, juro ad sancta Dei Evangelia bona fide sine fraude recipere omnes querimonias mihi factas a singulari persona contra Commune utriusque Civitatis, vel a Comuni utriusque Civitatis contra aliud Commune, vel singulares personas, & a singularibus personis contra alias personas singulares, cognoscere, terminare, & diffinire infra triginta dies post litem contestationem, vel postquam per reum steterit, quominus fiat litem contestatio secundum jus & rationem & formam istius concordiae, non obstantibus aliquibus Statutis tam Civitatis Mutinae quam Ferrariae, nisi istis tantum, scilicet precariarum, libellorum, & leudorum. Quae Statuta & ordinamenta in hunc modum tantum & in istis capitulis observentur, videlicet quod precariae sive jura emphyteotica

**A** & libelli ab eisdem precariis & emphyteoticis descendentes, & jura ab emphyteotici, precariis & libellis descendente propter cessationem personis, seu debiti canonis non soluti in ra tempus legale, seu conventionale, non\* admittantur, nec a possessoribus auferantur. Sed poenae Statutorum super his loquentium utriusque Civitatis observentur & exigantur, scilicet pensio sive canon debitus duplicetur. Item propterea quod precariae seu jura emphyteotica sive libelli ab eisdem descendentes non amittantur, nec a possessoribus auferantur, eo quod sint de jure seu ex conventionibus finita vel finitae, sed renoventur & renovare teneantur, si a concessoribus fuerit postulatum secundum formam quantitatis pretii diffiniti in statutis & ordinamentis, seu pactis Civitatis Mutinae. Quae observentur tam pro Mutinensibus & ejus Districtu habitantibus, quam pro Ferrariensibus & ejus Districtu habitantibus. Item quod feminae succedant in precariis, libellis, & juribus emphyteoticis, & aliis ab eisdem descendentes, nisi lex contractus aliud inibeat. Item quod Feudum propter investituram non petitam a Vassallis vel eorum heredibus, jure feudi secundum jus succedentibus non amittatur, & quod femine debeant succedere in Feudis. In jure autem & justitia reddenda secundum praedictam formam talis ordo servetur, quod libellus querimoniae offeratur, si fuerit postulatum, ita quod libellus recipiatur sine propositione actionis. Et eo oblato & a praesenti recepto, litem contestatio fiat infra tres dies. Et si absens fuerit, citetur ad domum vel locum, ubi habitat vel habitare consuevit, & fiat litem contestatio



vio infra decem dies a tempore citationis. Et si praesens infra tres dies & absens infra decem dies, ut est superius recordatum, non fuerit passus litem contestari, tunc in causa procedatur in cognitione ipsius & sententia definitiva ac si lis esset contestata, ita tamen quod unus Arbitrorum sive Judicum, habitâ licentiâ & parabolâ a Socio suo possit sine altero audire, cognoscere, diffinire, & terminare secundum formam superius scriptam. Et sit licitum Arbitris accipere duodecim Denarios de Libra petita pro judicatura a qualibet parte, & non ultra nec aliquid aliud occasione praedictae litis; quam judicaturam possint auferre, postquam lis fuerit contestata. Item ab eorum sententiis non appelletur, sed postquam datae fuerint ab eis Arbitris, injungatur terminus solvendi & satisfaciendi, condemnatis infra decem dies: quibus elapsis, si non fuerit solutum seu satisfactum eo praecepto, infra alios decem dies teneantur Potestates utriusque Civitatis eorum praecepta & sententias exsequutioni mandare per res & facultates illorum, qui fuerint condemnati, ut primo fiat exsequutio in pecunia numerata, secundo de aliis rebus mobilibus, tertio de immobilibus, quarto de nominibus indubitatis. Et si praedicta vel aliquod praedictorum deficeret, tunc sit in arbitrio victoris, quod voluerit praedictorum, aut ipsum condemnatum poni in banno, & eo posito eum capere ad voluntatem victoris teneantur Potestates utriusque Civitatis. De quo banno exire non possit, nisi prius satisfecerit creditori de eo, quod sibi fuerit condemnatum. Et postquam per Potestates fuerit in banno positus, ejus bona ad voluntatem victoris deva-

A stentur, & devastata permaneant, donec ei fuerit satisfactum, aut ejus bona eligat victor & jura sibi in solutum dari. Et si aliquid huic arbitrio fuerit additum de voluntate Consilii, valeat & pro firmo habeatur utriusque Civitatis. Quibus omnibus praedictis fuerunt testes vocati specialiter & rogati a praedictis Potestatibus utriusque Civitatis superius nominatis, Dominus Turcius de Ferraria, Dominus Petrus de Retegno Judex, Ambaxatores & Nuntii delegati Communis, Jacobus Notarius de Ferraria, Dominus Guidottus Potestas Castri Finalis, & Martinus de Tasso; Dominus Guido de Pio, & Dominus Villanus de Adigeriis, Arbitri electi pro Communi Mutinae & Ferrariae, & Dominus Paganellus Papazone, & Dominus Aegidius Judex de Carittis, Arbitri pro Communi Ferrariae & Mutinae electi juraverunt omnia supradicta attendere & observare usque ad Calendas Madii proximi, & ab inde ad unum annum proxime venturum vel plus vel minus ad voluntatem utriusque Communis in concordia.

B  
C  
D Et ego Bonaventura Ferrariensis de Hora Sancti Gregorii, Notarius Sacri Palatii, & tunc sub officio Potestatis Ferrariae superius nominatae, pro ut vidi, audivi, intellexi, ita rogatus per Potestates praescriptas concorditer scripsi & publicavi.

Et ego Armannus Dei gratia Imperialis Aulae & tunc Potestatis & Communis Ferrariae Notarius, ut in authentico vidi & legi exemplavi, nil addens, nil minuens me sciente, corrente Millesimo Ducentesimo Trigesimo Primo, Mense Septembri, Indictione IV. Ferrariae.

## Concordia Ravennae &amp; Ferrariae, Anno 1227.

**D**ominus Ugolinus Ugonis Ra-  
bei Potestas Ferrariae, una cum  
Domino Thomasio Domini Salinguerrae,  
Domino Leutio Legum professore, Do-  
mino Gavinello, Domino Jacobino Trot-  
tae, & Albertino Fontana, Ambaxa-  
toribus Communis Ferrariae ex una  
parte, Dominus Thomas de Corrigia  
Potestas Ravennae, una cum Dominis  
Bonaventura & Vitale Judicibus, &  
Simone & Hieremia, Ambaxatoribus  
Communis Ravennae ex altera, talem  
concordiam fecerunt & ordinarunt.  
In primis, quod causa Deodati, quae  
vertitur coram Assessore Potestatis Ra-  
vennae, debeat diffiniri hinc ad quin-  
decim dies, non obstantibus diebus fe-  
riatis, neque quod testes fuissent ex-  
communicati vel interdicti, vel ipsomet  
Deodatus. Hoc idem fiat in consimili-  
bus omnibus Ferrariae in causis, ubi  
sunt aperti testes, & renuntiatum allo-  
gationibus. De aliis autem causis, ubi  
non sunt aperti testes, neque dati forte  
coram Assessore Potestatis utriusque Ci-  
vitatatis a tempore litis contestatae Asses-  
sores teneantur diffinire illas causas, &  
infra illud tempus, quo Arbitri utriu-  
sque Civitatis tenentur. Item quod  
omnes sententiae datae & quae dabun-  
tur per Assessores Potestatis, & per  
Potestates utriusque Civitatis, manden-  
tur exsequutioni & fiat solutio infra  
quindecim dies de omnibus, nisi legiti-  
me suspensa fuerit per appellationem.  
Et si suspensa fuerit per appellatio-  
nem, post appellationem factam teneatur  
ille, qui cognoscit de appellatione, infra  
viginti dies diffinire, & postea mande-  
tur exsequutioni, & fiat solutio infra  
quindecim dies, & semel fiat appella-  
tio & non plus. Et si aliqua partium

**A** appellare voluerit, de omnibus praedi-  
ctis fiat solutio secundum formam da-  
tam arbitris, praeterquam si Commune  
Ferrariae vel Commune Ravennae con-  
demnatum est vel fuerit alicui, quod  
Commune teneatur solvere tantum in  
denariis post latam sententiam infra  
quindecim dies, ut superius dictum est.  
Reservato beneficio appellandi, cognos-  
cendi & diffinendi secundum quod  
dictum est superius. Aliae vero sen-  
tentiae, quae sunt vel fuerunt datae  
per Arbitros, mandentur exsequutioni,  
secundum quod continetur & legitur in  
concordia facta tempore Domini Pauli  
Traversarii Potestatis Ravennae, &  
Domini Andalonis Potestatis Ferrariae.  
Item quod omnes infrascriptiones  
& tenutae datae per Dominos Ugoli-  
num, & Thomasiu[m] de Corrigia Pote-  
statis Ferrariae & Ravennae, de no-  
vo datae occasione averis & praedae in  
toto tempore Dominorum Ugolini &  
Thomasiu[m] Potestatum Ferrariae & Ra-  
vennae, diffra[m]mittantur, reddantur, &  
restituantur omnibus sine aliqua quac-  
sione & datione a Potestatibus utriu-  
sque Civitatis & Communibus Civita-  
tum, & fiat restitutio alteri statim,  
quum postulata fuerit. Et Potestates  
faciant ipsos habentes tenutas restituere  
illis, quorum res fuerant. Quod  
dictum est in Ferrariensibus & Com-  
muni Ferrariae superius, in omnibus  
& per omnia observetur Ravennatibus,  
& Communi Ravennae. Aliae autem  
causae ventilentur sub Arbitris utriu-  
sque Civitatis, quae debent esse sub  
eis, secundum formam eis datam. Cau-  
sa Dombillini Judaei de voluntate Po-  
testatum & Ambaxatorum utriusque  
Civitatis commissa est in Dominum  
Mai-

Mainardinum Imolensem Episcopum, ita videlicet, quod ipse dijudicet, utrum sententia absolutoria Arbitrorum data pro Communi Ravennae contra Dombillinum Judaeum debeat esse rata, vel sententia Domini Thomasi delegati a Domino Episcopo Mantuae Vicario Domini Imperatoris, & a Domino Imperatore confirmata, sicut per rescriptum Imperiale apparet, ut dicit & 1

A offendit, debeat exsequutioni mandari, & rata haberi. Millesimo Ducentesimo Vigesimo Septimo, Indictione XV. die Mercurii VI. exeunte Madio, in Ecclesia Sancti Zenonis Capitis Sandali, in praesentia Domini Alberti de Parma Militis Domini Thomasi Potestatis Ravennae, Domini Joculi, Domini Lenguettæ, Domini Hengelardi.

*Pacta inter Paduanos & Ferrarienses, Anno 1234.*

**I**N nomine Domini. Amen. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Trigesimo Quarto, Indictione VII. tempore Gregorii Papae, & Frederici Imperatoris, die Veneris XV. exeunte mense Junii. In pleno Consilio congregato more solito per campanam in Palatio Communis Ferrariæ, in praesentia testium infrascriptorum, videlicet Dominorum Tantidenarii Radicis, Prendiparte Samaritani Judicis & Assessoris Potestatis, Carbonis Militis Potestatis, Jacobini de Buccapizis, Pillizarii Judicis Communis Ferrariæ, Guidonis de Pio, Jacopini Trottae, Thomasi de Fontana, Marchesini de Mainardis, Villani de Aldigeriis, Hengelardi, Spinabelli Notarii, & aliis multis. Pro bono pacis & concordiae inter Commune Paduae & Ferrariæ, & Cives singulos utriusque Civitatis statutum est per Dominos Jacobum Alexii, & Clavellum de Tanslyardis, Legatos Communis Paduae, Syndicos & Procuratores ad concordiam faciendam, pacta & obligationes pro Communi Paduae cum Comuni Ferrariæ. ut in Instrumento facto manu Magni Notarii de Padua continetur, super libris & controversiis, quae inter Cives utriusque Civitatis moveundae essent, & Dominum Balzarinum Guidonis Guizardi Potestatem

**B** Ferrariæ; nomine ipsius Communis, ita statutum est cum auctoritate Consilii. Quod si Paduani Ferrarienses aliquos deduxerint in querelam & postulaverint sibi fieri rationem, sub Judicibus Potestatis causae agantur, & eas desiniant ipsi, sicut juste Dominus ministrabit & gratis, nullo inde recepto, eo excepto quod Tabellionibus pro labore scripturae cum justo moderamine fuerit largiendum. Et hoc idem per omnia Paduani teneantur Ferrariensibus observare. Et ne causae sive lites diutius protrahantur, teneantur lites Judices diffinire infra viginti dies, & eas Potestates Civitatum teneantur exequutioni mandare infra octo dies, ita quod non liceat litigatoribus appellare. Item statutum est, quod si Ferrariensis aliquis fuerit ex quacumque causa debitor Paduani, alius ejusdem Civitatis pro eo debitum non teneatur exolvere, & alius pro eo non conveniatur. Et Rectores Civitatum praedictarum bonorum alterius, nisi debitoris, intromissionem facere non teneantur. Idem in Padua Ferrariensibus observetur. Item statutum est, quod si sententia dabitur Paduae pro aliquo Ferrariense, sententia vel transactio facta de assensu partium exequutioni mandetur infra octo dies in bonis debitoris, vel in banno ponatur,

tur, prout placuerit Creditori, & in banco consistat, donec satisfactum fuerit Creditori. Et hoc idem pro Paduano Ferrariae observetur. Et si Paduanus deposita de eo querela ad litem non venerit contestandam & causam agendam, detur possessio bonorum Creditori Ferrariensi, vel in banco ponatur, prout Creditor elegerit, nec extrahatur de banco, nisi satisfecerit Creditori. Et si infra viginti dies Creditori non fuerit satisfactum, de bonis debitoris fiat solutio Creditori. Et Commune tenetur Creditorem in possessione tueri. Hoc idem Ferrariensi Paduae observetur. Item statutum est, quod si de bonis alicujus Paduani ad Commune Ferrariae quacumque causa pervenerit, Communitas Ferrariae reddere non cogatur. Hoc idem pro Communi Paduae a Ferrariensibus observetur. Et pactioes initae sicut supra sunt scriptae, usque ad decennium observentur, & in Statutis Civitatum conscribantur. Et si inframissiones aliquae factae sunt pro Communitatibus Civitatum, revocentur & reducantur ad suum statum, & fiat justitia postulanti, sicut superiori scripto monstratur, salvo omnibus pactis & contractibus factis a dictis Legatis, Procuratoribus & Syndicis Communitatis Paduae nostris Civibus Ferrariae: & eo salvo quod Commune Paduae teneatur restituere omnibus Civibus Ferrariae id totum, quod eis abstulit occasione Guardae Turris & Castri Rhodigii. Et in super dicti Legati facient Potestati & Consilio Paduae prae-

A dicta omnia, & singula supradicta, & alias obligationes & pacta a supradictis Legatis & Syndicis acta & facta cum Communi Ferrariae & hominibus Ferrariae, approbare, cum Syndicus, Procurator, & Nuntius Communitatis Ferrariae ad ipsam properabit Paduae Civitatem. Item inter dictos Dominos Jacobum Alexii Judicem & Clarellum de Taufsgardis Paduae Legatos, Procuratores & Syndicos, & Dominum Thomasinum recipientem pro se & Domino Salinguerra ejus patruo, talis pactio facta est nomine Communitatis Paduae: quod si filii vel heredes quondam Carlexarii de Este vellent convenire praefatos Dominos Salinguerram & Thomasinum de possessionibus & fructibus possitis in territorio & districtu Ferrariae, & specialiter de decimatione in praedicto territorio, ubicumque sit, quod Domini praedicti non teneantur eis sub aliquo quocumque iudice respondere, nisi sub Curia iam dictorum Dominorum. Et haec omnia, quae scripta sunt superius, promiserunt Legati praedicti Domino Bulgarino Potestati Ferrariae pro Communi, & Dominis Salinguerrae & Thomasio, firma & rata habere, & quod facient ita & curabunt, quod Commune Paduae & Potestas cum auctoritate Consilii Generalis omnia confirmabunt, & rata habere promittent.

Et ego Petrocinus Aulae Imperialis, & tunc Potestatis & Communitatis Ferrariae Notarius, his omnibus praesens interfui, ut audivi & intellexi, rogatus subscripsi, atque complevi.

### Concordia Mantuae cum Ferraria, Anno 1239.

**S**ancti Spiritus adfit nobis gratis. Anno a Nativitate Domini Millefimo Ducentesimo Trigesimo Nono, Indictione XII. Massue. Temporibus Gre-

Egorii Papae & Frederici II. Romanorum Imperatoris, die Martis VIII. exeunte Maio. In nomine sanctae & individuae Trinitatis. Amen. Concordia

dia tractata & facta inter Dominum **Armannum de Scottis de Parma Judicem & Vicarium Domini Guidonis de Corrigia Potestatis Mantuae, & Dominos Benvenutum Muscardi, & Zanobonum de Reginzo, Ambaxatores Communis Mantuae, deputatos a Consilio Mantuae pro Communi Mantuae, ad tractandam & complendam concordiam cum Judice Potestatis Ferrariae, & Ambaxatoribus Communis Ferrariae pro Communi Ferrariae, ut per quoddam publicum Instrumentum scriptum manu Apollonii filii Martini Bursarii, sacri Palatii Notarii publice apparebat, ex una parte, & Dominum Quartum Judicem, Assessorem & Vicarium & Syndicum Domini Henrici Testae, mandato Imperiali Potestate Ferrariae, & dicti Communis, ut per quoddam Instrumentum manu Ambrosini Notarii manifestum videbatur, & Dominos Villanum de Adigeriis, Lambertum Domini Leodoini, & Jacobinum Olivae, Ambaxatores Communis Ferrariae, ex altera talis est. Quod omnes intromissiones & saximenta factae & facta per Potestatem Mantuae, vel pro Communi Mantuae, sive sint in Communi Mantuae, sive in singulari persona, vel in aliquo alio, & sive sint datae in solutum, sive non, si res exstant, restituantur pro Communi & a Communi Mantuae. Quod si non exstant, restituatur aestimatio Ferrariensibus, facta de voluntate Communis vel Potestatis vel alicujus, Judicum & Assessorum Potestatis Mantuae. Et si facta non fuit aestimatio de voluntate Communis vel Potestatis, seu alicujus Judicum Assessorum Potestatis, restituatur Ferrariensibus iuxta aestimatio, quantum res valebant, tempore intromissionis. Similis quoque restitutio fiat Ferrariensibus per Potestatem & Commune Mantuae de toto eo, quod datum**

**A** esset alicui, qui intromissionem fecisset, vel alii pro eo occasione recuperandae vel dimittendae vel absolvendae intromissionis. Super quibus restitutionibus talis ordo fiet, videlicet quod Potestas Mantuae si in ejus Civitate vel districtu praedicta, vel aliquod praedictorum facta sunt, faciat ipsa omnia sine quaestione, datia, & gravamine devenire in duobus bonis viris Religiosis electis ab ipsa Potestate infra viginti dies a die denuntiationis factae Potestati Mantuae, vel uni ex Judicibus suis Assessuribus. Et Potestas vel Judex Assessor de dicta denuntiatione teneatur facere fieri & dari publicum Instrumentum denuntianti & petenti. De quo Instrumento denuntiationis non ultra duodecim Imperiales accipiat Notarius. Potestas vero & Commune Mantuae vel aliqui pro dicto Communi, nullo modo vel ingenio expendere vel alienare possit aliquod de praedictis, nec etiam ipse Religiosi, nec aliquis alius. Restitutio vero hoc modo fiat. Compensatio quantitatis & speciei fiat hinc inde & superfluum, si quod fuerit, restituatur eundem modum praedictum. Hoc posito pro constanti, quod non exstant pisces intromissi, vel ablati Civibus Ferrariae per Mantuanos circa initium Potestariae Domini Guidonis de Corrigia, sive circa finem Potestariae Domini Bernardi Rolandi Rubei, Potestatum Mantuae. Et praedicta compensatio & restitutio fiat usque ad festum Sancti Petri proximi de Junio. Super praedis vero & robariis factis Ferrariensibus a tempore initae concordiae per Dominos Mantuanum Gaimari, & Johannem de Crema pro Communi Mantuae, & Dominos Hugonem Aldreandini, Johannem Trottae, Jacobinum de Vetula, & Raynaldinum de Guattarella pro Communi Ferrariae in Civitate Mantuae vel districtu, tractatum & or-

dinatum est, quod sine quaestione restituantur, sive per illos Mantuanos, qui eas fecerunt, vel commiserunt, sive per Villam vel locum, in cuius territorio vel districtu, sive in terra sive in aqua accidisset, sive pro Communi Mantuae. Ita quod petitor, vel qui depraedatus vel robatus fuit vel heres ejus, vel successor, non teneatur aliquem convenire, sed solummodo Potestati Mantuae vel uni ex Judicibus suis Assessoribus denuntiare, quod sibi restituat vel restitui faciat res ablatas, probatione tamen prius facta, quod res ablatae fuerint in districtu Mantuae, & de voluntaria & aestimatione rerum ablatarum. Quae probatio fieri debeat infra triginta dies, & infra alios triginta dies fiat restitutio vel solutio rerum si exstant, vel aestimatio, si non exstant.

Item firmatum est & stabilitum, quod si aliquis Civis Ferrariae captus fuit in Civitate Mantuae vel districtu & aliquid dedit per se vel per alium, unde dimitteretur de captione, illud ei restituatur a Communi Mantuae & pro Communi Mantuae. Item firmatum est per praedictos, quod si aliquis Civis Ferrariae vel forensis, undecumque sit, captus fuit in districtu Ferrariae per aliquem Mantuanum, vel habitatorem sui districtus, vel per quamcumque aliam personam venientem per districtum Mantuae in districtum Ferrariae a tempore praedictae concordiae citra, & dedit aliquid, unde dimitteretur de captione, quod illud restituatur ei a Commune Mantuae usque ad Calendas proximas Augusti, & pro Commune Mantuae. Ita tamen quod summa totius quod restitui & dari debet a Communi & pro Commune Mantuae praedictis occasionibus dimissionis Ferrariensium & Forensium non excedat summam CCC. Librarum Ferrariae. Item super futuris verò maleficiis, robariis & damnis

A firmatum est, quod si quis subiectus Communis Mantuae, vel residens in districtu Mantuae, praedam seu robariam fecerit, vel damnum dederit in rebus vel personis, seu personas vel res capiendos in districtu Ferrariae, Potestas Mantuae & ejus Judices Assessores capere bona fide & dare Potestati Ferrariae puniendum in districtu Ferrariae teneantur, & de rebus malefactoris satisfacere damnum vel injuriam passio. Quod si personam malefactoris capere non poterunt, in banno perpetualiter ponere teneantur, & nihilominus de rebus ejus satisfacere passio, & eum in suo districtu non permittere amplius habitare, & nihilominus eum capere & dare Potestati Ferrariae puniendum, si quo tempore eum capere poterint. Item quod Strata per terram & aquam utriusque Civitatis & districtus assuretur per utrumque Commune, ita quod quolibet Commune teneatur facere custodiri suum districtum. Hoc tamen addito, quod si aliquis homo de Ferraria vel districtu vellet venire Mantuam, vel in districtu, a Mellaria superius, cum mercimoniis suis debeat expectare apud Mellariam mudam Mercatorum Mantuae. Et e converso si venerit a superioribus partibus versus Ferrariam, debeat expectare apud Governolum, & ire & redire secure ad visigum & periculum Mantuae per totum suum districtum, si fuerit depraedatus. Et si acciderit, quod Guardae permanerent apud Serravallum vel Reverem pro Mercatoribus Mantuae, & aliquis de Ferraria vel districtu vellet ire Mantuam vel redire, ubi superius dictum est, cum fuerit apud Mellariam, debeat mittere pro dicta tanta Mercatorum, ubi fuerit, & ipsam expectare ibi, quousque venerit. Et ipsi teneantur ita cito, quam viderint Nuntium venire, ipsum Mercatorem sive Mercatores secure transire

sare per districtum Mantuae a Mellariis superius. Et si acciderit, quod Commune Mantuae esset in concordia cum hominibus de Ostilia, homines de Ferraria & districtu secure valeant ire & redire per districtum Mantuae, ubicumque eis placuerit, locis vetitis exceptatis de omnibus praedictis secundum tenorem pactorum veterum initorum inter utrumque Commune. Quod si aliter fieret, Mantuani non teneantur ad restitutionem, & Potestas & Commune Mantuae teneatur curare facere bona fide sine fraude aliqua & ingenio, quod nulla mercadandia alicujus Civis Mantuae vel districtus vel alicujus Forensis conducatur a Gubernolo inferius, nisi quum muda Mercatorum seu Communis Mantuae venerit pro mercadandia conducenda. Et insuper teneantur, quod curabunt & facient jurare Consules Gubernoli, & Capitaneos Reveris & Serravallis, quod neminem Mercatorem cum mercadandia usque in zulum venire permittent, nisi \* eum eorum mercimoniis, quo & unde voluerint, solvendo tamen consueta Datia & approbata, uti in pactis inter utrumque Commune habitis continetur. Nec Mantuam per se vel per alium ultra aliquo ingenio exigant nec exigi patiantur; salvo honore & praecepto & praeceptis Domini Imperatoris, si qua faceret de suo itinere prohibendo a Gubernolo superius. Quae praecepta scripta & sigillata inveniantur Imperiali sigillo. Et salvo honore & consuetudine introitus portus Salis, & Contratarum Mantuae, secundum pacta vetera inita inter utrumque Commune. Ita tamen, quod si Mantuani contra Imperialem prohibitionem pro aliquibus mercationibus iverint, vel aliquos alios per suum districtum ire vel redire passi fuerint, permittant Ferrariensibus cum suis mercibus libere ire & redire, exceptis aquis & locis ve-

**A** titis, uti in pactis inter utrumque Commune initis continetur. Nec liceat Mantuanis ire vel redire per districtum Ferrariae ad loca vel a locis, cum quibus Ferrarienses guerram haberent. Item firmatum est, quod illi tantum Civis Mantuae intelligantur, qui nati sunt in Civitate Mantuae vel districtu, vel habitatores continui in Civitate Mantuae vel districtu, vel qui habent instrumentum publicum Cittadinantiae, & omnia pacta inita inter eos & Commune Mantuae observaverint, vel \* Statuta Civitatis Mantuae. Et ista intelligantur tam in praeteritis negotiis quam futuris; ita tamen quod continua habitatio vel Cittadinantia non proficiat alicui in his, quae obvenierint vel acciderint ei, ante continuam habitationem vel cittadinantiam. Hoc addito, quod nulli Civis alicujus Civitatis, quae guerram nunc habeat, vel in futurum habuerit cum Civitate Ferrariae, durante guerrâ liceat venire neque ire in districtum Ferrariae, nec per districtum Ferrariae, etiamsi sit Civis Mantuae, nisi per aquam Padi districtus Ferrariae a districtu Mantuae superius eundo & redeundo per aquam Padi districtus Ferrariae. Et hoc intelligatur nisi sit continuus habitator Civitatis Mantuae vel districtus sex mensibus ante. Quod si contra fieret, Commune Ferrariae non teneatur.

**B**

**C**

**D**

**E** Item quod nulla intromissio seu saximentam seu represalia, vel quid in fraudem eorum de cetero fiat a Mantuanis contra Ferrarienses, nisi Potestas & Commune Ferrariae facerent contra praedicta, & nisi postea a Potestate & Communi Mantuae per literas sigillatas ipsius Communis diffidantia Potestati & Communi Ferrariae per triginta dies, priusquam intromissio, saximentum, represalia, vel quid in fraudem eorum fiat..... In rationibus faciendis in-

ter Ferrarienses & Mantuanos, Mantuae pro Ferrariensibus talis ordo servetur: videlicet quod si Ferrariensis voluerit conqueri de aliquo Mantuano vel de Communi Mantuae aut Universitate aliqua, deponat querimoniam sub uno Judicum Assessorum Potestatis Mantuae. Et oblata petitione in scriptis ad Judicem praesatum, dictus Judex eam recipere teneatur, & sequenti die reum compellere. Si comparuerit, Ferrariensis respondere & litem contestari, lite contestata, postea infra viginti dies continuos probationes recipere utriusque partis teneantur, & non ultra recipiatur nisi in reprobatione testium, in qua octo dierum continuorum detur dilatio utrique parti, & non ultra, utraque vel altera partium postulante. Et hoc ante testium aperturam fiat. In interrogationibus vero & reversionibus testium post aperturam, si ab altera vel utraque partium petitum fuerit, aliorum octo dierum continuorum tantum dilatio detur. Et infra alios decem dies continuos proximos causa examinetur, & sine debito terminetur, nullis obstantibus feriis solemnibus vel repentinis in aliquo praedictorum. Et actori succumbenti semel liceat ad Potestatem Mantuae appellare, vel sententiam nullam dicere. Reo tamen succumbenti non liceat appellare nec sententiam nullam dicere. Et dicta Potestas vel alter Judicum Assessorum Potestatis de causa appellationis vel nullitatis cognoscat; & infra quindecim dies alios continuos, non obstantibus feriis, ut dictum est, causam per sententiam definiat. Quod si non fecerit, prima sententia rata consistat. Sententia vero, quam Judex assessor non pronuntiaverit injustam vel nullam, mandetur executioni in hunc modum: scilicet quod Potestas vel Judex suus Assessor compellat condemnatum \* satisfacere victori infra decem dies post

A latam sententiam ad voluntatem victoris de bonis condemnati, vel eum banniendo vel capiendo & tenendo, nec de banno extrahendo, nec dimittendo absque voluntate victoris. Idem modus & ordo servetur in sententiis, sententia, praecceptis & praecepto hinc retro latis & factis, nisi fuerint retractatae vel retractata per appellationem, vel pronuntiatum fuerit eas vel ea vel eam esse nullam vel nullas vel nullum. In confessis vero debitum ordo hujusmodi observetur; quod Judex Assessor confidentem condemnet solvere debitum conquerenti ad decem dies. Qui si non solverit ad terminum compellatur jurare ad alios tres dies satisfacere conquerenti. Si autem ipse condemnatus non comparuerit

C Judici assessori elapso primo termino decem dierum, vel jurare vitaverit, sententiam ad trium dierum praedictorum terminum, non satisfecerit conquerenti, secundum praesatum modum Judex Assessor contra ipsum procedat ad voluntatem conquerentis, dando de bonis condemnati conquerenti in solutum, vel eum banniendo, capiendo, & tenendo, nec de banno extrahendo, nec dimittendo absque voluntate conquerentis. Et haec omnia fiant, non obstante Statuto aliqujus Civitatis facto vel faciendo, & non obstante jure Ecclesiastico vel commissione de eo, quod in instrumentis usque ad terminos continetur vel continebitur. Si vero reus non comparuerit, ponatur in banno ad voluntatem conquerentis, & detur ei terminus quatuor dierum. Quo termino elapso Potestas teneatur eum capere & captum tenere, nec dimittere sine voluntate conquerentis, donec eidem satisfaciatur conquerenti de eo, quod probaverit legitime infra quindecim dies eum sibi debere, nisi reus infra dictum terminum probaverit, propter quod debeat absolvi. Si vero agatur in rem, mittatur petitor in possess-



possessionem rei petitaе, termino banni elapso. Nec possit reus dictam possessionem recipere, nisi infra mensem venerit, & eam recuperaverit, & expensas factas in adipiscenda possessione vel tenuta sibi refecerit. Haec autem omnia acta sunt & singula salvo omnibus & singulis pactis, concordiis, & conventionibus hinc retro habitis inter unumque Commune. Et per Ministerialem Communitatis Mantuae in anima Potestatis & Judicum suorum & Consiliariorum, parabolam in publico Consilio Communitatis Mantuae dantium, jurentur.

Atum die, Millesimo & Indictione praedicta vel praedictis, in Ecclesia Sancti Stephani de Castro Massae praesentibus rogatis testibus, scilicet Domino Hugone de Baifio, Ariverio de Mauredda, Raymundo de Herberia, Guisfredino filio Bernardi de Canossa, Zilio filio Domini Alberti Sigici de Mutina, Gabriele de Rivalta, Petro filio Domini Ariverii, Bonaccorso Huberti de Lazaro de Massa. Coram quibus testibus, firmatis praedictis omnibus, ut supra scriptum est, eadem die, Millesimo & Indictione, Dominus Armannus praenominatus, & Benvenutus, & Zanobonus de Reginzo, Ambaxatores Mantuae promiserunt Domino Quarto Judici & Assessori & Syndico Domini Henrici Testae Potestatis Ferrariae mandato Imperiali & ipsius Communitatis, & Do-

A minis Villano, Lamberto, & Jacobino Olivae Ambaxatoribus Communitatis Ferrariae, recipientibus nomine Communitatis Ferrariae, obligando Dominus Armannus Vicarius Domini Guidonis de Corrigia Potestatis Mantuae se Vicarium & suos successores pro Communi Mantuae, & ipsum Commune attendere & observare omnia praedicta & singula, & ita curare & facere, quod Potestas & Commune Mantuae ita in omnibus & singulis facient & observabunt ut supra in omnibus & singulis continetur. Et quod Potestas & Consilium Mantuae, & sui Judices Assessores per sacramentum Ministerialis jurantis in anima eorum, datâ parabolâ, ipsa omnia & singula confirmabunt.

C Ego Tedericus praenomine Rigatus, sacri Palatii & Ferrariae Notarius, ad omnia superscripta praesens interfui, & ut audiui vidi & intellexi, rogatus scribere scripsi.

Alia ejusdem generis monumenta adservat Respublica Bononiensis in antiquissimo suo Regeſto, e quibus quum aliquot acceperim curâ Nobilis & praestantissimi viri Marchionis Francisci Zambecarii, Patricii ac Senatoris Bononiensis, haec etiam evulgare decrevi, in honorem splendoris illius Urbis.

*Charta pacis & concordiae per Ferrarienses juratae  
Communi Bononiae, Anno 1193.*

I N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Hic est tenor antiquae pacis & concordiae factae tempore Domini Girardi Gislæ Episcopi, & tunc Potestatis Bononiae, inter Ferrarienses & Bononienses. In Dei aeterni nomine. Anno Dominicæ Nati-

E ritatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Tertio, tempore Coslesini Papae, & Henrici Imperatoris, die X. intrante mense Maji, Indictione XI. in Doliolo in Ecclesia Sanctae Mariae. Nos Ferrarienses juramus pacem Bononiae, & hominibus de Comitatu & districtu & Episco-

Episcopatu, & eos salvare & custodire in Civitate Ferrariae & Comitatu & districtu; nec in Episcopatu Bononiae & districtu, nec in alieno studio offendere. Et si aliqua offensa facta fuerit, infra triginta dies sub Arbitris electis emendario fiat, nisi remanserit consensu partium, vel iusto impedimento. De re sine poena, si res compareat, restituatur; si autem exstimatio, si deterioratio sit facta, emendetur, dato sacramento illi, cuius res erit. Et si noluerit jurare, arbitrio Arbitrorum emendetur tam de exstimatione, quam deterioratione. Si persona, quae offensionem fecerit, non compareat post requisitionem, in banno a Rectore vel a Rectoribus illius Civitatis ponatur, & de banno non extrahatur, nisi satisfaciat. Si vero compareat & satisfacere non potest, persona tradatur. Et si aliquis de Civitate Ferrariae & Comitatu & districtu, vel de alterius Civitate & districtu vellet venire in servitio Communis Bononiae, nisi esset inimicus Communis Ferrariae, non prohibebo. Bannitos a Civitate Bononiae, ex quo requisitus fuero a Comuni, in mea Civitate & districtu non retinebo scienter. Si qua possessio mobilium vel immobilium fuerit intronissa a Comuni Ferrariae, ex quo discordia ista intervenerit, & res appareat, restituere faciam sine placito. Et si aliquod percenerit Comuni Ferrariae, quod fuisset ablatum extra Civitatem Ferrariae, & Comitatum, & districtum sub Arbitris emendare faciam caput rei vel rem sine poena. Si vero a privatis in Civitate Ferrariae & Comitatu & districtu & Episcopatu, vel in alterius districtu aliquid fuerit ablatum, sub Arbitris emendare faciam, pecuniam sine usuris, & rem sine fructibus, & praedam caput rei; & sententias quae retro datae sunt, & in anima datae

A erunt, & possessiones, quae restituae fuerunt, firmas tenere faciam; & hoc ante istam discordiam. Et si qua possessio fuerit impedita, atque data fuerit vel dimissa, jurare faciam, quod non impediet. Et si testes fuerint necessarii de meo districtu illis, qui causam habebunt, eis dabo, sicuti meis Civibus, si petierint. Et haec omnia scripta sient, & observata erunt ex parte Bononiensium Ferrariensibus. Et illi qui passi sunt & parentes eorum & feminae uque ad quintum gradum a duodecim annis supra usque ad sexaginta, & postea omnes Ferrarienses Comitatus & Episcopatus a quindecim annis usque ad sexaginta, jurent pacem in perpetuum, ex quo Arbitr electus erit a Ferraria infra octo dies Potestati vel Rectoribus Bononiae teneantur dare. Et illud idem faciant Ferrarienses, ex quo electus a Bononiensibus fuerit. In Tholoneis sic stabilitum est, quod Ferrarienses & Bononiensibus nihil debent accipere, & ab iis, qui sunt de Comitatu eorum & Episcopatu, de iis rebus, quae sunt aptae ad comedendum; & debeant vendi Ferrariae occasione Tholonei, vel alia: quod si alibi portarentur per Ferrariam, duodecim Imperiales de Navi sive magni sive parva, nisi remittere velint; & de singulis Navibus in eundo & redeundo a Ferraria in sursum, scilicet a Lombardia, duos solidos Ferrarienses vel Bononienses, sive veniat Navis de sursum, scilicet de Lombardia, & ultra monte. De Torcello cavalcativo duos solidos Ferrarienses vel Bononienses, & de soma totidem, & de Navi totidem. Si vero Venetias iverit cum Navi onerata, duos solidos Ferrarienses vel Bononienses de Navi, & duos solidos de soma Ferrarienses vel Bononienses. Et si de iis rebus, de quibus semel Tholoneum datum est, aliquid compe-

comperaverit, & reduxerit, de eo nihil debet dare, nec de Navi ipsa nisi de eo, quod superadderent, & hoc ostenso sacramento Bononiae. Si autem redierit a Venetiis cum alia Navi onerata, dabit duos solidos Ferrarienses vel Bononienses de Navi, si de mercibus nihil de super apposito. Si verò redeat a Venetiis, cum nihil delisset Ferrariæ, duos solidos Ferrarienses vel Bononienses: & de Torfello & somma totidem. Si verò magnam Navim dividant in plus, non dentur nisi duo solidi Bononienses vel Ferrarienses, si postea dati fuerint. Et haec fient, nisi cum Bononienses venerint in Foro annuali Ferrariæ: tunc enim nihil dabunt pro Navi vel rebus, quae sunt in eis, vel quae sunt de Episcopatu & Comitatu, undecumque veniunt. In foro verò annuali novem Ferrarienses vel Bononienses. De Storatica & Tabula totidem, si fuerit Cambiator, & nihil plus.

De Forcatia Stationum idem facient Bononienses, quod alii Lombardi. Et de equo, & asino, & bove tres solidos Ferrarienses vel Bononienses, nisi sint Milites vel Clerici; & de aliis bestiis minutis solidos, quos consueverint. Et licet Bononiensibus ire & redire ubicumque Ferrarienses vadunt cum mercibus, & sine mercibus, excepto mercatione Salis, qua uti non debent per aquam Ferrariæ, & mercatione Piscium excepta, si vellent portare in Lombardia. Si verò Ferrarienses non vadant ad aliquam Civitatem vel locum pro guerra vel banno, nec Bononienses vadant ibi cum mercibus. Si sine mercibus, liceat eis ire, dum tamen non vadant ad eorum offensionem, & cum mercibus redire, dum tamen non sint de mercibus inimicorum; nec in terra eorum emptae, & non deserant in navibus inimicorum, vel cum

A personis eorum vel rebus. Et idem facient Ferrarienses eorum parte. Et liceat Ferrariensibus ire & redire cum mercibus & sine mercibus, ubicumque Bononienses vadunt. Si verò Bononienses non vadunt ad aliquam Civitatem vel locum pro guerra vel banno, nec Ferrarienses vadant ibi cum mercibus. Si sine mercibus, liceat eis ire, dum tamen non vadant ad offensionem Bononiensium. Et cum mercibus liceat eis redire, dum tamen non deserant de rebus inimicorum, vel veniant cum personis & rebus eorum. De modio seminis Lini, & Vallaniae, & Folliae, dent Bononienses duodecim solidos Ferrarienses vel Bononienses, nisi in Foro annuali, in quo nihil dare debent. Et de centonario piscium tres Ferrarienses vel Bononienses. De Vegete vini Starium unum ad Starium Ferrariensem pro Ripatico, & blavam, quam habebunt Bononienses in terris suis in Comitatu Ferrariæ, vel quas lucrati fuerint, exportatione jumentorum vel personarum, & blavam, quam Joculatores acquirunt, & spigulataram, & linum, quam laboratores acquirunt, quiete ducere permittant. Et idem facient Bononienses Ferrariensibus. Forcatia, quae fiet in territorio Majoris..... debent dare duos solidos Imperiales, de tabula Camporum & Mercatorum panis majoris totidem & non plus. Et si alii minus darent, Bononienses minus dabunt. Et in omni quinquennio sacramenta praedicta ab utraque parte renouentur. Et Potestas & Consul juret omni anno praedicta observare. Et si aliqua persona de iis, qui passi fuerunt, vel aliquis de propinquis eorum vel heredum eorum, qui ad hanc partem vocatus fuerit, & ad securitatem praestandam pro pace a praedictis personis, servandam pacem frugerit, vel frangere fecerit, expellatur de Civitate &

Episco-

Episcopatu & Comitatu Ferrariae, & bona ejus distrabantur, & dentur Bononiensibus, nec recipiantur, nisi satisfecerit illi, cui offensa facta fuerit. Idem facient Bononienses de filiis Henrici de Fratta & eorum heredum, & qui ex parte eorum vocati fuerint. Ad haec fuerunt testes praesentes Ramisinus, & Guezus Consules Bononiae, Rambertus de Albaro, Manfredus de Ugone de Ramisino, Victorius Bombellus, Jacobus, Albertus de Rusticanis, Guido de Vetrana, Nascimvilla, Petrus de Baxacomatre, Zacharias Judex, Zanibonus Villicus Domni Episcopi Bononiensis, Amethus, Orabona Notarius, Dominus Guizardus Odonis tunc Potestas Ferrariae, Albertus de Adigerio, Marchisinus de Maynardo, Guido de Turclo, Petrusbonus de Pagano, Jacobus de Fontana, Paltronus Maranus tunc Massarius Communis Ferrariae, & plures alii. Hae sunt quaedam adjectiones factae praescriptae concordiae & paci Domni Gerardi Gislae Episcopi, & tunc Potestatis Bononiae, & Domini Guizardi tunc Potestatis Ferrariae, & sacramentum ejusdem Domini Guizardi. Nec aliquem Tholoneum a Ferrariensibus accipiant, vel eis auferant, nisi antiquum & consue-

tum, & quod fuerit probatum a Bononiensibus per testes sub arbitris, & ex tali tempore, quod Arbitri antiquum judicaverint, & de eo, quod tunc dabatur antiquitus. Lucenses pro Tholoneo debent dare duos Ferrarienses & non plus. De lignis nihil debent dare in Doliolo & in Galeria tantum; ex quo Arbiter erit electus a Ferraria, infra octo dies Potestas vel Rectores Bononiae teneantur eis dare. Dominus Guizardus tunc Potestas Ferrariae juravit, quod illa Capitula, quae sunt scripta in Breve Ferrariae de pace tenenda, & propter pacem tenendam inter Bononiam & Ferrariam, scilicet quod est constitutum, quod ipse observabit, & observari faciet omnibus hominibus Ferrariae, quod Dominus Episcopus & Potestas voluerint. Convenit Potestas Bononiae cum Potestate Ferrariae, quod Commune Ferrariae non teneatur restituere illud quod Consules pro banno abstulerunt in territorio eorum, qui malum habuerunt, non teneantur restituere illud, quod abstulerunt. Ad haec fuerunt testes Dominus Jacobus de Fontana, Dominus Albertus de Adigerio, Guido de Turclo, Rambertus de Albaro, Ramisinus, Guezus, Zacharia Judex, & plures alii.

*Charta concordiae factae per Dominum Salinguerra Potestatem Ferrariae, & Commune Bononiae, Anno 1203.*

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Talis concordia facta est inter Dominum Guillelmum de Posterla Potestatem Bononiae, & Dominum Salinguerram Ferrariae, nomine Communis utriusque Civitatis. Quod Servi & Masnatae Domini Prendipartis Perticonum, & ejus fratris, & Graeci, & ejus nepotum, scilicet filiorum sororis suae, & fratris Ardi-

**E**tionis, & aliorum omnium Bononiensium, debeant restitui a Potestate vel Rectoribus Ferrariae in possessione Dominorum, visis rationibus & probationibus Dominorum praedictorum. Vel si praedicti Servi & Masnatae fuerint confessi vel confessae infra viginti dies, postquam querela fuerit facta, nisi evidentissimis rationibus & probationibus, omni exceptione majoribus, ostenderint contra-

contrarium, infra viginti dies. Et hoc debeat fieri sub Judice Potestatis sine judicatura aliqua. Eo addito, quod in continenti, postquam erit Ferrariae Dominus Salinguerra, quamcivius poterit, recipiat securitatem de jam dictis Servis & Magnatis, & eorum rebus restituendis in potestate Dominorum, si ostenderint, secundum quod supra dictum est. Sed si inveniri non poterunt, in banno ponantur a Communi Ferrariae cum rebus eorum, quae inventae fuerint in districtu Ferrariae, Dominis restitutis. Et si uterentur in alio loco de districtu Ferrariae, homines illius loci compelli debent a Ferraria jurare de eis capiendis, si poterunt, & Communi tribuendis. Hoc addito, quod si de culpa vel fraude aliquis possit argui super facto Servorum, quod teneatur rationem facere sub Arbitris Ferrariae. Et Dominus Salinguerra promisit specialiter super hoc Capitulo, se facturum rationem de Communi Ferrariae cuilibet petenti rationem de Communi Ferrariae sub Arbitris Ferrariae. Et hoc idem promisit Dominus Guilielmus Potestas Bononiae, se observaturum de Magnatis Ferrariae. De filio Silvagni ita statutum est, quod Potestas Ferrariae debet recipere securitatem ab eo quingentarum Librarum Ferrariae de eo restituendo cum suis rebus Domino Jacobo Alberti Ursi, nisi ostenderit publicum Instrumentum Libertatis sibi factum a Domino Jacobo ab eo tempore citra, quo adscripsit se solo ipsius, secundum quod scriptum est per manum publicam; vel per idoneos testes, & bonae opinionis ostenderet legitimam defensionem sui status ab eo tempore citra, ut superius dictum est. Insuper promisit Dominus Salinguerra, se facturum, ut restituatur Sal Dainiso & eius sociis, secundum quod declarabitur quantitas Salis vel exstimatio e-

Tom. X.

A jus, quae erat tempore ablationis, per Assazatores Salis Ferrariae, & per eos, qui amiserunt Salem, declaratur & probetur. Item denarii, ablati Belundo, debent ei restitui a Ferrariensibus, qui fuerunt viginti sex Librae. Similiter viginti novem Librae Imperiales debent restitui Gerardo a Ferraria. Perdita hominum de Maxinatiko, facta in servitio Communis Ferrariae, debet ei restitui a Communi Ferrariae infra triginta dies, ex quo fecerint sacramentum de perdita & dispendio. Item servetur in omnibus de Bononia & ejus districtu, qui fuerint in servitio Communis Ferrariae, qui juraverint, vel jurare voluerint de perdita & dispendio ad eundem terminum.

C Praedae manifestae & rapinae & violentiae omnes factae a Ferraria Bononiensibus, debent restitui, & debita manifesta sine placito infra triginta dies, secundum tenorem primae concordiae statutum in offensis. Super conventionione & discordia, quae est inter Mainardos & Galeranos, vel Commune Bononiae de aqua & valle, Arbitri duo, qui erunt electi a Bononia de Ferraria, & duo qui erunt electi a Ferraria de Bononia, infra octo dies, postquam praestitum sacramentum ab utraque Potestate, de his observandis vident praecise & specialiter, eam discordiam & contentionem definire infra tres menses; alias vero definire secundum tenorem primae concordiae.

E Et si quae similia facta acciderint Ferrariae his, quae dicta sunt, in Bononia, idem observari debent Ferrariensibus a Bononiensibus. Super facto bladae Ferrariae ita statutum est, quod Potestas Bononiae debet permittere extrahi blavam Ferrariae secundum tenorem primae concordiae, quandocumque voluerint omni anno, exceptâ blavâ hujus praesentis anni, quam nunc habent

K k

in

in Bononia & ejus districtu, in qua sic statutum est pro praesenti anno, ut Potestas Bononiae post festum Sancti Petri proximi debeat permittere extrahere Ferrarienses, quaecumque voluerint, cognitâ tamen veritate per eum, cujus fuerit blava, vel per idoneum Nuntium de quantitate blavae, & per sacramentum. Hoc autem quod dictum est in Nuntio, servetur in Ecclesiis, & in Domino Marchione, & in Domino Salinguerra, & domo sua. In aliis autem personis declaretur per sacramentum ipsarum. Insuper debet concedere Potestas Bononiae a quarto die post festum Sancti Petri in antea Ferrariensibus emere tantum de blava, & extrahere libere de districtu Bononiae, quanta fuerit declarata illa, quam nunc habent. Et hoc teneatur tantum observare in hoc praesenti anno. Super facto blavae Bononiae, quam nunc habent vel habebunt Bononienses in Ferraria vel ejus districtu, observetur tenor antiquae concordiae quolibet anno. De tenuta data parti Domini Adhigerii debeat mandari executioni secundum tenorem concordiae. Super facto frumenti ablati Rubeo, existimetur quodlibet modium quinquaginta Solidos Imperiales, cognitâ veritate quantitatis frumenti per sacramentum Rubei usque ad quantitatem quatuordecim modiorum. De qua quantitate debent diminui viginti Solidi Imperiales de summa pretii. Super facto Tascae Petri Faventini & ejus sociorum, debet inquiri veritas per Mixotum Galeriae, & per Mercatores Bononiae a sexaginta tribus Libris Imperialibus usque ad septuaginta quinque. Vinum & lignamen ablatum a Domino Jacobo Alberti Ursi Anzelello, debet ei restitui a Domino Jacobo. Manifestae praedae, & rapinae, & violentiae omnes factae a Bononiensibus Ferrariensibus debent resti-

A  
tui, & debita manifesta sine placito. Et si quae similia acciderent Bononiae his, quae supra diximus Ferrariae, eadem statuta serventur a Ferrariensibus, quae statuta sunt servari a Bononiensibus. Super facto filiorum Domini Henrici de Fracta statutum est, ut debeant habere, vel mittere Procuratorem Terrae, si volunt proponere querimoniam de aliquo Ferrariensi, vel de ejus districtu. Et Arbitri debeant mittere Bononiam ad recipienda sacramenta calumniae, & ad confessiones recipiendas. Compensatio denariorum Tascae, & Salis, & Ver..... & viginti octo Librarum Imperialium Gerardelli, & frumenti Rubei, debet admitti ex utraque parte. Item juramus nos Ferrarienses pro communi & diviso pacem Bononiensibus & Hominibus de Comitatu & districtu & Episcopatu, & eos salvare & custodire in Civitate Ferrariae, & ejus districtu & Comitatu, nec in Episcopatu Bononiae, vel districtu, nec in alieno studiose offendere pro communi vel diviso, nec pro aliquo communi, nec pro aliquo diviso. Et si pro diviso offensio facta fuerit, etiam datio fiet, secundum tenorem primae Chartae, & bona fide vetabimus, ne quis aliquam offensam faciat alicui Bononiensi vel in terra vel in aqua, vel pro communi vel pro diviso. Et si Bononienses habebunt guerram publicam cum aliqua Civitate, ad sanguinem & incendium, illi Civitati Potestatem vel Rectorem non dabimus, sed penitus vetabimus. Et hoc idem in omnibus juramus nos Bononienses observare & attendere Ferrariensibus pro communi & diviso. Omnia alia observentur ex utraque parte, secundum tenorem antiquae concordiae. Et haec omnia utraque Potestas invicem promisit & juravit ita observare, & quod faciet observari pro communi & diviso suae Civitatis, secundum quod

in hac praesenti concordia, & in antiqua Charta Pacis, & in Charta interpretationis continetur. Hoc tamen adiecto, si quid fuerit communicato consensu utriusque Civitatis stabilitum inter eos, quod illud hoc eodem sacramento teneantur observare & facere observari bona fide sine aliqua fraude.

Actum in Galeria, in Ecclesia Sancti Andreae communi voluntate utriusque Potestatis, Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tertio, die Mercurii XI. exeunte Mense Madii, Indictione VI. praesentibus ad hoc rogatis testibus Domino Azone Legum Doctore, & Domino Mercadante Legum Doctore, Domino Ramberto de Albaro, Domino Gerardo Rolandini, Domino Buaello Guidonis Buaelli, Domino Henrighetto Cornaclini, Bono Bononcio Arardi, Gerar-

A do Cini, & de Ferrara Domino Jacobo de Trosta, Domino Guilielmino Zogoli, Rubeo Mixotti, Petro Albari, Pellegrino Tabellione, Griffio & aliis.

Ego Ventura quondam Regis Henrici Notarius, omnibus gestis apud Galarriam super nova Concordia Ferrariensium & Bononiensium facta inter Dominum Guilielmum de Pusterla Potestatem Bononiae nomine ejusdem Civitatis, & Dominum Salinguerram Potestatem Ferrariae, nomine ejusdem Civitatis, secundum quod supra legitur inter sui, & de mandato utriusque Potestatis, qualiter antiquam & novam concordiam Ferrarienses & Bononienses, & interpretationes inter Bononiam & Ferrariam factas sacramentis & promissionibus firmaverunt inter se pro Communi utriusque Civitatis, ut superius legitur, scripsi.

*Pacta & Concordia habita inter Commune Bononiae  
& Florentinos, Anno 1203.*

**I**N Dei nomine. Amen. Anno Domini Incarnationis MCGIII. Idus Septembris Indictione VI. Nos Davizus quondam Meliorelli de Tusa, Donatus Tholomei, Octavianus Gerardini, Brunus Judex, Zanibellus Tedalini, Acerbus Falseronis, Sinibaldus Scolai, Gianni Soldinerii, Cavalcante Daini, & Brunellinus, Consules Communis Florentiae, ex parte Communis Florentiae, & pro Communi Florentiae, promittimus vobis Domini Guidoni Tantiidenori, & Bonavoltae, Domino Ugolino Legum Doctore, & Domino Guidoni Doxii, Consuli Negotiatorum, recipientibus ex parte & nomine Communis Bononiae: si amodo in antea aliquis de Civitate Florentiae vel districtus, aliquem contractum celebraverit eum aliquo de Civitate Bononiae vel ejus districtus, quod ille de Florentia

vel districtus, non possit nec debeat convenire alium de Bononia vel districtu, nisi illum cum quo contractum celebraverit, seu debitorem vel fidejussorem, qui pro contractu obligati essent. Nec Commune Florentiae alium impediet, nisi contrahentem & debitorem & fidejussorem. Et si alius aliquando impediretur, vel res alterius, quod Commune Florentiae expediet. Unde nos Davizus & Donatus pro Commune Florentiae a vobis pro \* Communis Bononiae similiter promissionem recepimus sicut in nostro Instrumento continetur, & sic Henricum Judicem & Notarium scribere & in publicam formam redigere rogavimus.

Acta sunt haec omnia in Civitate Florentiae in Ecclesia Sancti Martini de Episcopo praesentibus & rogatis testibus, Catalano Consule Militum, Meliore Abbatis Consule Mercatorum Florentiae,

ventiae, Tinisio Lamberti, Jacobo Ramonis Consule Cambiatorum, Mainetto Andriolae, Bonoristori Karelli.... Prioribus Florentiae, & Gondo Camerario Communis Florentiae.

A | Ego Henricus Domini Imperatoris Henrici Judex & Notarius, & tunc Communis Florentiae Cancellarius haec omnia me praesente a la rogatus scripsi, & in publicam formam redegi.

*Concordia facta inter Dominum Isaacum de Dovaria Potestatem Bononiae, & Dominum Salinguerram Potestatem Ferrariae, Anno 1207.*

**I**N nomine Domini. Talis concordia facta est inter Dominum Isaacum de Duaria Bononiae Potestatem, & Dominum Salinguerram Potestatem Ferrariae, super quaestione, quae est inter Galeranos & Maynardos. Scilicet quod duo Arbitri debeant eligi de Ferraria, & duo de Bononia, qui de Bononia debeant cognoscere super omnem litem, quae fuit inter Galeranos & Maynardos, tam super sententia lata a Domino Guidone Lambertini, & Domino Buatello, & Domino Carnelvario, & Domino Gondoaldo, utrum debeat valere vel non, in totum vel pro parte; & utrum tenuta sit danda ex ea sententia, vel non: quam etiam super omnibus aliis litibus, & etiam de illis, quae continentur in sententia, si contigerit, eam sententiam non valere, neque possessionem ex ea sententia dandam esse. Et quod judicaverint definitive vel interlocuendo super possessione danda, ipsi Electi firmiter faciant observari, ita quod interlocutoria praedicta habeant vim definitivae & auctoritatem. Et si discordia inter electos apparuerit, ad Abbatem Columbae & Priorem ejusdem loci debeant communiter recurrere, consilio vel sententiae quorum adquiescant. Et in eo casu sententia ab eis lata firma fiat & rata, sicuti ab ipsi Arbitris esset lata. Et Arbitri utriusque partis teneantur ea mandare executioni. Et haec autem agi debeant uno termino ad Piulani, & alio ad Bon-

B | denum, & sic de ceteris locis & terminis vel alibi, ubi in concordia convenerint, & neutra partium utatur possessione, quae est in lite vel erit, vel aliquis alius, nisi illi fuerint ab Arbitris utriusque partis electi, apud quos Arbitros debeant pervenire & permanere quidquid praeceptum erit, donec lis definita fuerit, & quidquid praeceptum fuerit, detur Arbitris utriusque partis vici..... & parti. Arbitri autem sunt eligendi hoc modo, scilicet quod Potestas Ferrariae debeat eligere unum hominem, quem putaverit bonum & utilem, qui juret eligi duos Arbitros. Et eligat de Civitate Ferrariae, quos crediderit esse bonos & idoneos ad praedicta cognoscenda & expedienda, praesente Nuntio Bononiae. Et in Consilio Ferrariae hoc idem per omnia fiat a Potestate Bononiae in Consilio Bononiae, praesente Nuntio Ferrariae, de eligente & eligendis, qui sint de Bononia. Eorum autem, qui eligere debent Arbitros, tale debet esse sacramentum, scilicet quod debeant jurare, quod praedictam electionem duorum Arbitrorum faciant bona fide sine aliqua fraude, & quos putaverint bonos & idoneos & legales ad praedicta cognoscenda & expedienda, remoto odio, amore, pretio & precibus, & speciali lucro vel damno. Et Arbitri electi praedicti possint cognoscere & sententiarum altera parte citata; & non veniente, Potestas Ferrariae teneatur facere venire Arbitros  
Fer-



Ferrariae, & stare ad ea faciendu, quae sunt necessaria caussae ad loca designata ad terminum & terminos, quos ei denuntiaverit Potestas, & Arbitri Ferrariae, Bononiae per literas vel per eorum Nuntium: idem in omnibus observetur ex parte Potestatis Ferrariae, & Arbitrorum Ferrariae in requisitionibus & omnibus aliis. Et utraque Potestas teneatur facere jurare preconem in concione super animam Populi, & ad vocem Populi, quod omnia praedicta & alia, quae continentur in ista concordia observabunt, & facient observari, & quaecumque dicta sunt & tractata super facto Galeriae & Mainardorum in facto Arbitrorum, videlicet in cognitione & observatione, pronuntiatione, in suis locis designatis & terminis. Ita observetur in facto Domini Guidonis Lambertini, & Gilioli Guizzardi, & Domini Petri Alberti Adigerii. Item super lite, quae est in Dominum Guidonem Lambertini, & Giliolum Guizzardi, talis habitus est tractatus, quod duo Arbitri debeant eligi, unus a Potestate Bononiae, & alter a Potestate Ferrariae, qui debeant cognoscere de possessione & dominio vel quasi. Et quidquid judicaverint super unoquoque iudicio, ratum habeant & firmiter faciant observari. Interim tamen fructus litis debeant pervenire & permanere apud Dominos Arbitros utriusque Civitatis, ita quod neutra pars, vel aliquis alius debeat..... qua litis, non illi, qui erunt electi ab Arbitris utriusque partis, non derogando juri aliorum, qui non sunt in lite haec. Et si discordia apparuerit inter ipsos Arbitros, debeant recurrere ad Abbatem Columbae, & Priorem ejusdem loci, consilio vel sententiae quorum acquiescant. Et arbitri utriusque partis teneantur eam mandare executioni. Et haec debent agitari uno termino ad Durololum, & alio ad Hospitale Ratoli,

A & sic de ceteris terminis, vel alibi, ubi in concordia fuerint.

B Super facto Domini Petri Alberti, & ferri ablati Adigerii, taliter tractatum est, scilicet quod duo Arbitri debeant eligi, unus de Bononia, & alter de Ferraria, qui debeant cognoscere, si fructus percepti debeant restituere, si possessio postquam possessio fuit ei data primo, & postea ablata, quin dubitabatur, utrum esse debeat propter verba Concordiae & intellectum. Idem & in ferro propter factum interesse. Et quidquid laudaverint de fructibus tantum habeatur; & ferrum vel ejus justam aestimationem Commune Ferrariae restituat vel restituere faciat eis, quibus fuit ablatum cum interesse, si Arbitri de interesse judicaverint. Ferrum autem, si ejus aestimatio praecise restituatur, quamvis non judicaverint de interesse. De Ferro autem ablato Ferrariae occasione praedicti ferri, idem faciat Commune Bononiae observari, si verum esse conspicerit de possessione Domini Guidonis Bazalerii, restituatur eidem Domino Guidoni, vel ejus aestimationem Bononia debet temporis praesentis, & Ferrariae dent ejus temporis, quo fuit ablata. De habere ablato Ugolino Zoppo & Zachariae & ejus sociis ita fiat. Quod si de habere vel podere eorum, qui depraedaverunt eos, invenirent in Civitate Ferrariae, vel ejus Districtu, hoc Ferraria faciat eidem Ugolino & ejus sociis dare. Et si satisfieri non poterit, in banno ponantur, nec de banno extrahantur, nisi in totum satisfecerint, vel cum eis se concordaverint, & de Civitate & ejus Districtu repellantur, ita quod non debeant ibi habitare. In facto Domini Salinguerrae fuerunt in concordia, quod debeant facere rationem filiis quondam Bonifacii Bomdiei sub Arbitris, non obstante eo quod sic pot..... Et his

Sta-

Statutis observatis omnia quae continentur in tenore concordiae factae inter Bononienses, & Ferrarienses, debeant firmiter observari, scilicet in Arbitris eligendis, & debitis confessi, & sententiis executioni mandandis, & in omnibus aliis Capitulis in scripto & concordia comprehensis. Et Abbas Columbae & Prior ejusdem loci habeant eandem auctoritatem & potestatem in omnibus & per omnia, quam habent praedicti Arbitri quatuor inter Galeranos & Maynardos, & duo inter Dominum Guidonem Lambertini & Giliolum Guizzardi. Item statutum est in facto Ansalonis vulnerati, quod Potestas Bononiae faciet dari pignus sexaginta Librarum Bononiensium Domino Salinguerra Ferrariae Potestati, & quantum decreverit, Guidonem Bazalerii, & ejus filium Jacobinum dare Ansaloni a sexaginta Libris infra terminum dabit. Et si casus attulerit, Ansalonem ex illatis vulneribus mori, debet superaddi pignus sexaginta Librarum Bononiensium, & a sexaginta usque ad centum, quantum laudaverit Dominus Isaacus Potestas Bononiae, & Dominus Salinguerra Potestas Ferrariae, tantum dabitur heredibus Ansalonis. Et pater debeat facere pacem & jurare servare pacem in perpetuum Guidoni Bazalerii, & ejus filiis in persona & habere, & in omnibus hominibus de Civitate Bononiae & Comitatu & Districtu & Ansalonis, si liberaliter faciet idem sacramentum, & pater ejus; & promittet certam poenam, scilicet centum Libras Imperiales, si faciet contra pacem, dare Guidoni & ejus filio. De

A facto Domini Petri Adigerii statutum est, quod Dominus Petrus eligat sibi unum hominem, & filii Raynerii Marfilii alium, quos Potestas Bononiae faciet jurare designare terram, de qua fuit ei vel suo patri data tenuta per Commune Bononiae. Et ambo electi sint de Districtu Bononiae. Et haec omnia utraque Potestas promisit se ad invicem observaturum.

B Actum in Ecclesia Sanctae Mariae de Duliolo, Anno Domini MCCVII. die XIII. exeunte Martio, Indictione X. praesentibus ibi ex parte Ferrariae Domino Luizo, Domino Johanne de Albara, Giliolo Marcoaldi, Philippo de Paganis, Guidone Contrario, Ansideo de Beo, Piuthino Tabellone, & Jacobo C Notario: ex parte Bononiae Domino Guidotto Azzi Priore Communis Bononiae, & Domino Aloperio Consule Justitiae, Domino Mercadante Legum Doctore, Domino Jacobo Pizzolo, Domino Johanne Bonseri, Domino Buccaderonco, Domino Arpizello, Domino Angelello de Urfs, & Guascontino.

D Ego Ventura quondam Regis Henrici Notarius interfui, & ut supra legitur, mandato utriusque Potestatis scripti.

E Inter accerimos impii Eccelini de Romano inimicos numeratus est Azo VII. Marchio Estensis, qui & ad illud immane monstrum debellandum, atque e medio tollendum, impiger accurrit. Foederis Anno MCCXLIX. contra illum ab ipso initi tabulas coronidis loco subjecio, ex Archivo Estensi depromtas.

Charta Foederis initi inter Bertoldum Patriarcham Aquilejensem, Marchionem Estensem, Brixianos, Mantuanos &c. Anno 1249.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Amen. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Nono, Indictione VII. Dominus Bertoldus, Dei gratiâ, venerabilis Patriarcha Aquilejensis, cupiens in servitium sanctae matris Ecclesiae potenter & patienter assurgere, quatenus se vires suae extendunt, Nuntium suum pro petendo auxilio ad devotos Ecclesiae, videlicet Nobiles Viros Marchionem Estensem, & Comitem Sancti Bonifacii, atque ad Civitates Brixiam, Mantuam, & Ferrariam destinavit. Qui de communi colloquio super hoc ordinato, auditis petitionibus dicti Nuntii, promiserunt eidem Domino Patriarchae mittere centum Cavalcatores in propriis expensis, usque ad Terram suam, ita quod postquam ipsi fuerint in Terra ipsius Domini Patriarchae, ipse postmodum eis tenetur providere congrue de expensis, & resarcire damna, quae faciendo werram incurrunt. Et ipsi versa vice lucrum, quod consequi poterunt, tenentur dividere per medium cum ipso Domino Patriarcha, dando eidem medietatem, & sibi aliam retinere. Insuper quaelibet illarum Communitatum, scilicet Potestas cum Consilio, data potestate uni in qualibet Civitate, qui in animum illorum omnium juraret, tactis Scripturis in animam ipsorum juramento firmavit, quod quandocumque Hezelinus de Romano equitaret super Terras Domini Patriarchae, vel super Tarsium, seu super Terras Domini Briaquini, cum suo exfortio, vel mitteret trecentos milites, vel ultra, dictae Communitates teneantur cum suo exfortio equitare super Veronam, & eis facere

**A** vivam werram. Et quod non debeant facere pacem, compositionem, seu concordiam aliquam super praedicta werra sine voluntate & consensu ipsius Domini Patriarchae, quibuslibet exceptionibus juris & facti hinc inde cessantibus & remotis, ita quod idem Patriarcha idem juramentum eis praestari faciat: alioquin non debeat teneri secundum quod haec omnia continentur in praedictarum Civitatum publicis instrumentis, etiam ipsorum sigillis munitis. Ipse autem Dominus Patriarcha dictis instrumentis visis, & instrumento Civitatis Mantuae coram se & Consilio suo perlecto, ad honorem Dei & sanctae matris Ecclesiae die XI. Maji, in praesentia Conradi Electi Justinopolitani, Hermannii Electi Sextensis, Henrici de Villalta, Federici de Castello, Rodulphi de Cibrano, & Thomastii de Pulzigno liberorum, Cononis & Artuiti fratrum de Marico, Johannis & Adalberti fratrum de Cucanea, & Henrici de Mels, atque aliorum plurimum Ministerialium Ecclesiae Aquilejensis, dedit parabolam Magistro Beringerio Vicedomino suo jurandi in anima sua omnia praedicta, ut dictae Communitates eidem juraverant, versa vice eidem attendere & observare bona fide, sine fraude. Qui ibidem Libris & Scripturis corporaliter tactis, quae superius dicta sunt, juravit in animam Domini Patriarchae, & praesentem Chartam idem Patriarcha jussit sui sigilli munimine roborari.

**E** Actum Apud Utinum in camera Domini Patriarchae.

Ego Paulus sacri Palatii Notarius his omnibus interfui & rogatus scripsi.

Illud

Illud denique commemorandum duco, inter Civitatum Foedera fere semper constitutum aut subintellectum fuisse, ut si qua discordia inter Cives aut districtuales, ut agebant, serperet, reliquae Civitates sociae intercederent, sive ut pax illaesa servaretur, aut disrupta continuo resarciretur. Propterea quum Anno MCCLXXXII. Mutinensis Respublica pacem dedisset factioni Ai-

A gonum, praepotenti in Castellis Provinciae Friniatis, foederatas Civitates impulit ad habendum veluti proditorem ac rebellem, quicumque istam Mutinensium pacem frangeret. Itaque *Bannum* de hac re promulgatum fuit, quod insertum legebatur olim in antiquis Legibus municipalibus Civitatum Parmae, Bononiae, Cremonae, Placentiae, & Regii.

B

D E  
LIBERTATE;  
IMMUNITATIBUS,  
AC PRIVILEGIIS  
CIVITATUM, AC PRINCIPUM  
ITALICORUM.  
DISSERTATIO  
QUINQUAGESIMA.



# DISSERTATIO QUINQUAGESIMA.



**U**Ti ex Pace Anno MCLXXXIII. Constantiae stabilità liquet, Civitatibus ac Principibus Italicis, sub Societatis Langobardicae nomine venientibus, Reipublicae forma, Libertas, & Regalia omnia a Friderico I. Augusto, ejusque filio Henrico VI. Rege, disertissimis verbis confirmata fuere. Suos Magistratus sibi deligere, Leges condere, Civitates & Castra munire, Foedera percutere, Bella indicere, Tributa colligere, aliaque hujusmodi munia Regalis potestatis, libera iis relinquuntur. Uno verbo, jura Principatus (Romanorum tamen Imperatoribus obnoxii & subjeeti) sublatis inde prorsus Caesareis Magistratibus, unicuique Urbi liberalissime conferun-

**A** tur. Nam quamvis liberae Civitates in eadem Constantiensi Pace obstrictae fuerint ad Consules eligendos cum consensu Imperatoris, aut illius Nuntiorum, hoc tamen onere post breve tempus solutae, integrà inde Libertate Consules suos, aut Praetorem, deligere & renunciare perrexerunt. De censu aliquo singulis annis Caesari persolvendo ne unum quidem verbum in tabulis illius Pacis occurrit. Quamobrem miratus sum, quod in Privilegio deinde concesso Brixianae Civitati ab Henrico inter Reges Sexto, inter Imperatores Quinto, Censui pendendi obligatio legatur. Editum longe antea illud fuit in Libro Statutorum Municipium ejusdem Civitatis; sed huc inferendum duxi, ut conditionem hanc, aliis Civitatibus Langobardicae Societatis minime impositam, Lector luculentius inspiciat.

Henrici Sexti Regis, Imperatoris Quinti Diploma, quo Civitati Brixianae Regalia concedit, Anno Christi 1192.

**I**N nomine sanctae & individuae Trinitatis. Henricus Sextus, divina favente clementia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Circumspecta eminentiae vestrae discretio nominatiores Imperii regiones suis approbatas laudibus, in nostri pectoris arcano,

**D** ab invicem distinguens Civitates & illarum loca & personas, quae suis late clarent titulis, non minus sollicitè considerat & attendit, ut statu cujuslibet earum inspecto, secundum devotionis & fidei suae exhibitionem & meritum, loco & tempore Imperialis gratiae fa-

rem eo uberius percipiant & honorem. Inter memorandas itaque Italiae Civitates cum **Brixia** strenuitate militiae, fortitudine Populi, decore armorum, sapientiae & divitiarum, commendata sinceritate intentionis & fidei, Celsitudini nostrae & Imperii nostri exhibitae, & exhibente, ita se applicaverit, ut ad ejus, & ipsorum **Brixien- sium** exaltationem indefinentem, & commodum firmum, & immutabilem intendendi habeamus propositum: notum facimus universis tam praesentis, quam futurae aetatis Imperii fidelibus, quod nos eorum devotis precibus aurem clementiae nostrae benigne & favorabiliter accommodantes, confirmamus eis, videlicet **Brixien- sibus**, omnes concessiones & permissiones, quas in tenore Pacis eis fecimus. Insuper concedimus eis omnia Regalia, quae Imperium habet in Episcopatu **Brixien- si**, seu jurisdictione, vel districtu **Brixiae** infra hos confines, in tota Curte & territorio **Mosi** ab utraque parte fluminis **Olei**; & a Curte & territorio **Mosi** in susum, sicut fuit flumen **Olei** usque **Palazolium**; & in ipso flumine & ripis ejus versus **Brixiam** & terram **Brixianam**; & in omnibus locis & Castris, & Burgis, sicut extenduntur Curtes, & territoria locorum **Brixien- sium** ab utraque parte **Olei**; & in Curte & territorio **Murae**; & in Curte & territorio **Palazoli** in susum usque ad **Lacum Isei**, unde fuit **Oleum** versus **Brixiam**; & in ipso flumine & ripis ejus versus terram **Brixianam**; & inde supra per totum Episcopatum **Brixiae** usque **Dalegnum**, & per totum territorium ejus; & a **Dalegno** in omnibus locis & Castris & Burgis, & quae..... per Civitatem **Brixiae**, & Curtibus & territoriis ipsorum locorum, usque **Lemonum**; & a **Lemono** ad **Pocelengum**; & a **Pocelengo** usque ad **Guttezolum**; & a **Guttezolo**

**A** usque ad **Mosim**; & in aliis locis, qui dstringuntur, vel dstringebantur per Civitatem **Brixiae**, ubicumque fuerint, in terra & in aqua. Eo addito, ut si in praedictis locis, vel infra praedictos confines, a glorioso patre nostro **Federico** felicitis memoriae **Romanorum Imperatore**, vel a nostra clementia, vel ab eo, qui a nobis habuit aliquod datum, vel scriptum fuerit de praedictis Regalibus, **Brixien- sibus** non obstat, de quibus qui acquisivit, non habet publice possessionem, non violentam, non clandestinam. Ab hac concessione excipimus omnia Feuda & beneficia antiqua, seu a Patre nostro, vel a nobis concessa, de quibus ille, qui acquisivit, manifestam habet possessionem, non clandestinam, non violentam: & excepto **Fodro Regali**, quando aliquis Successor noster profecturus est **Romam** pro **Corona** suscipienda, ab iis, qui solent & debent praedictum **Fodrum** dare: & exceptis **Appellationibus**, secundum quod in forma **Pacis** continetur. Pro praedictis autem Regalibus, quae eis nos concessimus, & nunc concedimus, dabunt nobis, vel **Nuncio** nostro in **Civitate Brixiae** in proximis **Kalendis Martii**, & a proximis **Kalendis Martii** in antea singulis annis pro **Censu** duas **Marchas auri**. Ut autem haec confirmationis & concessionis nostrae pagina **Majestatis** nostrae **Sigillo** roborata, rata deinceps observetur & inviolata, statuimus & **Imperialis** auctoritatis edicto sancimus, ut nulla omnino persona humilis vel alta, **Secularis** vel **Ecclesiastica**, eam infringere, vel aliquo temeritatis ausu ei obviare praesumat. Quodque facere attemptaverit, in ultionem temeritatis suae centum **Libras auri puri** pro poena componat, medietatem **Imperiali Camerae** nostrae, partem vero residuam personis injuriam passis. Hujus rei testes sunt **Conradus**

**Magun-**



Maguntinus Archiepiscopus, Guillelmus Archiepiscopus Ravennas, Henricus Vormacinenfis Episcopus, Godofredus Comes de Vejusingen, Rubertus de Durne & filius ejus Ulricus, Hartinannus de Butinzen, Vernerus de Rosseru, Cimo senior de Micembere & Cimo junior filius ejus, Conradus de Walthien Camerarius, & filius ejus, Albertus Volframus de Lapide, Sefridus Marscalcus de Agenove, & frater ejus Volframus, Ortobellus Mediolanensis, & Arnoldus Placentinus, Imperialis Aulae Judices.

*A*cta sunt haec Anno ab Incarnatione Domini MCXCII. Indictione X. Regnante Domino Henrico Sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo Anno Regni ejus XXIII. Imperii verò II. feliciter. Amen.

Data apud Geiussengiisen, VI. Kalendaris Augusti.

*A* Contra nihil moror, quod idem Henricus VI. Rex graviori etiam onere Senensem Populum presserit Censu indicto, persolvendo non sibi tantum, sed & Successoribus in perpetuum; neque enim iis, uti neque ceteris Tuscis locus fuerat in Pace Constantiae. Diutius quoque Caesareorum Magistratum auctoritas in Tuscia, quam apud Lombardos perduravit, Marchionibus ibi, seu Ducibus, ipso Friderico regnante, immo & post ejus mortem, constitutis. Quid ergo temporibus iis Fridericus I. Augustus, ejusque filius Henricus VI. Italiae Rex a Senensibus petierint, ut eis Caesaream gratiam restituerent, Urbis illius monumenta nunc prodeunt, quae ex Archivo Metropolitanae Senensis Basilicae descripta ad me misit amicus vir Hubertus Benvoglientus, dum vivebat.

**Forma Pactorum, per quae Fridericus I. Augustus & Henricus VI. ejus filius Rex Italiae, Senensibus Caesaream & Regalem gratiam restituunt, Anno 1186.**

*H*aec est forma compositionis, per quam Senenses veniunt ad gratiam Domini Imperatoris, & Regis Henrici. In primis resignabunt Serenissimo Regi Comitatum Senensem, & omnia bona & possessiones & jura, quae fuerunt Comitissae Mathildae, & Comitis Ugolini, si qua habent: & quicquid pertinent ad Marchiam Tusciae. Resignabunt etiam & restituent omnia Castra & Possessiones omnes, & specialiter Castrum Sancti Quirici; & omnia Regalia, jura, & jurisdictiones, quae pertinent ad Imperium infra Civitatem & extra. Et nominatim Monetam, & Pedagium, sive Teloneum, quam facere consueverunt, vel faciunt. Jurabunt etiam fidelitatem Domino Re-

*D*gi a quindecim annis usque ad septuaginta. Praeterea restituere debent Ecclesiis, & Nobilibus de Comitatu Senae omnes possessiones, Castra, & jura, si quae abstulerunt. Insuper, si quos Nobiles juramento pro aliquo facto adstrinxerunt, eos a vinculo juramenti absolvent. Conjuracionem nullam facient, vel Compagniam, nec securitatem sine parabola Domini Regis, vel Imperatoris, cum aliqua persona, Civitate, vel loco. Et si aliquam fecerunt, conjuratores absolvent ad mandatum Domini Regis. Praeterea illa duo Castra, scilicet Montem Acutum, & Orgiam, consignabunt & tradent in potestatem Domini Regis, salvo tamen jure eorum, si quod habent in jam dictis Castris:

ita

ita quod Dominus Rex cognoscat per se, vel per fideles suos de Curia sua, de jure eorum & illorum, qui de jam dictis Castris conqueri voluerint. Et si cognitum fuerit jam dicta Castra pertinere ad Senenses de jure, eis restituet. Servire etiam debent jam dicti Senenses Domino Regi de pecunia sua in quatuor milibus Librarum, & Dominae quoque Reginae sexcentas Libras dabunt, & Curiae quadringentas. Pacem & guerram facient omnibus quibus Dominus Rex praecipiet, vel certus Nuntius ejus, sicut est Legatus Italiae, vel alius Nuntius ad hoc destinatus. Et specialiter pacem servabunt Vulterrensi Episcopo, & Hominibus de Monte Alcino, & aliis fidelibus Imperii, juxta mandatum Domini Regis. Ecclesias ab omnibus exactionibus & oneribus servabunt immunes ad mandatum Domini Regis, & nominatim Ecclesias Vulterrani Episcopi. Dominus vero Imperator, & Rex suscipiens Senenses in plenitudinem gratiae suae, remittendo eis omnes offensas, quas eis, & Imperio, aliquo modo fecerunt: salvis etiam eis allodiis & beneficiis suis, & pignorationibus, quae vel quas juste habent, vel tenent.

Anno Domini Millesimo Centesimo Octuagesimo Sexto, mense Junii, Indictione III.

Dura haec sane videantur, quum erga tot alias Civitates se adeo munificum ac indulgentem Fridericus praebuerit. Verum Imperator, quum nullis conditionibus, quod est ad plerasque Tusciae Urbes, teneretur, & iram adhuc animo versaret, quod superiore bello Urbes illae legitimo

A Pontifici Alexandro III. adhaerissent; atque opem tulissent: ubi ultionis occasionem nactus est, in eas deservivit. Nobilibus quoque Senensibus, quos Populus Senae dominans deprefserat, se gratum praestare cupiebat. Jugurtha Thomasius in Historia Senensi, dubiis tamen auctoribus nixus, scribit, Anno MCLXXXIV. Senam & a Caesareis copiis obsesam, & Civium virtute non sine gravi hostium caede ejusmodi periculo ereptam fuisse. Sed uti me certiore fecit praelaudatus Benvoglientus, Anno tantum MCLXXXVI. Henricus Rex obsidione Urbem eandem cinxit. In pervetusto Codice MSto haec adnotata fuere: Anno Domini MCLXXXVI. obsedit Rex Henricus, qui postea fuit Imperator, Civitatem Senensem. Et in proximo praecedenti Anno Fredericus pater ejus eandem intravit Civitatem. Itaque praecedenti Anno MCLXXXV. Senam ingressus fuerat Fridericus, quo Anno scribit Sigonius, Imperatorem ipsam in Etruriam transgressum omnibus Civitatibus, praeter Pisas & Pistorium, totius agri jurisdictionem ademisse. Verum Sigonius ignoravit, hanc non multo post Senensibus redditam, Pace videlicet inter ipsos & Henricum VI. Regem, negotia Italica pro patre agentem, restituta: quod Thomasius recte adnotavit. Quae tunc Senensibus concessa fuerint, ac praecipue jus eudendae pecuniae, ex ejus Privilegio patebit, quod ex Archivo Hospitalis Senensis Sanctae Mariae de Scala, exscriptum supra laudati Benvoglienti cura, omnium oculis subijcio.

Henrici VI. Regis Diploma, quo Senensi Reipublicae Libertatem, jus  
 cudendae Monetae, aliaque jura Regalia largitur, Anno 1186.

**I**N nomine Sancte & individue Tri-  
 nitatis. Henricus Sextus divina  
 favente clementia Romanorum Rex  
 semper Augustus. Gratiöse liberalita-  
 tis & munificentie largitatem Regie  
 benignitatis nostre clementia passim er-  
 ga fideles nostros exercere consuevimus,  
 ut ceteros plenius ad obsequium nostrae  
 Majestatis invitemus. Uberiori verò co-  
 piâ largitatis sinum eis aperimus, quo-  
 rum fidelitatis & devotionis constantia  
 ex antecedentibus meritis profecto spe-  
 ratur in obsequiis Imperii & nostris  
 jugiter perseveratura. Notum igitur  
 facimus universis Imperii fidelibus pre-  
 sentibus & futuris, quod nos ex am-  
 pla liberalitatis nostrae gratiâ respic-  
 ientes merita fidelium nostrorum Ci-  
 vium Senensium, concedimus Univer-  
 sitati ipsorum liberam Consulatum electio-  
 nem. Investituram autem de manu nos-  
 tra, vel gloriosissimi patris nostri Fri-  
 derici Romanorum Imperatoris Divi  
 Augusti, vel Successorum nostrorum an-  
 nuatim recipient, si fuerit Rex vel  
 Imperator in Ytalia, vel a Legato,  
 sive Nuntio nostro, qui tunc temporis  
 erit in Tuscia, gratis & sine omni  
 exactione. Quod si fortè Legatus, sive  
 Nuntius noster non vult Investituram  
 praestare, sufficiat eam petivisse. Si au-  
 tem nec Imperator, nec Rex, nec cer-  
 tus Imperii Legatus fuerit in Ytalia,  
 quolibet quinquennio Consules electi ad  
 nostrae Majestatis, vel Successorum no-  
 strorum praesentiam venientes, vel cer-  
 tum Nuntium transmittentes, Investi-  
 turam Consulatus, vel Rectoris, si eum  
 elegerint, de manu nostra, vel Succes-  
 soris nostri, sine gravamine recipient.  
 Ad haec ipsis concedimus plenam jurisdic-

**A** tionem in Civitate Senensi, & extra  
 Civitatem, de hominibus, quos habuit  
 Episcopus Senensis, libere ad manum  
 suam, & quicumque habitator Senensis  
 in Comitatu Senense, dum haec Divalis  
 pagina concessionis nostrae scriberetur;  
 salvo jure Appellationis in causis tran-  
 scendentibus summam viginti Librarum,  
 vel infra, consistunt, Appellationes fieri  
 ad Majestatis nostrae praesentiam inhi-  
 bemus. **B** Insuper concedimus eidem Uni-  
 versitati Senensium Fodrum de eisdem  
 hominibus, & possessionibus habitis jure  
 proprietatis vel Feodi, tunc ab Episcopo  
 Senense, vel quocumque habitatore  
 Senense per Comitatum Senensem perpe-  
 tuo teneendum a nobis, & Divis Suc-  
 cessoribus nostris, salva in omnibus Im-  
 perialis Majestatis & Regiae auctorita-  
 tis justitiâ. **C** Excipimus autem fidelem  
 nostrum Ildebrandinum Joseph perpetuo  
 cum hominibus & possessionibus suis,  
 quoniam in eodem Ildebrandino cum ho-  
 minibus & possessionibus suis, Senensibus  
 nullam potestatem habere permittimus.  
 Similiter in Feodo, quod Serenissimus  
 Pater noster Romanorum Imperator Au-  
 gustus Guidoni Maëz concessit, Civibus  
 Senensibus nullam permittimus potesta-  
 tem. **D** Omnes quoque Nobiles extra Ci-  
 vitatem, & omnes alios per totum Co-  
 mitatum Senensem homines, praeter eos,  
 quos determinate in superscriptis Regie  
 Sublimitatis apicibus pernotavimus, cum  
 omni jurisdictione, Fodro, & honore  
 ac servitio, in potestate nostra libere  
 retinemus. **E** Item ex uberiori gratia be-  
 nignitatis nostrae, Regia qua fungimur  
 auctoritate, concedimus ipsis Civibus  
 Senensibus potestatem cudende & fa-  
 ciende Monetae in Civitate Senensi.

Portam

Portam autem in Civitate Senensi, & pedagium ad manum nostram libere retinemus. Item, secundum sententiam in Curia nostra latam, Castrum Montis Capuli, quod est juxta Orgium, judicamus destruendum, nec illud amplius aedificandum. Similiter statuimus, destruendum edificium, quod in Podio Liciniano est inceptum, & ulterius non edificabitur. Pro hac tam liberali Regie Majestatis concessione Senenses nobis & Successoribus nostris Divis Augustis annuatim in perpetuum, quindecim diebus post Pascha apud Castrum Sancti Miniatis septuaginta Marchas boni argenti & puri persolvent ad pondus Camere nostre. Ut autem hec omnia in perpetuum inviolabiliter observentur, presentem inde paginam conscribi, & aureo Majestatis nostrae Sigillo jussimus insigniri. Statuentes, & Regali auctoritate sancientes, ut nulla omnino per-

A] sona humilis vel alta, Secularis vel Ecclesiastica, hanc nostre Majestatis constitutionem audeat infringere, vel aliquo modo attemptare. Quod qui facere praesumpserit, centum Libras auri puri pro poena componat, dimidium Camere nostre, & reliquum injuriam passis persolvatur. Hujus rei testes sunt Rodolfus Imperialis Aulae Prothonotarius, Bertoldus Legatus Ytalie, Comes Montefeltrius, Paltonerius Castaldus de Bretenorio, Petrus Traversarius Comes Ariminensis, Comes Fredericus de Hoënbé, Comes Conradus de Dorenburg, Crachto de Bocusberi, Honfridus de Valkestein, Ydo Terdolenfis Regalis Aule Judex, Burcardus Castaldus de Ymola, Henrigus Mainardi de Bretenorio, Jgolinus de Belmonte, Guido Maiz, & Marianus, Consules Senenses, & alii quamplures.

Signum Domni Henrici Sexti



Romanorum Regis invidissimi.

Ego Philippus Coloniensis Archiepiscopus, & Ytalici Regni Archicancellarius recognovi.

Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXXXVI. Indictione V. Regnante Domino Heinricho Sexto Romanorum Rege glorioso, Anno Regni ejus XVIII.

Datum apud Cesenam per manum Rudolphi Protonotarii, VIII. Kalendas Novembris feliciter. Amen.

Post pacem Constantiensem exciderant e gratiâ Friderici I. Cremonenses, quod is Mediolanensibus favens, Cremam reaedificandam jussisset: id autem concoquere nequibant Cremonenses, unde bellum est subse-

D] quutum. Verum idem Henricus VI. eodem Anno MCLXXXVI. Cremonensi Populo suam, ac patris Augusti gratiam restituit, uti fidem facient tabulae, quas in Archivo Reipublicae Cremonensis legi.

Henricus

Henricus VI. Italiae Rex Cremonenses in suam gratiam recipit, ei-  
sque omnem injuriam & reatum dimittit, Anno 1186.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Chri-  
sti. Anno ab Incarnatione Domini  
nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo  
Octuagesimo Sexto, Indictione IV. die  
Dominico, qui fuit Sestus intrante Men-  
se Julii. Henricus Dei gratia Roma-  
norum Rex invictissimus Augustus  
recepit Odonem de Comite, & Diaconum  
de Persico a parte & nomine totius  
Communis Cremonae, & pro diviso,  
seu vice singularum personarum,  
in plenitudinem gratiae suae, & remisit  
eis nomine Communis, & divisim,  
omnes offensiones & damna, & maledictio-  
nia, & indignationes. Et ibi loci pre-  
dictus Rex Henricus fecit jurare.....  
& super suam animam, quod apud se  
causam hujus Cremonenses de offensionibus,  
damnis, maledictiis, Imperio vel  
Federico patri suo, vel sibi a parte  
Communis Cremonae, vel divisim illatis,  
& quod propter hoc, quod olim contigit  
inter Dominum Imperatorem & Cremonenses,  
vel inter se & Cremonenses,  
non incurret contra eos Cremonenses in  
his, qui praesident, neque in bonis, ne-  
que in aliis.

Actum sub temptorio Regis Henrici  
feliciter, quando erat in obsidione  
Urbis Veteris. Interfuerunt ibi testes  
rogati ab ipso Rege Philippus de Bol-  
landa, Golferamus de Petra, Otto Fran-

**A** genspanem Praefectus Romae, Guilielmus  
de Bara filius Salienbene, Vallu de Pa-  
latio, Ido de Terdona, Vercellinus Bal-  
bus, Rufinus Tortus, Bertoldus de  
Camio.

Ego Albertus sacri Palatii predictis  
interfui, & rogatus ab ipso Domino Re-  
ge scribere scripsi.

**B** Chronographus Aquicinctinus apud  
Pagium auctor est ad hunc Annum,  
a Friderico I. Imperatore, auxilio  
Mediolanensium, Cremonenses coactos  
fuisse ad suum redire servitium. Sed  
jam Henricus Apuliae & Siciliae he-  
reditatem animo devorabat, ac pro-  
pterea Lombardiam pacatam optabat.  
Obortae quoque eodem tempore sunt  
controversiae inter ipsum & Urbanum  
III. Papam: cujus rei testes  
sunt tabulae eadem nunc a me pro-  
latae, utpote scriptae in obsidione Ur-  
bis Veteris. Ita idem Henricus Rex,  
quanquam contenderet, Regiensem  
Populum rebellionis reum, & banno  
propterea suppositum fuisse, attamen  
mitissime cum eo agens, in gratiam  
suam restituit, nihilque immutatum  
voluit de conditionibus Pacis Con-  
stantiensis. Ejus Diploma, quale in  
Archivo Senatus Regiensis habetur,  
a me inde exertum, Lector acci-  
piat.

Henricus inter Reges VI. inter Imperatores V. Regiensem Populum  
in suam gratiam recipit, Anno 1193.

**H**ENRICUS Sextus divina favente  
clementia Romanorum Impera-  
tor, & semper Augustus. Imperato-  
riae Majestatis requirit & expostulat  
Tom. X.

**E** officium, ut sicut rebelles digna animad-  
versionis censura debet percellere, sic  
eos, qui devoti ad gratiam nostram  
confugiunt, clementer recipiat & foveat

M m

beni-

benignitate. Cognoscant ergo universi fideles Imperii praesentes & futuri, quod Reginos, qui gratiae nostrae offensam, & bannum incurrerunt, per fideles nostros \* Cebavardum & Henricum Nuntius ipsorum, gratiam nostram & favorem humiliter & devote cum digna excessuum satisfactione postulantes, in plenitudinem gratiae nostrae recepimus. ipsosque a banno nostro clementer absolvimus..... praedicti Nuntii Gebavardus & Henricus ex parte Reginorum absolverint & liberaverint a sacramentis omnes homines, quos per oppressionem seu metum, vel per violentiam sub se stare jurare fecerunt post tempus Pacis Constantiae Lombardis datae. Omnia quoque loca & terras, quas & quae post pacem Constantiae sua auctoritate invaserunt, vel per vim intraverunt, remisissent, & homines a sacramentis absolverint; eo tamen tenore, quod haec liberatio sive absolutio non noceat nec prosit Reginis in hiis, quae habuerunt vel tenuerunt ante tempus Pacis Constantiae. Nos itaque dimittimus, remittimus, & indulgemus Reginis, & jam dictis Nuntiis, nomine ipsorum, omnem offensam, vel maleficium rei vel personae, quod & quam Nobis vel Nunciis nostris vel alicui fidei nostro fecerunt occasione hujus discordiae per se, vel per eorum partem. Si etiam propter hanc discordiam, vel occasionem discordiae possemus dare vel exigere aliquid a Reginis pro sententia vel laudo facta vel facto contra Reginos, inde eos liberamus & absolvimus. Omne quoque sacramentum factum Reginis, vel alicui partis eorum a Nobis, vel a Nunciis nostris, vel aliquo de parte nostra, occasione hujus discordiae habitae inter Nos vel Nuncios nostros, vel aliquem vel aliquos nostrae partis, remittimus & absolvimus. Nec querimoniam scriptam vel non scriptam ab

A aliquo Vassallo Curiae, vel ab aliquo, qui non sit Vassallus Curiae, recipiemus occasione hujus facti, nec rationem inde faciemus, nec fieri permittemus, neque per nos, neque per Nuncium nostrum. Illis autem, qui dampnum receperunt in cavalcata Sancti Possidonii, Regini emendent dampnum capitale, & non ultra, nisi transactum sit cum eis, vel cum aliis pro eis, vel aliter compositum. Haec itaque omnia praedicta facimus & concedimus, salvo tenore Pacis Constantiae. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam, praesentem inde paginam conscribi iussimus, & majestatis nostrae Sigillo communiti.

Actum fuit hoc Anno Dominicae Incarnationis MCXCIII. Indictione XI.

C Datum apud Wirceburc XIII. Kalendas Novembris.

D Antea Sigonius nos docuit, Fredericum I. ejusque filium Henricum, Pisano Populo nullam intulisse molestiam, quum fere ceteras Tusciae Urbes gravibus poenis multasset. Scilicet iis perpetuum studium fuit Imperialis factionis, & Caesaris sibi demerendi. Quum verò se omnibus commendaret eorum potentia, terrarum, marique praecipue, spectatissima, tum potissimum de iis sibi devinciendis cogitavit Henricus VI. quum expeditionem Siculam meditaretur. Itaque Anno MCXCIII. amplissimum Pisanis Privilegium concessit, iisque tot ac tam mira largitus est non tantum in eorum Civitate & agro, sed & in Siciliae Regno sibi conqui-  
E tendo, ut fidem excedere liberalitas tanquam immoderata videatur. Sed, uti omnes norunt, diversa duo sunt polliceri, ac pollicita adimplere. Ingentia quoque Genuensibus ob eam ipsam expeditionem Henricus obtulerat, ut habent Annales Genuenses

Tomo VI. *Rer. Italicarum*. Sed quem exitum promissa illa habuerint, iidem *Annales* amplissime produunt. Infelix etiam expeditio in *Siculos* ante ab eo suscepta, satis eum monebat, in difficillima re subsidiis ingentibus, & praesertim classe valida, opus esse; ac proinde ut *Populos* viribus maritimis adeo potentes sibi conjungeret, quidquid petierunt, sine cunctatione se daturum spondit: neque enim multum est, neque

A magno constat, pergamenam unam scribere, eique subscribere. En ergo Privilegium ipsum, quod ex antiquo exemplo apud se adseruato suppeditavit mihi nobilis quondam vir, *Octavius Angelus de Abrahamo*, Primatialis *Pisanae* Canonicus. Troncius in *Annalibus Pisanis*, paucis innuit hoc Diploma: testatur tamen, B ejus autographum adseruari in *Archivo Operae, sive Fabricae Primatialis Pisanae*.

Henrici Regis VI. & Imperatoris V. Diploma, quo Civitati *Pisanae* omnia illius jura confirmat, & nova Privilegia concedit tum in *Pisano districtu*, tum in utraque *Sicilia*, Anno 1193.

I N nomine sancte & individue *Trinitatis*. *Henricus Sextus* divina favente clementia *Romanorum Imperator*, & semper *Augustus*. Decet Imperialem excellentiam votis omnium, ac petitionibus fidelium suorum clementer annuere, illorum praecipue, quorum fides & devotio circa sublimationem Imperii & nostram ita liquido resplendit, quod ipsorum preclara & honesta servicia pro sui magnitudine & multitudine aliis imitanda proponunt. Congruum & rationabile videtur, nos eorum fidelibus obsequiis ex nostra Imperiali largitione, & ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter respondere, quod hujus nostrae pietatis exemplo, minus fidelium animos ad servendum fideliter Imperio alacrius provocemus. Quanto enim potiora benemerentes de nobis beneficia recipiunt, tanto majorem *Coronae nostrae* gloriam accrescere credimus & provenire. Unde quia universi *Cives Pisani* nostri fidelissimi, & Imperio semper devotissimi pro suis magnificis & multiplicibus servitiis, quae ad probationem & commendationem fidei suae & inclite mo-

C morie patri nostro *Friderico* *divo Imperatori Augusto*, nobisque, & Imperio frequentius exhibuerunt, ampliores dilectionis & gratiae favorem apud nostram Majestatem sibi thesaurizaverunt, omnium fidelium tam futurorum quam presentium etas cognoscat, quanta benignitate, quam largis sua Imperiali munificentia *Pisanorum* merita merito respeximus, praesertim cum per suam industriam, & virium potentiam, honorem, & gloriam Imperii atque Reipublice, ipsi praeceteris gloriose semper adauxerint, & semper augere proposuerint. Quanta enim fidelitate & probitate *Pisana Civitas* a prima sui fundatione caput suum inter alias Civitates extulerit, quanta etiam constantia D *Divis antecessoribus nostris Regibus Romanorum & Imperatoribus* fidelissime serviendo perseveranter adhaeserit, nos per multa scripta & relationes saepius audivimus, & insuper ex ipsorum operum attestatione id ipsum luce clarius constat. Placet igitur nostrae clementiae, ut *Pisani Populus* pro sua fide & devotione honestissimum de nobis semper accipiat emolumentum; ut eo

serventiores ad promovendum honorem Imperii semper existant, quo fidem & strenuitatem patrum suorum honestis moribus & perspicuis virtutibus emulantur. Inde est, quod nos Henricus Sextus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, damus & concedimus in Feudum tibi Theodicio Potestati Pisanorum, recipienti pro Civitate Pisana totum, quod praefata Civitas vel quelibet persona habet & tenet de rebus Imperii, & totum quod Imperio pertinet sive de Marcbia, vel alio modo, quoquo jure vel consuetudine pertinuit retro a sexaginta annis, vel pertinebit in Civitate Pisana, & ejus districtu per terras & Insulas. Concedimus quoque, damus, & confirmamus vobis in Feudum Comitatum vestro districtui, sicut tenet Turris Benni ad Arnum & ad Cannetum, & inde ad Barbiallam, & sicut trahit ab Ebula ad Montem Tinosum, & ipsum Montem Tinosum cum pertinentiis suis, & ad Burianum, & Quercetum cum pertinentiis suis, & ad Castrum Cecinie cum pertinentiis suis, inde ad Scherlinum, & sicut trahit..... ad Portum Herculis. Ab alia parte fluminis Arni, sicut trahit Planessule, & comprehendit Cratorie Curia, & sicut trahunt consinia inter vos & Lucenses usque ad Montem Mogionie, & inde sicut sunt consinia districtus Pisanae Civitatis; infra quos terminos hec loca continentur, Castrum Petioli cum omnibus suis pertinentiis, Castrum Montis Cucchari cum pertinentibus sibi, Ghez-zanum, Castellum Falsi, Camporena, Vignale, Leguli, Petraraminga, Lajaticum, Chianni, Agratum, Pava, Petracassa, Gabbretum, Gellum, Cassalia, Sassa, Caselle, Cannetum, Monsfiridis, Castilionus Bernardi, Sassetum, Tojanum, Tampionum, Palaja, Sanctus Cervasus, Mons de Casello, Mons Tau-

A pari, Marti, Colcarelli, Collegarti, Pratilionum, Ustianum, Cerretum, Treggiaria, Forculi, Alica, Petriolum, Mons Becherii, & Cumulus, Stibbianum, Mons-altus, Cummugnolo, Pinnocchium, Ponschere, Appianum, Gellum, Pescianum, Rapida, Taverle, Schittoculi, Travalda, Cisanum; & omnia predicta cum suis pertinentiis. Et preterea Vignale, Campilla, Roccha Biserni, Roccha Palmenti, Donoraticum, Castagnetum, Segalari, Bulgari, Bibboni cum omnibus eorum pertinentiis, & Castilionem de Piscaria cum omnibus suis pertinentiis, Abbatia de Fango, cum omnibus pertinentiis suis, Ylbam, Caprariam, Planusam, Corsicam. Et in omnibus praenominatis locis jurisdictionem & districtum vobis concedimus & confirmamus & quicquid aliqua persona habet ibi ab Imperio vel Regno, & quicquid ibi Imperio vel Regno pertinet, & quaecumque alia infra predictos terminos continentur in Castris, locis, Villis, Burgis, habitationibus, terris, Villis, fluminibus, stagnis, paludibus, pascuis, piscariis, argenti fodinis, & omnibus venis metallorum, salinis, portubus, silvis, cum omni plenitudine & integritate vobis concedimus & confirmamus.

Concedimus etiam vobis Castrum Massae, & ipsam Massam cum suis pertinentiis. Insuper indulgemus vobis & concedimus, ut nulli persone vel hominibus, vel alicui alii Civitati vel loco de cetero liceat hedicare aliquod hedicium vel munitionem aliquam a loco dicto Corbo usque ad fauces Arni juxta mare, vel in plagia, vel infra terram a pede montis usque ad mare per jam dictos fines. Volumus ad hec, ut Pisani, & hii qui de eorum districtu sunt, & eorum res, sint liberi etiam sub Consulatu, & Judicibus, & Potestatibus descriptis, sicut eis placuerit. Et  
Pisana



Pisana Civitas habeat plenam jurisdictionem & potestatem faciendi justitiam, & etiam vindictam, & dandi Tutores, & Mundualdos, & alia, que Judex ordinarius, vel quilibet potestate predictus ab Imperatore vel Rege habere debet, ex sua jurisdictione, & suo districtu, & in suos quos concessimus ei, & concedimus. Et Pisani, & qui de eorum districtu sunt, a nulla persona debeant foderari, neque hospitari. Et Pisani potestatem habeant ducendi eos in expeditionem, & ad omnem districtum suum. Et quicumque Negotiatores voluerint transire ad eos causâ negotiandi sive per terram sive per aquam, secure vadat, & a nullo aliquo ingenio impediatur, nisi sit in banno Domini Imperatoris vel Regis. Negotiatores autem Pisani per Siciliam, Calabriam, Apuliam, & Principatum, & per totum Imperium nostrum libere sint & vadant per terram & aquam absque omni pedagio & dirittura, nec cogantur emere vel vendere ultra suum vellet, nec alius quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Pisanis emere. Et concedimus & damus vobis in Feodum litus maris, & tantum juxta hoc, quod libere Pisani in eo facere Naves & Galeas, & exercere suas merchationes possint; & quod in eo nobis pertinet a Civitate usque ad Portum Veneris. Et quod nullus possit in eo, vel in faucibus aquarum infra terminum contentis facere portum, vel applicare cum mercibus contra voluntatem Pisanorum. Preterea damus & concedimus vobis in Feodum medietatem Palermi, & Messane, & Salernie, & Neapolis, cum medietate agrorum & portuum, vel aliorum, que excoluntur ab ipsis Civitatibus, & totam Gaëtam, & Mazara, & Trapalim, cum totis agris, & ceteris, que supra scripta sunt, & in unaquaque alia Civitate, quam Tan-

A credus tenet, Rugam convenientem Pisanis Mercatoribus. Volumus quoque & statuimus, & faciemus jurare Episcopum Lunensem, qui Investituram Regalium & Comitatus a nobis vel quicumque alius pro nobis tenuit, ut faciat Pisanos securos, & res eorum salve sint in omni districtu suo per se & omnes suos. Et si Pisani pro hiis, vel de hiis concessionibus in toto vel in parte obtinendis vel \* receperandis aliquum gravaverint, vel possessionem abstulerint, sive habuerint, non cogemus Civitatem Pisanam, vel Potestatem, seu Rectorem, vel Consules, qui pro tempore fuerint, ad justitiam faciendam. Si quis autem de predictis concessionibus quidquam Pisane Civitati abstulerit, vel inquietaverit, citabimus eum, precipientes ut desistat, & restitui faciemus. Quod si non fecerit, per sententiam nostram eum banno supponemus, nec extrahemus a banno, nisi prius satisfecerit Pisane Civitati. Hec supradicta omnia damus in Feodum & concedimus Communi Pisanorum, & per presentem Privilegii confirmamus, quod subter Bulla nostra jussimus insigniri. Et de supradictis investivimus Pisanos per ensen, quem manu tenebamus, dantes eis tertiam partem thesauri, quem tenet Tancredus, ut sit eorum. Predictam autem concessionem seu dationem ratam esse volumus & firmam, non obstante aliquo Privilegio, vel rescripto, vel Litteris a predicto Patre nostro, vel nostra Majestate impetratis vel impetrandis. Et si qua talia Privilegia vel rescripta fuerint inventa, ea Imperiali auctoritate cassamus. Confirmantes etiam omnia Privilegia, que a predicto Patre nostro, vel aliis antecessoribus nostris eis indulta sunt. Hujus rei testes sunt Conradus Maguntinus Archiepiscopus, Otto Frisingensis Episcopus, Henricus Wormatiensis Episcopus, Conradus Dux Sue-

B

C

D

E

vie,

die, Ludovicus Comes de Oringen, Rupertus de Durne, Cuno de Minzenberch, Marquardus Dapifer de Anevibre, Hein-

Aricus Pincerna de Lutra, & alii quamplures.

Signum Domini Henrici



Sexti Imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec Anno Domini MCXCIII. Indictione XI. Regnante Domino Henrico Sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni ejus XXIII. Imperii vero Secundo.

Datum apud Gelenhusen per manus Sigeloi Imperialis Aule Protonotarii, III. Kalendas Junii, vacante Cancellaria.

✱ Ego Ricciardus filius quondam Bencivenniae Notarius de Rinonichi Pisanus Civis, Imperialis Aule Notarius, & Judex ordinarius, presens exemplum Privilegii superscripti extraxi & exemplavi de suo vero autentico bullato bulla cerea pendenti Domni Henrici Romanorum Imperatoris invictissimi. In qua quidem Bulla, ex una tantum parte erat inserta ejus Imperialis Majestas, sedentis in throno, ramum lilii destra tenentis, sinistra vero rotundum quid habentis cum Cruce desuper. Et hec autem litere in extremo Bullae margine legebantur: **HENRICVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR ET SEMPER AVGVSTVS.** Ipsumque exemplum cum autentico usua cum Thomaso de Castello Anselmi, & Almanfore Notariis & Scribis publicis, Cancellariis Pisani Communis, qui mecum pariter viderunt & auscultaverunt, vidi, legi, & auscultavi. Et quia utrumque concordare inveni, & in aliquo non discrepare cognovimus, quod sensum vel sententiam mutet: idcirco mandato, decreto, & au-

B floritate Nobilis viri Domni Titii Domini Contis de Colle Valliselsè, Vicarii magnifici & potentis viri Domni Frederici Comitis Montisfeltri, Vicarii generalis Pisane Civitatis & districtus, auctoritate Imperiali subscripsi, & publicavi, atque solemniter exemplavi.

C Actum Pisis in Palatio Pisani Communis, presentibus Domino Clerico Domini Philippi Jurisperito, & Casino de Seta, Anthianis Pisani Populi, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno Millesimo Trecentesimo Tertio decimo, Indictione XI. Septimodecimo Kalendas Februarii.

Sequuntur alia Notariorum Signa.

D Ut vidimus, Fridericus I. causas Appellationum, sive Appellationes causarum sibi reservaverat inter cetera Pacis Constantiensis Capitula num. VII. in supremi sui domini testimonium uberius. Idem quoque jus in Privilegiis Senensi & Brixiano supra allatis, minime praetermissum intueare. Ne tamen Italicis Populis nimia molestia ac onus inferretur, si in Germaniam, ubi plerumque Imperatores agebant, deferendae fuissent Appellationes: decretum est, ut in Provinciis Italicis semper aliquis foret ab Imperatore delectus, cujus esset hujusmodi Appellationes recipere, & causas calculo supremo dirimere. Jamque in Antiq. Estens. Par. I. Cap. 36. pag. 358. ostendi, non minus hoc Opizani Marchioni Estensi ab

ab Henrico VI. Rege collatum fuisse, ac deinde *Azzoni VI.* ejus nepoti, sive filio, confirmatum. Retuli etiam Cap. 39. pag. 383. earumdem Antiquitatum Diploma, per quod Philippus Romanorum Rex, ejusdem Henrici frater, *Azzoni* eidem *causas Appellationum de Marchia Veronensi in beneficium* confert Anno MCCVII. nominatim in his Civitatibus *Verona, Vicentia, Padua, Tarvisio, Tridento, Feltro, Belluno, &c.* Nunc addo, constitutum fuisse supra laudatum Opizonem Estensem Marchionem ab ipso

A Friderico I. *Vicarium* suum ad recipiendas Appellationes Civitatis *Patavinae*, ac *Veronensis*, primumque eum, ut arbitror, fuisse, qui post Pacem Constantiensem dignitate ejusmodi ornatus fuerit in *Marchia Veronensi*, sive *Tarvisina*. Praeter illa, quae ad rem confirmandam attuli in locis supra memoratis Antiquit. Estens. duo etiam monumenta professorum, quorum alterum descripsi ex autographo existente in Archivo Capituli Canonice Patavii.

Sententia Opizonis Marchionis Estensis in causa per Appellationem ad se delata inter Canonicos Patavinos, & Gerardum de Vico Aggeris, Anno 1186.

**D**e Mercurii, qui fuit Quarto Ydus Decembris, in presentia bonorum hominum, hii sunt *Arardus Montefelli, Albertus Lusie, Alexiolus, Causidici, Ugo & Mansfredinus Notarii, Abrianus, atque Vitalianus, Clerici Sancte Marie Pausi, Cocus & Albertazus ejus filius.* In istorum & aliorum quamplurimum presentia, *Opizo Estensis Marchio* dedit in manibus *Aginulfi Causidici de loco Mot.*..... Cartulam unam, in qua Sententia litis inter *Ubertum* Canonicum *Sancte Marie Paduanensis Ecclesie* agentem pro ipsa Ecclesia, & *Gerardum Vici Aggeris* scripta erat, & ei precepit, ut suo nomine eam pronuntiaret. Que sententia talis erat.

In nomine Domini. Ego *Marchio Opizo*, commissis nobis per Imperatorem Appellationibus totius *Padue*, atque ejus districtus, cognoscens de causa, que vertitur per Appellationem inter *Ubertinum* Canonicum pro *Ecclesia Padue* ex una parte, nec non & inter *Gerardum de Vico Aggeris* ex

C altera, super *Decimas* cujusdam territorii, seu jus percipiendi *Decimas*, cujus fines sunt, a mane *Via publica*, que dicitur *Aurilla*, a sero nemus *Communis Padue*, qua dicitur *Busgallum*, sicut vadit inde a *Rivo Brombeti* usque ad *Rivum Caltane*; a meridie *Rivus Brombeti*; & a Septentrione *Rivus Caltane* a *Via publica* usque ad nemus *Communis*: quod territorium *Domnus Ubertinus* dicit esse territorii *Vici Aggeris*, & dicit *Decimam Vici Aggeris*, & ejus territorium pertinere ad *Canonicam Padue* propter quartisum, quod est *Ecclesie Vici Aggeris*: & ex adverso *Domnus Gerardinus* dicit, predictam *Decimam* pertinere ad *Feudum Consalonis*, & eam habere a *Domna Speronella*; & insuper asserit predictus *Gerardinus*, *Izelinum* Judicem perperam judicasse, cum de his, que non habebat nec possidebat, judicasset, cum hoc in ..... cause predictam *Decimam* proprietate non habere, ante litem & post litis contestationem coram predicto *Izelino* *Judice* allegasset, & partem di-

lucio-

lacionem ad instrumenta ostendenda petiisset, que dare distulisset, nec aliquem ex Advocatis suis in causa patrocinantem sibi audire voluisset, & predictum Fendum jure Consalonis longissimo tempore obtentum fuisse. Visis & auditis rationibus utriusque partis, & diligenter inspectis, & multis dilationibus datis, & multorum Sapientum consilio habito, & precipue Iginulsi Causidici mei Consiliarii, pronunciamus in his Decimis, quas ipse possidebat tempore date Sententie, vel alius pro eo, justam fore Sententiam, & bene judicatum, & male appellatum fuisse. In his vero Decimis, quas non possidebat, injustam fore Sententiam, & male judicatum, & bene appellatum censemus.

**A** Actum est hoc in Curia Domini Sbirsi in Pauso, supra scripto die coram predictis testibus Anno Millesimo Centesimo Octuagesimo Sexto, Indictione Quarta.

Ego Clarinbalдинus, sacri Palatii Notarius interfui, & superscriptam Sententiam ab Iginulso Causidico, precepto Marchionis pronuntiatam, jussu ipsius Marchionis, & Iginulsi subscripsi.

**B** Ergo Appellationes totius Paduae, atque ejus districtus commissae fuerant Opizoni Estensi Marchioni per Imperatorem, hoc est, Fridericum I. Tunc enim is unus imperabat. Accedat nunc altera Charta, quam ex insigni Archivo antiquissimi Monasterii Veronensis Sancti Zenonis, ubi authentica pergamena visitur, ego descripsi.

Altera Sententia ejusdem Opizonis Marchionis Estensis in causa per Appellationem a se cognita inter Gerardum Abbatem Sancti Zenonis Veronensis, & Nicolaum de Advocatis, Anno 1187.

**A** Nno Domini Millesimo Centesimo Octuagesimo Septimo, die Martis Quinto, exeunte mense Octubris, Indictione V. Cum causa Appellationis factae a Nicolao de Advocatis agitabatur coram Marchione O. (ideest Opizone) de Hest, que Appellatio facta fuit a sententia, quam Consules Veronensis Civitatis dederant de facto Vicoatesis inter Domnum Gerardum Abbatem Monasterii Sancti Zenonis, & Domnum Riprandum Priorem ejusdem Monasterii & Procuratorem ipsius Abbatis pro ipso Monasterio ex una parte, nec non & Nicolaum predictum ex altera. In qua causa ipse Nicolaus dicebat, predictos Consules injuste condemnasse eum de predicto facto Vicoatesis: qua de causa dicebat, se juste appellasse a predicta sententia. Et contra predictus Domnus Riprandus Prior dicebat, eum Nicolaum injuste appellasse, &

**C** predictos Consules juste & recte eum Nicolaum condemnasse. Tandem visis & auditis rationibus utriusque partis, & testibus ex parte Nicolai noviter in hac causa productis, & dilatationibus plerisque datis, predictus Marchio talem sententiam in scriptis dedit, dicens sic.

**D** In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Opizo Marchio de Hest, Vicarius & Nuncius Domni Imperatoris Friderici ad audiendas causas Appellationum Veronae, & ejus districtus, cognitor sententiae date a Cozone, Leonardo, Widoro, & Johanne de Spicianis, Ottone, Aimerico, Albertino, Surdo, Ottolino de Greppo, Nordillino, Olde-rico de Vicecomite, Wiscardino, & Alberico Crescencionum Consulibus Veronensibus, inter Domnum Gerardum Abbatem Monasterii Sancti Zenonis, &

Domnum

Domnum Ripraudum Priorem ejusdem Monasterii, Procuratorem predicti Abbatibus, & Nicolaum de Advocato: Vissitationibus utriusque partis, & concessa mei licentia a partibus judicandi in Hest, sicut in partibus Verone judicare deberem, Nicolaum injuste appellasse pronuncio, & sententiam predictorum Consulum justam esse judico.

Actum in Hest in Dullono. Intersuerunt ibi testes, scilicet Arardus de Monticello, Magister Bonifacius, Erce de Merlaria, Enrighetus de Orbana, Albertus de Advocatis Judices, Gambarinus, Mansfredinus Notarius, Girardus de Lusius, Vitalianus Medicus Ferrariensis, Oldericus de Zausano, Helt Teutonicus, Vivianus de Advocato, & Bozotus ejus frater, Wartespinus, Enrighetus, Sparaldus, & alii.

Ego Zeno Comitis Sauri, & Imperatoris Friderici Notarius interfui, & jussione Marchionis suprascripti scripsi.

Uti ex hac etiam Charta elucet, Opizo Estensis Marchio constitutus fuerat ab Imperatore Friderico Vicarius Imperialis ad audiendas causas Appellationum Verone, & ejus districtus. An is eodem munere functus fuerit in reliquis Civitatibus Marchiae Veronenfis, quemadmodum postea functum vidimus Azzonem VI. ejus nepotem, mihi ignotum est. Verum ejusmodi Appellationum usus, & ad

A eas recipiendas Praefides ab Augustis constituti, brevi liberis Italiae Civitatibus molestiae atque incommodae esse coeperunt. Quamobrem operam non multos post annos istae dedere, ut hoc etiam oere eximerentur, quod reipsa indulgentia Augustorum subinde factum est. Itaque a Saeculo XIII. quo sublata est eadem consuetudo, ad nostra usque tempora, Appellationum cognoscendarum jus ad ipsas Civitates Liberas, & ad reliquos Italiae Principes Regalibus donatos, in causis civilibus & criminalibus unice spectat. Alterum quidem jus Romanorum Imperatoribus non eam tantum tempestate reservatum est, sed nostro quoque aevo constantissime inviolatum perseverat, ut quoties de finibus, aliisque politicis juribus controversia oritur inter Italicos Principes, sacri Romani Imperii Vassallos, aut inter Civitates Liberas, nisi Arbitri concorditer ab utraque parte eligantur, ad tribunal ac judicium Caesaris causa defertur. Plura in hanc rem exempla ex antiquitate petita praesto mihi forent; sed utar tantum duobus. Primum descripsi ex antiquo Regesto, quod in Archivo Communitatis Cremonensis olim vidi, & pertinet ad controversias Mediolanensium & Cremonensium, Cremonensis Oppidi causa.

Johannes Lilo de Asia, Legatus Henrici Imperatoris, supponit Imperiali banno Cremonenses, Mediolanenses, & Brixianos, quod Cremonensibus impedissent aditum ad possessionem Cremae, Anno 1190.

A Nno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Nonagesimo, Indictione Tertiadecima, die Mercurii XIII. intrante  
Tom. X.

E Junio, in Cremona, in publica concione maxima, Dominus Johannes Lilo de Asia, Missus & Camerarius Domini Henrici Imperatoris excellentissimi atque

que invictissimi, posuit & misit in banno Domini Henrici Imperatoris Cremonenses, & Mediolanenses, & Brixienfes, & omnes alios homines, qui consilium & adiutorium Cremonensibus dederunt. Et ideo misit eos Cremonenses in bannum Domini Imperatoris, quia prohibuerunt predictum Johannem Missum Domini Imperatoris ire ad dandum tenutam Cremonensibus de Castro Cremona guarrito & disguarrito, & virtute, & locis, & pertinentiis; & quia noluerunt obedire preceptis predicti Missi Domini Imperatoris. Ibiq; fuere rogati testes Comes Lantelmus, Comes Albericus, Comes Girardus de Canixano, Comes Vibertus, Guazo de Albrigonibus, Guiscardus de Coniolo de Bergamo, Comes Albertus de Martinengo.

Ego Ubertus sacri Palatii Notarius interfui, & precepto superscripti Domini Johannis Missi invictissimi Imperatoris hanc Chartam scripsi.

Sunt heic vitiatæ Notæ Chronologicae, itaut nesciam quid de hoc foetu judicem. Nam Anno MCXC.

A decurrebat quidem dies Mercurii tertius decimus intrante Junio, at etiam in cursu erat Indictio VIII. quum tamen heic legatur Indictio XIII. Et quanquam statueremus, antiquum Librarium facile convertisse V. in X. nihilo secius, si ad Annum MCXC. referre Chartam velis, heic mentio est Henrici Imperatoris, qui Anno tantum sequenti coronatus Romae, Imperialem titulum assumpsit. Quod si excidisse dubites V., & scribendum censeas Anno MCXCV. quo decurrebat Indictio XIII. noveris, eo Anno diem Mercurii minime incidisse in XIII. Junii. Proinde judicent alii. Sicardus Cremonensis Episcopus in Chronico pag. 615. Tomo VII. Rer. Italicar. scribit concessam fuisse Cremonensibus Cremam Anno MCXCI. Alteram Chartam subijcio, quam ex antiqua membrana existente in Senensi Nosocomio Sanctae Mariae de Scala descripsit, & ad me misit saepe mihi laudatus Hubertus Benvo-  
 B  
 C  
 glientus.

Querela Senensis Populi in Curia Friderici II. Augusti contra Florentinos ob illata damna, & Sententia Judicium adversus eos pronuntiata, Anno 1232.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus Millesimo Ducentesimo Trigesimo Secundo, & Duodecimo Anno Imperii Domini nostri Friderici, Dei gratia Romanorum Imperatoris semper Augusti, Jerusalem & Sycliae Regis invictissimi, Anno vero Regni Sycliae Tricesimo Quinto, & Jerosolymitani Septimo, mense Decembri, Sexte Indictionis. Domino Friderigo Dei gratia Romanorum Imperatore, Jerusalem & Sycliae Rege, apud Pre-

D  
 E  
 „ cinam sollempnem Curiam regente, presentibus ibidem Daybardo de Arnisten, in Italia Legato, Thoma de Agno Comite Accerrarum, Symone Comite Theani, Manfredo Marchione Lancia, & Riccardo Imperialis Aule privato Camerario, nec non infra scripto Magistro Petro de Vinea, magne Imperialis Curie Judice, & quampluribus aliis Nobilibus & probis Viris. Guidoctus Lucensis, Sindicus seu Actor Communis seu Universitatis Senensis, nomine dicti „ Com-

„ Communis, de cujus auctoritate  
 „ & Syndicatu legitime & perfecte  
 „ Curie constitit, proposuit contra  
 „ Commune seu Universitatem Flo-  
 „ rentie, quod ipsum Commune &  
 „ Universitas pro motu proprie vo-  
 „ luntatis destruxit duo Castra Com-  
 „ munitis seu Universitatis Sene, vi-  
 „ delicet Castrum de Silvula, & Ca-  
 „ strum de Querciagrossa. In quo-  
 „ rum Castrorum destructione dicit,  
 „ Universitatem Sene dampnificatam  
 „ in ducendis millibus Librarum de-  
 „ nariorum Sene. Item quod ipsa  
 „ Universitas Florentie in predis,  
 „ caballicatis, & aliarum rerum de-  
 „ structione, & ablatione dampnifi-  
 „ cavit dictum Commune in qua-  
 „ dringentis millibus Librarum eju-  
 „ sdem monete. Stando etiam cum  
 „ exercitu super dictum Commune,  
 „ & terras Universitatis ejusdem, &  
 „ Comitatus ipsius, & incidendo &  
 „ devastando res & bona Senensium,  
 „ & eorum Comitatus: quam inju-  
 „ riam nollet sustinuisse dictum Com-  
 „ mune, & melius vellet dedisse de  
 „ suis quadringenta millia Librarum  
 „ ejusdem monete. Unde dictus Syn-  
 „ dicus seu Actor pro parte & vice  
 „ Universitatis & Communis Sene a  
 „ predicta Universitate Florentie seu  
 „ Comuni petit sibi fieri justitiam  
 „ de omnibus supradictis, salvo jure  
 „ addendi & minuendi. Item accu-  
 „ savit idem Guidoſtus Lucensis,  
 „ Syndicus Communis & Universi-  
 „ tatis Sene, Commune & Univer-  
 „ sitatem Florentie, quod ipsum Com-  
 „ mune & Universitas pro motu &  
 „ arbitrio proprie voluntatis movit  
 „ guerram contra ipsam Universita-  
 „ tem cum exercitu, gente, & ma-  
 „ nu armata, obsedit Castra eorum,  
 „ & expugnavit, videlicet Castrum  
 „ de Silvula, & Castrum de Quer-

A „ ciagrossa, incendia supponendo ter-  
 „ ris & rebus eorum, homicidia in  
 „ quamplures de Senensibus commi-  
 „ tendo, capiendo eosdem, & pri-  
 „ vatum carcerem exercendo in ipsos  
 „ captivos. Unde petit Syndacus ipse  
 „ pro parte Universitatis Sene, ip-  
 „ sam Universitatem seu Commune  
 „ Florentie de Guerra taliter mota,  
 „ secundum jura puniri. Hec acta  
 „ sunt hoc Anno de mense Junii  
 „ proxime preteriti in territorio &  
 „ Comitatu ipsius Sene. Item alio  
 „ libello petit idem Syndicus de in-  
 „ cendiis taliter factis Universitatem  
 „ Florentie, secundum jura puniri.  
 „ Item alio libello petit idem Syn-  
 „ dicus, dictam Universitatem de  
 „ exercitu, seu gente taliter congre-  
 „ gata, secundum jura puniri. Item  
 „ alio libello petit, ipsam Univerſi-  
 „ tatem de expugnatione taliter fa-  
 „ cta, secundum jura puniri. Item  
 „ alio libello idem Syndacus petit,  
 „ dictam Universitatem Florentie de  
 „ homicidiis taliter commissis, se-  
 „ cundum jura puniri. Item alio li-  
 „ bello idem Syndicus petit, ipsam  
 „ Universitatem Florentie de eo quod  
 „ privatum carcerem taliter exercuit  
 „ in homines Sene, secundum jura  
 „ puniri. In quibus omnibus libellis  
 „ intelligatur facta repetitio ejusdem  
 „ temporis & loci. In eadem pre-  
 „ terea Curia Judex Petrus de San-  
 „ cto Gem..... Advocatus Fisci  
 „ denunciavit Imperiali Curie, quod  
 „ Universitas Florentie fuisset citata  
 „ ex parte Domini Imperatoris sub  
 „ preceptorio, sub pena decem mil-  
 „ lium Marcharum argenti, ut ve-  
 „ niret factura justitiam Comuni  
 „ seu Universitati Sene super quibu-  
 „ sdam dampnis datis, injuriis, &  
 „ rebus aliis, & non venerit in ter-  
 „ mino sibi prefixo: petit, ipsa de-

„ cem millia Marcharum ad opus  
 „ Curie a dicta Universitate seu Com-  
 „ muni Florentie auferri & exigi,  
 „ seu extorqueri. Denuntiavit etiam  
 „ idem Judex Petrus de Sancto  
 „ Gem..... quod cum Communi  
 „ seu Universitati Florentie fuisset  
 „ injunctum & prohibitum ex parte  
 „ Domini Imperatoris sub pena cen-  
 „ tum millium Marcharum argenti,  
 „ ne Universitatem seu Commune  
 „ Sene offenderet, spreta tali prohi-  
 „ bitione & defensione facta, destruxit  
 „ Castra eorum, expoliavit, homi-  
 „ nes cepit ipsius Communis Sene,  
 „ dampna multa intulit ipsi Univer-  
 „ sitati Sene. Unde petit dictus Ju-  
 „ dex Petrus ad opus Domini Im-  
 „ peratoris dicta millia Marcharum  
 „ argenti ab Universitate seu Com-  
 „ muni dicte Florentie exigi seu ex-  
 „ torqueri, cum fuerit ipsa Univer-  
 „ sitas Florentie super hoc citata sub  
 „ peremptorio termino, & non ve-  
 „ nerit justitiam factura.

„ Quibus accusationibus, denun-  
 „ ciationibus, & petitionibus in ipsa  
 „ Curia propositis, edicto commune  
 „ facto & solemniter proposito,  
 „ questum est, si in Curia ipsa Syn-  
 „ dacus, Procurator, aut Actor ali-  
 „ quis pro parte Florentinorum, aut  
 „ aliquis alius, qui se defensionem  
 „ ipsorum offerret, inveniretur: &  
 „ nullus apparuit, qui vel Syndaca-  
 „ tum, aut procuracionem, seu ali-  
 „ quam auctoritatem assereret, aut  
 „ defensionem Florentinorum etiam se  
 „ offerret. Cumque prenominate Guido-  
 „ ctus Actor & Syndicus Univer-  
 „ sitatis seu Communis Sene, necnon  
 „ antedictus Magister Petrus Advo-  
 „ catus & denunciator pro parte Cu-  
 „ rie instanter instarent adversus par-  
 „ tis absentiam & contumaciam ac-  
 „ cusando: cumque etiam ex reme-

A „ moratione & testimonio Domini  
 „ nostri Imperatoris plene & mani-  
 „ feste constaret, antedictum Guido-  
 „ ctum Actorem & Syndacum, nec  
 „ non prefatum Magistrum Petrum  
 „ Advocatum Filci, & denunciato-  
 „ rem pro parte Curie in Festo om-  
 „ nium Sanctorum ipsum terminum  
 „ Judex Peregrinus ejusdem Domini  
 B „ nostri Imperatoris Nuncius, parti-  
 „ bus sub precepto, & Florentinis  
 „ sub banno decem millium Mar-  
 „ charum prefinierat, pro ut per In-  
 „ strumenta publica inde facta in ipsa  
 „ Curia presentata manifeste consta-  
 „ bat, se coram presentia ipsius Do-  
 „ mini nostri Imperatoris & Curie  
 „ presentasse, & per dies aliquot ad-  
 „ verse partis expectando presentiam  
 C „ in Curia fuisse moratos: Nos su-  
 „ prascripti Gaybardus de Arnesten,  
 „ Imperialis in Italia Legatus, &  
 „ Magister Petrus de Vineis; magne  
 „ Imperialis Curie Judex, de spe-  
 „ ciali mandato Domini nostri Im-  
 „ peratoris, Curiam solemniter fe-  
 „ cimus congregari de Comitibus &  
 D „ Baronibus, & Jurisperitis, qui in  
 „ Curia ipsa erant, & diligentem cum  
 „ eis consilio habito pronuntiavimus  
 „ in hac forma. Quia constitit no-  
 „ bis per publica Instrumenta Juris  
 „ solemnitate vallata, nec non ex  
 „ rememoratione & testimonio Judi-  
 „ cis Peregrini, cui per Dominum  
 „ nostrum Imperatorem specialiter  
 E „ commissum fuerat, bannum centum  
 „ millium Marcharum imponere Flo-  
 „ rentinis, ne cabalcatas facerent  
 „ contra Senenses, & ne eis dampna,  
 „ injurias, vel molestias aliquas fa-  
 „ cerent, seu jura sua Imperiali Cu-  
 „ rie ordine judiciario prosequeren-  
 „ tur, pro ut hoc ius etiam de  
 „ mandato & commissione facta Ju-  
 „ dici Peregrino predicto fuit plene  
 „ pro-



„ probatum : quod bannum predi-  
 „ ctum per prenomiatum Judicem  
 „ Peregrinum fuit legitime imposi-  
 „ tum ; & quod post bannum etiam  
 „ impositum pro ut Curie constitit,  
 „ & est etiam notorium , predicti  
 „ Florentini & Commune Florentie  
 „ fecerunt cabalcatas, dampna, & in-  
 „ jurias, & molestias antedictis Se-  
 „ nensibus, & Comuni Senensium  
 „ intulerunt : Condemnamus ipsum  
 „ Commune & Universitatem Flo-  
 „ rentie in predictis centum milli-  
 „ bus Marcharum argenti in banno  
 „ contentis, Fisco Imperiali solven-  
 „ dis, parte ipsius Communis absen-  
 „ te per contumaciam habita pro  
 „ presenti, utpote cum per Instru-  
 „ menta etiam predicta de citatione  
 „ facta, & per Judicem Peregrinum  
 „ etiam constitisse, quod de hoc e-  
 „ tiam Commune Florentie sub pe-  
 „ remptorio citatum fuisset, ut co-  
 „ ram Imperiali presentia in termi-  
 „ no supradicto veniret de banno  
 „ predicto in judicio responsurum.  
 „ Item quia constitit nobis & Im-  
 „ periali Curie, plene de citatione  
 „ predicta facta Potestati & Com-  
 „ muni Florentie sub pena decem  
 „ millia Marcharum argenti preter  
 „ peremptorium, ut in suprascripto  
 „ termino ad Curiam venire debe-  
 „ rent, nec venerunt, ut predictum  
 „ est, spretis banno & pena predi-  
 „ ctis: Condemnamus ipsum Com-  
 „ mune Florentie in ipsis decem mil-  
 „ libus Marchis Imperiali Fisco sol-  
 „ vendis. Item quia in evidenti con-  
 „ tumacia tam in civilibus petitio-  
 „ nibus, quam in criminalibus accu-  
 „ sationibus contra predictum Com-  
 „ mune Florentie propositis per Syn-  
 „ dacum & Actorem predictum pro  
 „ parte Communis Senensium, ipsum  
 „ Commune inventum est formam

A „ juris communis secutum : pronun-  
 „ ciamus, ipsum Commune Senen-  
 „ sium mittendum in possessionem  
 „ bonorum Communis & Universi-  
 „ tatis Florentie per mensuram de-  
 „ biti declarati sexcentarum millium  
 „ Librarum denariorum Senensium,  
 „ pro dampno illato Universitati ip-  
 „ sius in destructione Castrorum de  
 B „ Silvula, & Quercu Grosse, & pro  
 „ dampno illato ipsius Universitati  
 „ & Comitatus ipsius per devastatio-  
 „ nes, incendia, & depopulationes  
 „ rerum & bonorum Senensium, &  
 „ Comitatus ipsorum, declaratione  
 „ ipsius debiti facta Imperiali Curie  
 „ coram nobis per sacramentum ante-  
 C „ dicti Guidotti Syndaci & Actoris  
 „ Senensium, qui specialiter habe-  
 „ bat, pro ut per Instrumentum Syn-  
 „ dicatus & Actoritatis constitit,  
 „ de jurando mandatum. Pronuntia-  
 „ mus etiam, bona Communis &  
 „ Universitatis ipsius Florentie adno-  
 „ tanda juxta ordinem juris, quia  
 „ peremptorie citati & requisiti pro  
 „ criminalibus accusationibus antedi-  
 D „ ctis in statuto termino se, ut di-  
 „ ctum est, minime presentarunt.  
 „ Ad cujus rei memoriam & perpe-  
 „ tuam firmitatem hec omnia, qua-  
 „ liter gesta fuerunt, nos antedicti  
 „ Gaybardus, & Judex Petrus tibi  
 „ Angelo Imperialis Curie publico  
 „ Notario in scriptis commisitimus  
 E „ redigenda, nostris subscriptionibus  
 „ roborata.  
 „ Acta sunt hec apud Procinam,  
 „ ibidem Domino nostro Imperatore  
 „ presente, Anno, Mense, & Indi-  
 „ catione prescriptis.  
 „ Ego Petrus Vinee, Imperialis  
 „ Curie Judex.  
 „ Ego Ranerius Notarius predicta  
 „ omnia ex authentico scripsi Instru-  
 „ mento, sicut in eodem contineba-  
 „ tur,

„ tur, hęc fideliter exemplavi, nichil  
 „ addens vel minuens, & cum Bon-  
 „ filio, & Johanne Notariis diligen-  
 „ ter aufcultavi; & ad majorem fi-  
 „ dem habendam me publice subscripsi  
 „ coram Benvenuto Notario, & Mag-  
 „ giano Arezoli, testibus, in Anno  
 „ Domini MCGXXXVI. Indictione  
 „ Decima, die V. Idus Decembris.

Quod praesertim mirum in Pace  
 Constantiae videatur, Fridericus I.  
 Langobardis indulget num. XII. ut  
*Societatem, quam nunc habent, tenere,*  
*& quoties voluerint, renovare in co-*  
 ram potestate sit. Hoc est, in eo  
 Foedere persistere, atque illud, quo-  
 ties placeat, restaurare, unde Imper-  
 ator ipse tot ciades ac damna con-  
 traxerat, & cujus vigore ad pacem  
 petendam denique adactus fuerat. Et

A profectò eadem Societas, de qua mul-  
 tus mihi sermo fuit in praecedenti  
 Dissert. XLVIII. inter Civitates Lan-  
 gobardicas, novo praestito jurejuran-  
 do, quoties opus erat, renovabatur,  
 ut concordibus animis singulae tum  
 propriam tum publicam Libertatem  
 occasione oblatâ tuerentur. Auctor  
 est Sigonius, eandem fidem inter foe-  
 deratas Civitates confirmatam fuisse  
 Anno MCLXXXV. in conventu Pla-  
 centino. Tum sacramenta fuisse re-  
 petita Anno MGCXCV. apud Burgum  
 Sancti Domnini a Legatis earundem  
 Civitatum. Quibus verbis concepta  
 fuerit postrema haec Foederis reno-  
 vatio, quarumve Urbium Legati in  
 illud consenserint, Lectori significa-  
 bit Charta, quam ex Tabulario Com-  
 munitatis Mutinensis descripsi.

Sacramentum a Legatis Societatis Lombardicae praestitum ad confer-  
 vandam concordiam inter Civitates foederatas, Anno 1195.

*De sacramento a Rectoribus Lombardie, & Marchie, & Romanie,  
 facto de pace & concordia inter Nuncios Domini Imperatoris  
 & Lombardie facta firma tenere.*

**I**N nomine Domini. Millesimo Cente-  
 simo Nonagesimo Quinto, die Do-  
 minico II. exeunte Menſe Julii, Indi-  
 ctione XIII. in presentia Gambarini  
 Notarii de Verona, Johannis Notarii  
 de Mantua, Aldrigeti Notarii de Pa-  
 dua. Ego juro omnibus Civitatibus So-  
 cietatis Lombardie, Marchie, & Roma-  
 nie, & omnibus personis predictae Socie-  
 tatis, concessiones, permissiones, atque  
 pacta, sicut in scripto pacis inter Nun-  
 tios Domini Imperatoris, & Rectores  
 & Nuntios Civitatum Societatis facto  
 continetur, firmas tenere. Nec ero in  
 facto vel consilio, ut aliquod predillo-  
 rum alicui de Societate minnatur. Et

**D** si qua persona, vel Civitas, aut solus  
 alicui Civitati vel loco, aut persone  
 praesate Societatis auferre vel diminuerre  
 voluerit, eas vel eos manntinere, &  
 defendere bona fide & sine fraude con-  
 tra omnes adjuvabo. Et omnia prece-  
 pta, que Rectores concorditer omnes,  
 vel major pars mihi fecerint, & sine  
 fraude observabo. Et suprascripta at-  
 tendam a presentibus Kalendis Augusti  
 usque ad triginta annos, & in capite  
 uniuscujusque quinquennii, si per mayo-  
 rem partem Rectorum requisitus fuero,  
 renovabo. Et hoc totum sine fraude ju-  
 rare omnes homines mee Civitatis a  
 decem octo annis usque ad septuaginta  
 sa-

faciam. Et hec omnia faciam jurare Consules, vel Potestates mee Civitatis, & Credentiam usque ad illum terminum, qui mihi constitutus erit per Rectores Societatis in hoc colloquio, tenebo. Hoc sacramentum prestitum est ab his Rectoribus Lombardie, scilicet de Verona a Viviano de Advocato: de Mantua ab Aquiliano Vicedomino: de Mutina ab Jacobo de Gorzano: de Brixia a Balduino de Sald.: de Faventia ab Ugone de Saxo: de Mediolano a Jordano de Lita: de Bononia ab Uberto Baixii: de Regio ab Ugone Conradi: de Grabadona a Johanne Cavaza: de Placentia ab Oldegerio de Roncoveteri: de Padua a Saza.

Hec autem omnia facta sunt prope Burgum Sancti Domini jussu Monasterium Sancti Johannis Baptistae. Eodem die in Ecclesia superscripti Sancti Johannis Baptistae paulo post isti, qui inferius legentur, predictum sacramentum juraverunt, excepto quod non sunt coacti facere jurare homines sue Civitatis: scilicet de Regio Matheus Judex, & Buccabadata: de Faventia Matthaeus Judex: de Mantua Bonaventura Judex, & Oldebertinus filius Agnelli: de Mutina Gandulfus Judex: de Brixia Gualzerius Calcarie, Desiderius Judex, & Guilielmus de Sala: de Padua Rogatus Judex: de Mediolano Conradus Judex, & Manfredus de Pozobonello: de Grabadona Ubertus Lanberzoni: de Bononia Guido Lambertini.

Ego Jacopinus Domini Regis Henrici Notarius, jussu Rectorum scripsi.

Erat autem Societas Lombardorum veluti species quaedam Reipublicae, per Italiam diffusae, quam Civitates complures liberae, Foedere inter se inito, constituebant. Non eo certe ordine & vinculo, quod nunc in Republica Belgii foederati, atque

A Helvetiorum intuemur, sed legibus tamen multis connexionem inter eas foventibus, regebatur. Singuli Populi non ad suam minus, quam ad sociorum tutelam prompti, pro sua virili ad communem exercitum scribendum, alendum, ac restaurandum conferebant. Certis etiam temporibus ac locis conventum identidem habebant B Rectores Societatis, ut quid publica res exigeret, consultarent, & ingruentibus necessitatibus opem afferrent. Si quid discordiae inter Socios emergebat, reliqui, ac praecipue Rectores iidem, intercedebant, ne controversiae viribus ac armis dirimerentur, & concordiam quam maximo poterant studio restituebant. Anno MCCXXX. curâ Eccelini de Romano, crudelissimi postea viri, in carcerem a Veronenfibus conjectus fuit Ricciardus Comes Sancti Bonifacii, unus e Guelphae factionis primipilis, cujus Majores Veronenfis Urbis diu Comites sive Praesides fuerant. Gerardo Maurisio teste, Lombardi, hoc est, Lombardorum Societas Anno proxime sequenti instaurare inter eos pacem aggressi sunt. Traditus est eis Comes. Tunc Lombardi instare coeperunt, quod Comes juraret Societatem Lombardorum: qui & ipse juravit. Eccelinum quoque & Albericum ejus fratrem ad idem Foedus attrahere conati sunt, sed irrita successu. Addit Rolandinus Lib. 3. Cap. 6. Histor. Praetorem Patavinum eo anno, aut insequenti, instituisse tam fideliter & prudenter cum Potestatibus & Rectoribus Lombardiae, quod renovata sunt sacramenta, & Lombardorum Societas est firmata. Idem in aliis ejusmodi contentionibus praestitum est. Si qui verò mandatis Rectorum Societatis se refractarios praebant, banno Lombardorum, quod

Maurisius memorat, prout convenire aut expedire videbatur, subiciebantur. Sed potissimum Friderico II. Augusto imperante, Langobardorum Foedus iterum invaluit, ut Imperatori nova molienti, & Avi consilia in perniciem communis Libertatis animo versanti, obsisterent. Neque post Friderici hujus mortem dissoluta est, sed arctius firmata Societas: cujus rei illustre monumentum adferre ju-

vat, hoc est, Instrumentum Anno MCCLII. Brixiae confectum, ubi conditiones habentur, sub quibus complures Civitates juraverunt Societatem Lombardiae, Marchiae Trivisinae, & Romaniolae, & omnium aliorum venientium ad ipsam Societatem. Hasce tabulas deo vetustissimo Regeſto Comunitatis Mutinensis, unde ego descripsi.

Pacta & conditiones, quibus renovatum est in Brixiana Urbe Foedus  
sive Societas Lombardorum a Restoribus complurium  
Civitatum Italicarum, Anno 1252.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno ejusdem Milleſimo Ducentesimo Quinquagesimo Secundo, Indictione X. Die Veneris VIII. intrante Marzio. Venerabilis Pater Dominus Octavianus Sanctae Mariae in Via lata Diaconus Cardinalis, existens apud Brixiam de mandato Summi Pontificis pro factis Lombardorum, & aliorum devotorum Ecclesiae, de Romaniola, & Marchia Trivisina, habuit secum ad colloquium sive parlamentum Ambaxatores & Syndicos infrascriptos super factis & negotiis infrascriptis. Scilicet Dominos Ugonem Grafellum, & Bertholdum Gambetum Ambaxatores Communis Mediolani; Dominos Scavellum Judicem, & Petrum Guarinum Ambaxatores Communis Alexandriae; Dominos Piordum de la Nuce Judicem, Griffolinum de Griffis, Henrigetum de Martilengo, & Petrum de Capite-pontis, Syndicos & Procuratores electos & designatos pro Commune Brixiae ad infrascripta tractanda pro ipso Comuni pariter & firmanda; Domi-

nos Rufinum de Zanniacagli, & Frixonum de Gonzagia Ambaxatores Communis Mantuae; Dominos Aymericum de Griffis, & Guidonem Visdominum Ambaxatores Domini Marchionis Extensis, & Communis Ferrariae; Dominos Henrigetum de Castello, & Petrizolum de Aufelleſtis Ambaxatores Communis Bononiae; Dominos Bravum de Bravis, & Dominum Bernardinum Petri Rubei Ambaxatores Communis Mutinae; Dominos Rolandum Lupum, & Bernardinum Domini Rufini Ambaxatores Communis Parmae; Dominos Philippum Visdominum, & Ubertum Surdum Ambaxatores Universitatis Placentinorum extrinsecorum; Dominum Guidonem de Bayſio Ambaxatorem Universitatis Reginorum extrinsecorum; Dominum Gabrielem de Laudo, & Egidianum de Mannanis Ambaxatores & Syndicos Universitatis Cremonensium extrinsecorum; Dominum Agnellum, qui se afferit Ambaxatorem & Syndicum Domini Albrici de Romano, & Communis Trivisi. Qui omnes Ambaxato-

„ xatores & Syndici habentes super  
 „ infrascripta a suis omnibus Uni-  
 „ versitatibus & Baronibus plenum  
 „ mandatum & potestatem, prout pa-  
 „ tet ex Instrumentis publicis, ibi-  
 „ dem a predictis omnibus approba-  
 „ tis: ad honorem Dei & Beatae  
 „ Mariae Virginis, & omnium San-  
 „ ctorum, & sanctae matris Eccle-  
 „ siae Romanae, & *Domini nostri In-*  
 „ *nocentii IV. Dei gratiâ sanctae Ro-*  
 „ *manae Ecclesiae summi Pontificis,*  
 „ & suorum Fratrum, & predicti Do-  
 „ mini Octaviani Sanctae Mariae in  
 „ Via lata Diaconi Cardinalis, &  
 „ ad honorem, bonum statum, & u-  
 „ tilitatem *Lombardorum, Marchiae*  
 „ *Trivisinae, & Romaniolae,* & alio-  
 „ rum hominum adhaerentium san-  
 „ ctæ Romanae Ecclesiae matri no-  
 „ strae, vice & nomine suorum Com-  
 „ munitum, Universitatum, & Baro-  
 „ num, & pro ipsis Communibus,  
 „ Universitatibus, & Baronibus, fir-  
 „ maverunt ad invicem, & ad san-  
 „ cta Dei Evangelia, excepto Do-  
 „ mino Guido de Bayso, juraverunt  
 „ *Societatem Lombardiae, Marchiae*  
 „ *Trivisinae, & Romaniolae, & om-*  
 „ *nium aliorum venientium ad ipsam*  
 „ *Societatem,* sub hac forma & mo-  
 „ do, videlicet. Quod dicta Com-  
 „ munita, & Universitates, & Baro-  
 „ nes perpetuo tenebunt & habebunt  
 „ se ad invicem, & alios venientes  
 „ ad ipsam Societatem, Fratres, So-  
 „ cios, & Amicos: & quod se ad  
 „ invicem & alios venientes ad ip-  
 „ sam Societatem adjuvabunt, manu-  
 „ tenebunt, & defendent secundum  
 „ suum posse, bona fide sine fraude  
 „ contra inimicos suos communes,  
 „ vel alicujus de dictis Communi-  
 „ bus, Universitatibus, vel Baroni-  
 „ bus, & aliorum venientium ad  
 „ Societatem predictam. Et quod i-

Tom. X.

„ inimicos suos, sive alicujus de di-  
 „ ctis Communibus, & Universitati-  
 „ bus & Baronibus, & aliorum ve-  
 „ nientium ad ipsam Societatem, pro  
 „ inimicis habebunt & tenebunt; nec  
 „ cum eis pacem vel treugam, sive  
 „ fidantiam, vel pactum facient, nec  
 „ fieri permittent, si vetare poterunt,  
 „ sine consensu & voluntate predi-  
 „ ctorum omnium Communium, U-  
 „ niversitatum, & Baronum, & a-  
 „ liorum venientium ad ipsam Socie-  
 „ tatem. Item predicti Ambaxatores  
 „ & Sindici vice & nomine suorum  
 „ Communium, Universitatum, &  
 „ Baronum, & pro ipsis Comuni-  
 „ bus, Universitatibus & Baronibus,  
 „ cum predicto Domino Cardinale,  
 „ vice & nomine Ecclesiae Romanae,  
 „ & Domini Papae, habente super  
 „ hoc ab ipso Domino Papa plenum  
 „ mandatum, ut patet per Literas  
 „ ipsius Domini Papae ibidem ap-  
 „ probatas, ordinaverunt & firmave-  
 „ runt concorditer & expresse tal-  
 „ liam sexcentorum Militum, ducen-  
 „ dorum per ipsum Dominum Car-  
 „ dinalem, vel alium Legatum Do-  
 „ mini Papae in servitium eorum,  
 „ qui erunt de dicta Societate, &  
 „ aliorum devotorum Ecclesiae, sub-  
 „ ditorum ipsi Legato. Quorum Mi-  
 „ litum trecenti soldari debeant per  
 „ Ecclesiam, & alii trecenti per in-  
 „ frascripta Communia dictae Socie-  
 „ tatis. Item quod dicta tallia Mi-  
 „ litum debeat durare & continuare  
 „ per annum.

„ Item quod trecenti de ipsis Mi-  
 „ litibus stare debeant citra Padum,  
 „ ubi Legatus Domini Papae viderit  
 „ expedire: & alii trecenti ultra Pa-  
 „ dum, ubi idem Legatus viderit  
 „ expedire. Eo salvo, quod si quan-  
 „ do ipse Dominus Cardinalis, vel  
 „ alius Legatus, necessitatem vel

O o

„ uti-

„ utilitatem viderit imminere, possit  
 „ eos, qui erunt ultra Padum, eos  
 „ vel partem ipsorum conducere ci-  
 „ tra Padum, ubi viderit expedire,  
 „ & e converso. Item quadringenti  
 „ de ipsis Militibus, scilicet quili-  
 „ bet ipsorum habere debeat tres  
 „ equos, inter quos unum bonum  
 „ & idoneum equum armigerum ha-  
 „ bere debeat, & coopertum: & alii  
 „ ducenti duos equos pro quolibet  
 „ habere debeant, inter quos unus  
 „ bonus armigerus debeat esse equus.  
 „ De quibus ducentis Legatus Do-  
 „ mini Papae pro Ecclesia habere  
 „ debeat quinquaginta cum balistis,  
 „ computandos in parte Ecclesiae so-  
 „ lummodo, & approbandos atque  
 „ soldandos solummodo ab ipso Le-  
 „ gato ad eosdem soldos, ad quos  
 „ alii Milites cum duobus equis sol-  
 „ dabuntur. Item ad hoc, ut equa-  
 „ lis sit electio dictorum Militum,  
 „ qui debent soldari per Ecclesiam  
 „ & Lombardos, ad hoc ut nulla sit  
 „ discrepantia in eisdem, sed boni,  
 „ & utiles equaliter habeantur: or-  
 „ dinaverunt & firmaverunt predicti  
 „ Ambaxatores cum prefato Domino  
 „ Cardinale concorditer & expresse  
 „ unum & equale soldum omnibus  
 „ Militibus supradictis, scilicet sex  
 „ Soldos Imperiales ad mezos, sin-  
 „ gulis diebus, illis & singulis, qui  
 „ habebunt tres equos, & quatuor  
 „ Soldos Imperiales singulis habenti-  
 „ bus duos equos, scilicet tam bali-  
 „ stariis quam aliis. Salvo quod si  
 „ pro minori poterunt haberi eque  
 „ boni & utiles Milites, quod illi,  
 „ qui preerant ipsis Militibus eli-  
 „ gendis & approbandis, possint &  
 „ debeant eos pro minori soldo re-  
 „ cipere, si in concordia erunt,  
 „ quod pro minori eque boni possint  
 „ haberi: alioquin ad predictos sol-

A „ dos eligi debeant & haberi. Item  
 „ ordinaverunt & firmaverunt, quod  
 „ electio dictorum Militum, & ap-  
 „ probatio debeat fieri hoc modo,  
 „ ad hoc ut equalis & bona, & sine  
 „ suspitione procedat, scilicet quod  
 „ Nuntius Ecclesiae, sive Domini  
 „ Cardinalis, sive alterius Legati  
 „ Domini Papae, debeat esse cum  
 B „ Nuntio illius Civitatis, quae ali-  
 „ quos de dictis Militibus soldare  
 „ debeat, & concorditer eligere de-  
 „ beant de ipsa Civitate vel ejus  
 „ Diocesi tot Milites bonos & uti-  
 „ les, ad duos, & tres equos, &  
 „ ad soldos predictos, quot obve-  
 „ nient vel imponentur ipsi Civitati  
 C „ ex tallia supradicta; dum tamen  
 „ non eligant nec approbent aliquem  
 „ de illis, qui pro suo Comuni  
 „ tenebuntur habere equos, nisi ali-  
 „ ter Dominus Cardinalis, vel alius  
 „ Legatus Domini Papae duxerit  
 „ disponendum &c. Item quod pre-  
 „ dicti Milites omnes debeant obe-  
 „ dire & intendere Legato Domini  
 „ Papae, & per eum & ejus Nun-  
 D „ tios, in stando, eundo, & redeun-  
 „ do, & in omnibus aliis regi de-  
 „ beant & conduci. Et quod sint  
 „ omnes in jurisdictione Domini Pa-  
 „ pae & suorum Nuntiorum: &  
 „ quod eos possit ipse Legatus ex  
 „ jurisdictione Ecclesiastica & Secu-  
 „ lari de plano & absque juris ordi-  
 „ ne punire pecunialiter & multare;  
 E „ & ejus Nuntii non tantum pecu-  
 „ nialiter, sed etiam ipsos omnes  
 „ pro facinoribus, quae tunc tem-  
 „ poris dicentur commisisse vel per-  
 „ petrasse, dum essent in militia su-  
 „ pradicta. Eo salvo, quod pecunia-  
 „ riae condemnationes vel multae,  
 „ quae fient ex causis predictis, ob-  
 „ venire debeant Communibus illa-  
 „ rum Terrarum, pro quibus dati  
 „ vel

„ vel soldati fuerit illi, qui puniti  
 „ fuerint. Item quod quilibet de di-  
 „ ctis Militibus equum armigerum  
 „ bonum, & non equam, habere de-  
 „ beat; & arma militaria omnia bo-  
 „ na & idonea ad arbitrium predicti  
 „ Domini Cardinalis, vel alterius  
 „ Legati, vel suorum Nuntiorum,  
 „ & Nuntiorum Civitatum, qui cum  
 „ Nuntiis Ecclesiae erunt ad eligen-  
 „ dos & approbandos Milites supra-  
 „ dictos. Et quod Milites, qui da-  
 „ buntur, vel soldabuntur ab aliquo  
 „ Communi, non debeant poni vel  
 „ stare in ea Civitate vel ejus Dio-  
 „ cesi, a qua dabuntur, nisi quando  
 „ continget, omnes predictos Mili-  
 „ tes propter exercitum vel aliam  
 „ causam poni vel stare in ea Civi-  
 „ tate vel ejus Diocesi. Item quod  
 „ ab initio satisfiat omnibus predi-  
 „ ctis Militibus de soldo predicto  
 „ pro tribus mensibus hoc modo,  
 „ scilicet, pro duobus mensibus de-  
 „ tur eis soldus eorum, scilicet ab  
 „ Ecclesia pro parte sibi contingen-  
 „ te, & a Communibus Terrarum  
 „ secundum partes sibi contingentes,  
 „ & pro tertio mense sequenti de-  
 „ ponatur soldus dictorum Militum  
 „ a Communibus Terrarum pro par-  
 „ tibus eis contingentibus in mani-  
 „ bus Capitaneorum Militum Lom-  
 „ bardorum, solvendo ipsis Militi-  
 „ bus, quando ipsi Legato vel ejus  
 „ Nuntio, & ipsis Capitaneis visum  
 „ fuerit expedire. Et quod ante fi-  
 „ nem dictorum trium Mensium,  
 „ scilicet per quindecim dies solvi  
 „ debeat soldus dictis Militibus ab  
 „ Ecclesia & Lombardis pro duobus  
 „ Mensibus sequentibus, & pro ter-  
 „ tio mense sequenti deponi debeat  
 „ soldus a Communibus Terrarum in  
 „ manibus Capitaneorum. Item quod  
 „ securitatem suo periculo recipiat

„ a dictis Militibus Ecclesia, scili-  
 „ cet ab his, quos ipsa soldabit, &  
 „ Communia Terrarum suo periculo  
 „ ab his, quos soldabunt &c.  
 „ Item de predicta tallia sexcen-  
 „ torum Militum recepit ibidem &  
 „ habuit predictus Dominus Cardi-  
 „ nalis, nomine & vice Ecclesiae  
 „ Romanae, & Domini Papae, tre-  
 „ centos Milites soldandos per Ec-  
 „ clesiam, sive predictum Papam,  
 „ ad soldos predictos, scilicet ducen-  
 „ tos ad tres equos, & alios ad  
 „ duos, inter quos sint quinquagin-  
 „ ta Balitarii, ut dictum est supra.  
 „ Super aliis vero trecentis ordina-  
 „ verunt, firmaverunt, & declarave-  
 „ runt predicti Ambaxatores & Sin-  
 „ dici, omnes has esse Civitates &  
 „ solas, quae eos soldandos recipere  
 „ debeant & soldare. Et quae hoc  
 „ onus portare possunt; scilicet *Me-*  
 „ *diolanum, Alexandriam, Novariam,*  
 „ *Brixiam, Mantuam, Ferrariam,*  
 „ *Bononiam, & Mutinam.* Et cum  
 „ Ambaxatores ipsarum Civitatum,  
 „ exceptis Novariensibus, super par-  
 „ titione & divisione dictorum Mi-  
 „ litum trecentorum facienda inter  
 „ dicta Communia compromississent  
 „ & consensissent in Dominos Pe-  
 „ trum Guarzinum de Alexandria,  
 „ Ruffinum de Zannicagli de Man-  
 „ tua, Dominos Uberum Surdum  
 „ de Placentia, & Rolandum Lu-  
 „ pum de Parma Ambaxatores, tam-  
 „ quam in Arbitratores sive amica-  
 „ biles compositores, ita quod eas  
 „ partes de dictis Militibus recipere  
 „ debeant sua Communia & habere,  
 „ quas predicti Arbitratores, vel  
 „ major pars eorum arbitrentur vel  
 „ designarent eisdem, ita tamen quod  
 „ predicti Domini Rolandus & U-  
 „ bertus Surdus unam vocem habe-  
 „ rent: tandem predicti Arbitrato-

„ res in plena concordia fecerunt  
 „ partitionem dictorum trecentorum  
 „ Militum inter dicta Communia  
 „ hoc modo, scilicet. Quod *Commune Mediolani* pro ipso in parte sua  
 „ Nonaginta duos Milites recipere  
 „ debeat & soldare, scilicet sexaginta  
 „ unum cum tribus equis, & alios  
 „ cum duobus. *Commune Alexandriae* pro parte sua recipere  
 „ debeat & soldare *Duodecim Milites*,  
 „ scilicet octo cum tribus equis, &  
 „ alios cum duobus. *Commune autem Mantuae* in parte sua recipere de-  
 „ beat & soldare Viginti novem Mi-  
 „ lites, scilicet viginti cum tribus  
 „ equis, & alios cum duobus. *Com-  
 „ mune autem Novariae* in parte sua  
 „ Viginti quatuor Milites, scilicet  
 „ sexdecim cum tribus equis, & alios  
 „ cum duobus. *Commune autem Ferrariae* in parte sua Viginti septem  
 „ Milites, scilicet decem & octo  
 „ cum tribus equis, & alios cum  
 „ duobus. *Commune autem Bononiae*  
 „ in parte sua Sexaginta quinque  
 „ Milites, scilicet quadraginta tres  
 „ cum tribus equis, & alios cum  
 „ duobus. *Commune autem Mutinae*  
 „ in parte sua Viginti sex Milites,  
 „ scilicet decem & septem cum tri-  
 „ bus equis, & alios cum duobus.  
 „ Et ipsi Ambaxatores consenserunt.  
 „ Et cum hoc esset, quod *Commune Brixiae* commisisset in ipsum Do-  
 „ minum Cardinalem, quod ipse il-  
 „ lam talliam, quam vellet, & quae  
 „ sibi placeret, de predictis Militi-  
 „ bus deberet dare & assignare *Com-  
 „ muni Brixiae*, & quod *Commune Brixiae* super hoc suam volunta-  
 „ tem impleret; & ipse hoc in se  
 „ recepisset de consensu Ambaxato-  
 „ rum Civitatum predictarum: tam-  
 „ dem predictus Dominus Cardinalis  
 „ dedit & assignavit pro sua parte

A

B

C

D

E

„ sive tallia dictorum Militum *Com-  
 „ muni Brixiae* Viginti quinque Mi-  
 „ lites, scilicet sexdecim cum tribus  
 „ equis, & alios cum duobus. Item  
 „ predicti omnes Ambaxatores &  
 „ Sindici ordinaverunt in plena con-  
 „ cordia cum predicto Domino Car-  
 „ dinali custodiam Terrarum & lo-  
 „ corum, que erunt de dicta Socie-  
 „ tate, sive sub ipso Legato, & quae  
 „ custodia indigent. Quae custodia,  
 „ sive cujus custodiam expensae pro  
 „ dimidia parte pro Ecclesia fieri  
 „ debeant & portari, & pro alia di-  
 „ midia per eos, qui sunt de dicta  
 „ Societate, & hoc portare possunt.  
 „ Quas expensas taxaverunt & decla-  
 „ raverunt debere colligi & praestari  
 „ in quantitate Quatuordecim Mil-  
 „ lium Librarum Imperialium ad  
 „ meanos. Item quod dicta custo-  
 „ dia Terrarum & locorum incipere  
 „ debeat a Kalendis Aprilis proxi-  
 „ mi, & ab inde durare usque ad  
 „ annum &c. Item declaraverunt,  
 „ has esse Terras & loca de dicta  
 „ Societate, que custodia, sive au-  
 „ xilio dictae custodiam & expensa-  
 „ rum indigent: scilicet *Parmam* cum  
 „ suis locis, que custodia indigent:  
 „ *Loca Reginorum, Placentinorum, Cre-  
 „ monensium, & Vercellensium* extrin-  
 „ secorum: & tria *Castra Lodoyci  
 „ Comitum Veronae* scilicet *Gardam,  
 „ Gazum, & Valesum*: *Trivisum*:  
 „ *Castrum Domini Beaquini de Camino*,  
 „ scilicet *Grudignanum*; & *Castra*,  
 „ quae sunt in podere *Lendinariae*  
 „ in confinibus versus inimicos, sci-  
 „ licet, *Anguillariam, Passivam, &  
 „ Abbadiam*. Et cum dicti Ambaxa-  
 „ tores consensissent die Dominica  
 „ precedenti super dictis expensis om-  
 „ nibus dividendis in custodia dicta-  
 „ rum Terrarum ad dispositionem &  
 „ arbitrium ipsius Domini Cardina-  
 „ lis:



„ lis: tandem ipse Dominus Cardi-  
 „ nalis dictas expensas, sive talliam  
 „ quatuordecim millium Librarum  
 „ Imperialium divisit & assignavit  
 „ inter dictas Terras & loca, sive  
 „ in ipsorum custodia hoc modo,  
 „ scilicet: pro custodia *Parmae* &  
 „ suorum locorum taxavit & assigna-  
 „ vit debere dari & expendi *Tria*  
 „ *millia Librarum Imperialium*: pro  
 „ custodia vero locorum *Placentino-*  
 „ *rum extrinsecorum Tria Millia Li-*  
 „ *brarum Imperialium*: pro custodia  
 „ vero locorum *Reginorum extrinse-*  
 „ *corum Mille quadringentas Libras*  
 „ *Imperiales*: pro custodia vero loco-  
 „ rum *Cremonensium extrinsecorum*,  
 „ sive ipsis *Cremonensibus Duo millia*  
 „ *Librarum Imperialium*: pro custodia  
 „ vero locorum *Vercellensium extrin-*  
 „ *secorum Mille ducentas Libras Im-*  
 „ *periales*: pro custodia vero dicto-  
 „ rum trium *Castrorum Lodoyci Comi-*  
 „ *tis Veronae, Octingentas Libras Im-*  
 „ *periales*: pro custodia vero dicto-  
 „ rum trium *Castrorum*, quae sunt  
 „ in podere *Lendenariae, Mille cen-*  
 „ *tum Libras Imperiales*: pro custodia  
 „ vero *Tarcisii, Mille centum Libras*  
 „ *Imperiales*: pro custodia vero *Castri*  
 „ *Domini Beaquini, Trecentas Libras*  
 „ *Imperiales*.

„ Quarum omnium expensarum di-  
 „ ctarum quatuordecim millium Li-  
 „ brarum expendendarum in custodia  
 „ Terrarum & locorum predictorum  
 „ recepit ipse Dominus Cardinalis  
 „ pro parte Ecclesiae Romanae Sep-  
 „ tem millia Librarum Imperialium,  
 „ solvendarum ab ipsa Ecclesia. Su-  
 „ per aliis vero Septem millibus or-  
 „ dinaverunt dicti Ambaxatores, quod  
 „ hae Civitates sunt, & solae de di-  
 „ cta Societate, quae hoc onus ex-  
 „ pensarum & custodiae portare pos-  
 „ sunt, & debeant: scilicet *Mediela-*

„ *num, Alexandriam, Novariam, Bri-*  
 „ *xiam, Mantuam, Ferrariam, Bono-*  
 „ *niam, & Mutinam. Et cum hoc*  
 „ *effet, quod super partitione & di-*  
 „ *visione dictarum Septem millium*  
 „ *Librarum Imperialium ad meza-*  
 „ *nos, facienda inter dicta Commu-*  
 „ *nia, compromississent & consensis-*  
 „ *sissent pro suis Communibus Amba-*  
 „ *xatores Mediolani, Alexandriae &c.*  
 „ *in Petrum Guarzinum &c. Tandem*  
 „ *predicti Arbitratores arbitrati sunt*  
 „ *partitionem dictarum Septem mil-*  
 „ *lium Librarum Imperialium inter*  
 „ *dicta Communia hoc modo, scilicet*  
 „ *secundum modum & respectum*  
 „ *divisionis, quam fecerunt de tal-*  
 „ *lia Militum. Et dixerunt, quod*  
 „ *Commune Mediolani dare & solvere*  
 „ *debeat Duo millia ducentas & octo*  
 „ *Libras Imperiales: Commune Ale-*  
 „ *xandriae Ducentas octuaginta: Com-*  
 „ *mune vero Mantuae Sexcentas nona-*  
 „ *ginta sex: Commune Novariae Quin-*  
 „ *gentas septuaginta sex: Commune*  
 „ *Ferrariae Sexcentas quadraginta octo:*  
 „ *Commune Bononiae Quatuor millia*  
 „ *quingentas Libras Bononorum, vel*  
 „ *Mille quingentas sexaginta Libras*  
 „ *Imperiales ad mezanos: Commune*  
 „ *vero Mutinae Sexcentas viginti qua-*  
 „ *tuor Libras Imperiales. Et cum*  
 „ *hoc esset, quod Commune Brixiae*  
 „ *compromississet in ipsum Dominum*  
 „ *Cardinalem &c. ipse Dominus Car-*  
 „ *dinalis de dicta summa pecuniae*  
 „ *ipsi Communi Brixiae assignavit pro*  
 „ *sua parte Quadringentas Libras Im-*  
 „ *periales. Ibidem omnes predicti*  
 „ *Ambaxatores & Sindici nomine &*  
 „ *vice suorum Communium, Univer-*  
 „ *sitatum, & Baronum, de plena*  
 „ *concordia firmaverunt, quod quae-*  
 „ *libet Civitas dictae Societatis mit-*  
 „ *tat & habeat duos Ambaxatores,*  
 „ *qui debeant stare cum praedicto*  
 „ *Domini-*

„ Domino Cardinale vel alio, quan-  
 „ do pro Domino Papa erit in Lom-  
 „ bardia. Et quod possint tractare  
 „ atque firmare pro suis Communi-  
 „ bus cum eo, & aliis Ambaxatori-  
 „ bus ea, quae ad bonum statum &  
 „ utilitatem eorum, qui erunt de  
 „ dicta Societate, & aliorum devo-  
 „ torum Ecclesiae subditorum ipsi  
 „ Legato, visa fuerint pertinere &c.  
 „ Consequenter ibidem predicti Am-  
 „ baxatores ordinaverunt, quod im-  
 „ positio equorum fiat a quibuslibet  
 „ Civitatibus, Communibus & Ba-  
 „ ronibus dictae Societatis, & quod  
 „ dicti equi emantur, & consignen-  
 „ tur Communibus sive Baronibus  
 „ Terrarum ipsius Societatis in ea  
 „ quantitate &c. usque ad medium  
 „ mensem Aprilis proximi &c. Pre-  
 „ terea firmaverunt, quod unus exer-  
 „ citus generalis & plenus fieri de-  
 „ beat per omnes, qui sunt & erunt  
 „ de dicta Societate supra *Cremonam*,  
 „ sive in territorio *Cremonensi*, sci-  
 „ licet citra Padum, ubi ipsi Domi-  
 „ no Cardinali, vel alii Legato vi-  
 „ sum fuerit expedire. Quae autem  
 „ Civitates, Universitates, & Baro-  
 „ nes debeant in ipso exercitu per  
 „ commune, vel per talliam perso-  
 „ narum, & in quantum praestare  
 „ consilium & favorem: predicti om-  
 „ nes Ambaxatores sponte, concor-  
 „ diter, & plene posuerunt in libe-  
 „ ra potestate & voluntate predicti  
 „ Domini Cardinalis &c. Item ordi-  
 „ naverunt, quod unus Exercitus fieri  
 „ debeat in *Marchia Trivisina* per  
 „ eos, qui erunt de dicta Societate,  
 „ ad voluntatem dicti Domini Car-  
 „ dinalis, scilicet post illum Exerci-  
 „ tum, qui fieri debet supra *Cremonam*,  
 „ vel in territorio *Cremonensi*.  
 „ Et quod sua Communia, Univer-  
 „ sitates, & Barones dabunt succur-

A „ sum in ipso Exercitu Domino *Mar-*  
 „ „ *chioni Extensi*, Domino *Albrico de*  
 „ „ *Romano*, & Comiti *Veronensi*, & Do-  
 „ „ *mino Biaquino de Camino*, & aliis  
 „ „ eorum amicis. Qualem autem suc-  
 „ „ cursum dare debeant pro tallia Mi-  
 „ „ litum aut *Balistariorum*, compro-  
 „ „ miserunt in libera voluntate, &  
 „ „ dispositione ipsius Domini Cardi-  
 „ „ nalis &c. Similiter ordinaverunt i-  
 „ „ bidem quod si contingat, *Papien-*  
 „ „ *ses* facere Exercitum hoc anno su-  
 „ „ pra *Alexandrinus*, sive in eorum  
 „ „ Districtu, quod eorum Communia,  
 „ „ Universitates, & Barones dabunt  
 „ „ succursum ipsis *Alexandrinis* vel  
 „ „ per commune, vel per talliam per-  
 „ „ sonarum, secundum arbitrium &  
 „ „ dispositionem dicti Domini Cardi-  
 „ „ nalis. Qui Dominus Cardinalis di-  
 „ „ xit, quod sua erat intentio super  
 „ „ succursu dando *Alexandrinis*, si  
 „ „ *Papienses* facerent Exercitum con-  
 „ „ tra eos, quod ipse, si erit in par-  
 „ „ tibus suprascriptis, vel alius, qui  
 „ „ erit pro Ecclesia, ducet in servi-  
 „ „ tium *Alexandrinorum* mille Mili-  
 „ „ tes, si alius Exercitus non erit in  
 „ „ partibus suprascriptis. Si autem E-  
 „ „ xercitus esset in partibus suprascri-  
 „ „ ptis, a circumstantibus Communi-  
 „ „ bus Terrarum, secundum quod eis  
 „ „ conveniens videbitur, faciet dari  
 „ „ succursum per commune vel per  
 „ „ talliam; vel ipsi facient guerram  
 „ „ *Papiensibus*.  
 „ „ Ibidem presentibus eisdem testi-  
 „ „ bus protestati fuerunt Domini *Hen-*  
 „ „ *rigetus de Castello*, & *Petriliolus*  
 „ „ de *Auffelletis* Ambaxatores *Bono-*  
 „ „ *niae*, quod eorum intentio non est,  
 „ „ quod per hoc Commune *Bononiae*,  
 „ „ & alia loca, Universitates, & Ba-  
 „ „ rones dictae Societatis obligari pos-  
 „ „ sint per Ambaxatores Communium,  
 „ „ qui erunt cum Legato Domini Pa-  
 „ „ pae;

„ pae; nec per eos cum ipso Lega-  
 „ to, vel sine eo ordinari possit E-  
 „ xercitus vel imponi, sive tallia a-  
 „ liqua personarum vel avere Com-  
 „ muni Bononiae vel aliis Commu-  
 „ nibus, nisi quatenus de Communis  
 „ Bononiae, & dictorum Commu-  
 „ nium, Universitatum, & Baronum  
 „ processerit voluntate. Similem pro-  
 „ testationem fecerunt ceteri alii Am-  
 „ baxatores &c. Eo salvo, quod per  
 „ dictum sacramentum Societatis non  
 „ fiat, nec fieri videatur, quod Com-  
 „ mune Mediolani veniat, nec veni-  
 „ re videatur contra aliquod sacra-  
 „ mentum, quod fecerit cum *Com-  
 „ muni Papiæ, & Communi Pergami.*  
 „ Placuit Sapientibus, qui auctori-  
 „ tatem habent a Consilio Generali de  
 „ eo, quod *Societas Lombardiae* re-  
 „ novari & reformari debeat, ita  
 „ quod, si pax poterit haberi cum  
 „ Communi Cremonae, quod fieri  
 „ debeat secundum Reformationes  
 „ Consiliorum factorum super facto  
 „ Pacis &c. Tenor Reformationum  
 „ factarum super facto Pacis, talis  
 „ est. In Reformatione Consilii, fa-  
 „ cto partito per Potestatem, placuit  
 „ quasi toti Consilio, quod Pax fiat  
 „ per *Commune Brixiae Communi &  
 „ Hominibus de Cremona*, & omnibus  
 „ eorum amicis, volentibus ad hanc  
 „ Pacem venire, ipso Communi Cre-  
 „ monae faciente Pacem Communi  
 „ & Hominibus Brixiae, tam Cre-  
 „ monensibus extrinsecis, quam aliis  
 „ suis amicis, volentibus ad hanc  
 „ Pacem venire, nullo detracto, se-  
 „ cundum quod petatum & dictum  
 „ fuit per Ambaxatores Communis  
 „ Brixiae Ambaxatoribus Communis  
 „ Cremonae in colloquio facto inter  
 „ Pontem Vicum & Rubecum &c.  
 „ In Reformatione Consilii, factis  
 „ partitis per Potestatem, placuit ma-

A

B

C

D

E

„ jori parti Consilii, quod in prae-  
 „ senti Consilio dicatur & respondeat-  
 „ tur Ambaxatoribus *Cremonae, Pa-  
 „ duae, Veronae, Vicentiae, & Domi-  
 „ ni Izilini de Romano*, quod *Commu-  
 „ ne Brixiae* vult, & sibi placet fa-  
 „ cere & firmare Pacem cum *Com-  
 „ muni Cremonae*, & suis amicis, ipso  
 „ Communi Cremonae faciente & fir-  
 „ mante Pacem Communi Brixiae,  
 „ & omnibus suis amicis, secundum  
 „ quod petatum fuit per Ambaxato-  
 „ res Brixiae Ambaxatoribus Cremo-  
 „ nae in colloquio facto inter Pon-  
 „ tem Vicum, & Rubecum, & se-  
 „ cundum Reformationes Consilii &c.  
 „ Et Piordus de la Nuce &c. Sindi-  
 „ ci & Procuratores Communis Bri-  
 „ xiae protestantur & dicunt ante  
 „ sacramentum & Reformationem sa-  
 „ cramenti Societatis Lombardiae, se  
 „ nomine Communis Brixiae renova-  
 „ re & reformare Societatem Lom-  
 „ bardiae, excepto quod per tale sa-  
 „ cramentum non derogetur in ali-  
 „ quo Reformationibus predictis. Pre-  
 „ terea ibidem protestatus fuit, &  
 „ dixit idem Dominus Cardinalis,  
 „ quod non intendebat, quod per  
 „ dictam protestationem Mediolani  
 „ derogaretur in aliquo concordiae,  
 „ pactis, & sacramentis, quae habet  
 „ & fecit *Commune Mediolani Commu-  
 „ ni Alexandriae*. Cui protestationi  
 „ consenserunt Ambaxatores Medio-  
 „ lani. Ibidem dixit idem Dominus  
 „ Cardinalis, quod si *Commune Me-  
 „ diolani*, vel aliud *Commune* dictae  
 „ Societatis dedit Pedites aliquos ad  
 „ custodiam locorum Placentinorum  
 „ extrinsecorum, eis tempus sive an-  
 „ nus dictae custodiae incipiat cur-  
 „ rere per quindecim dies ante Ka-  
 „ lendas Aprilis. Demum predicti  
 „ omnes & singuli Ambaxatores &  
 „ Sindici nomine & vice suorum Com-

„ munium, Universitatum, & Baro-  
 „ num, & pro ipsis, acceptaverunt,  
 „ ordinaverunt, & firmaverunt, at-  
 „ que juraverunt omnia & singula  
 „ supradicta, afferentes & promitten-  
 „ tes sibi ad invicem, & ipsi Domi-  
 „ no Cardinali, quod sua Commu-  
 „ nia &c. acceptabunt &c., & spe-  
 „ tialiter quod sua Communia &c.  
 „ publice in plenis Consiliis firma-  
 „ bunt & jurabunt dictam Societa-  
 „ tem, & omnia supradicta: & quod  
 „ hec ponetur in Statuto preciso &  
 „ jurato cujuslibet Civitatis, Uni-  
 „ versitatis, & Baronis &c. Preterea  
 „ predicti omnes Ambaxatores pro-  
 „ miserunt & stipulati sunt, quod  
 „ ea omnia & singula adimplebunt &c.  
 „ sub pena mille Marcharum argen-  
 „ ti, totiens committenda & exigen-  
 „ da, quotiens contra predicta fa-  
 „ ctum fuerit, vel aliquid predicto-  
 „ rum, ceteris omnibus in sua nihi-  
 „ lominus remanentibus firmitate, &  
 „ sub obligatione bonorum cujusque  
 „ Communis &c. Ad hec predicti  
 „ omnes Ambaxatores & Sindici no-  
 „ mine &c. super omnibus & singu-  
 „ lis predictis sponte & libere sup-  
 „ posuerunt sua Communia, Univer-  
 „ sitates, & Barones jurisdictioni &  
 „ voluntati Summi Pontificis, & Do-  
 „ mini Octaviani Cardinalis predicti,  
 „ & alterius Legati, qui pro factis  
 „ istis esset pro Domino Papa in par-  
 „ tibus Lombardiae. Item quod si  
 „ in aliquo obviarent predictis, vel  
 „ aliquibus predictorum, possint de  
 „ plano, & absque juris ordine pre-  
 „ dictus Dominus Papa, & Dominus  
 „ Cardinalis, & alius, qui pro fa-  
 „ ctis istis esset Legatus, dicta Com-  
 „ munia, & Universitates, & Baro-  
 „ nes, & Terras, & Loca ipsorum,  
 „ excommunicare, & subponere In-  
 „ terdicto.

A „ Actum apud Brixiam in Sala  
 „ plana domus magnae Episcopatus  
 „ Brixiae, presentibus venerabili Pa-  
 „ tre Domino Episcopo Brixienfi, Do-  
 „ mino Passipovero Legum Doctore  
 „ de Bononia, Fratre Benevenuto  
 „ Domus Sancti Michaëlis de Buscho  
 „ prope Bononiam Camerario supra-  
 „ dicti Domini Cardinalis, Alberto  
 „ Notario, qui erat ibidem cum Am-  
 „ baxatoribus Mediolani, Imištardo  
 „ Bonati, qui erat ibidem cum Am-  
 „ baxatoribus & Sindicis Communis  
 „ Brixiae.

Quae Urbes ac Principes ad hujus-  
 smodi Foedus accedere, Guelphae fa-  
 ctionis erant, & pro Romano Pon-  
 tifice stabant, qui ea de causa *Octa-  
 vianum Cardinalem* Brixiam miserat.  
 Sibi quisque timebat a ferocissimo  
 hoste Eccelino de Romano, atque ab  
 Oberto Pelavicino Marchione, po-  
 tentibus Gibellinorum antesignanis,  
 qui nova in dies bella suscitabant.  
 Augebat etiam metum Conradus Fri-  
 derici II. filius, Germaniae Rex, qui  
 in Italiam non ita pridem descende-  
 rat, ad Regni Siciliae hereditatem,  
 a Gibellinis praecipue invitatus. Tunc  
 ergo Langobardica Provincia maximis  
 bellorum tumultibus ac intestinis di-  
 scordiis patuit, quarum seriem tem-  
 porum illorum Historia describit. Sed  
 quoniam sunt mihi Epistolae quaedam  
 eà occasione conscriptae a *Laudrisio  
 Cribello* Mediolanensi, tunc Brixianae  
 Urbis Praetore, ad *Bonifacium de Ca-  
 noffa* Regiensem, Mantuanorum Prae-  
 torem, uti & *Gregorii de Montelongo*  
 Legati Apostolici, & supralaudati *O-  
 ctaviani Cardinalis*, Legatorum Apo-  
 stolicae Sedis, ad alios missae, com-  
 mittere nolo, ut luce, qua profecto  
 dignae sunt, diutius illae fraudentur.  
 Eas autem mihi describendas tradidit  
 Philippus Argelatus Augustiss. Caesa-  
 ris

ris a Secretis, in Collectione mea  
Scriptorum Rerum Italicarum saepif-  
sime memoratus, ex eo ipso Codice  
MSto, unde Boncompagni Opuscu-  
lum de *Obsidione Anconae* hausi, evul-  
gatum in Tomo VI. earumdem Rer.

A Italicarum. Conjunctam cum hisce  
videas Innocentii IV. summi Pontifi-  
cis sententiam adversus nefandum vi-  
rum Eccelinum de Romano, aliaque  
eorum temporum Acta, e quibus Hi-  
storia aliquid lucis ac subsidii accipiet.

Epistolae Laudrisii Cribelli Praetoris Brixiani, aliorumque Magistra-  
tum Italicarum Urbium, de negotiis politicis suorum temporum,  
spectantes ad Annum Christi 1251. & proxime sequentes.

*Viro Nobili Domino B. (a) de Canossa laudabili Potestati, Consilio &  
Communi Mantuae, & Domino R. (b) illustri Comiti Veronensi,  
Lau. (c) Cribellus Brixienfium Potestas, & Miliria, quae cum  
eo est Laude, salutem, & mores prudentium imitari.*

„ **E**ssentiam exercitus utriusque,  
„ & nova, quibus..... ecce  
„ vobis in suasionem praesentium de-  
„ claramus, ut gaudere possitis cum  
„ gaudentibus & laetari. Hostes ne-  
„ quam Papienses, & Placentini in-  
„ trinseci, in loco solito trahunt mo-  
„ ram, intra scilicet muros Civita-  
„ tis Laudensis. Qui erant autem  
„ contermini Castro, quod obtinent,  
„ ejecerunt, & de aliis forticiis li-  
„ cèt paucis, quas in eadem Civi-  
„ tate tenent, ut didicimus, illud  
„ idem facere decreverunt, ut per  
„ eas ipsi Castro, quum discefferint,  
„ inferri nequeant nocumenta. *Mar-*  
„ *chio Lanca* Castrum jam dictum,  
„ quod tenebat, tradidit mediante  
„ pecunia in curam Papiensium, ac  
„ Cremonensium praedictorum: &  
„ ipsi illud gente sua & necessariis  
„ munierunt. Ipsi hostes nimio do-  
„ lore dolent, quod sese sentiunt  
„ ad occasum: & in morando vel  
„ redeundo, procul dubio confunden-

Tom. X.

- (a) Bonifacio  
(b) Ricciardo  
(c) Laudrisius

B „ tur. Nullum Castrum territorii  
„ Laudi, praeter Monbrionum, &  
„ Pontem Lambri, quae habebant,  
„ antequam de praesenti Civitatis  
„ Laudis negotio ageretur, est in  
„ ipsorum fortia mancipatum; sed  
„ sunt omnia in custodia nostrae  
„ partis. Fassatholdum per Populum  
„ Laudensem diligentius est muni-  
„ tum; & in eo centum equites ad  
„ laesionem inferendam hostibus, Pa-  
„ piensibus praecipue, commorantur.  
„ Mediolanenses, & amici in loco  
„ resident consueto, & laetitiae &  
„ gaudio (utinam semper in melius)  
„ perfruuntur: & Circlas & Foveas  
„ Stratarum explanant, ut aggredi  
„ & invadere possint hostes, & trium-  
„ phalem de eis gloriam obtinere.  
„ Heri homines Vallis Saxinae di-  
„ strictus Mediolanensis quamdam  
„ Turriceilam, quae est super muro  
„ Civitatis Laudensis in medio inter  
„ Castrum & Portam Papiensem,  
„ quam Turriceilam custodiebant ha-

P P

„ ftes

„ stes, ignis & belli praefidio ha-  
 „ buerunt. Fovea inter Urbem Lau-  
 „ de & Castrum effecta est totaliter  
 „ per nostrates, & vallata est stello  
 „ & congruis betifredis. Jam dicti  
 „ Mediolanenses nobis instant, ut  
 „ residuam militiam & Populum,  
 „ quum de bello sperent, venire ad  
 „ exercitum faciamus, & super eo-  
 „ dem Cumanis, & Novariensibus  
 „ insisterent. Super eo verò, quod  
 „ scripsistis, quòd territorium Cre-  
 „ monensium supponitis incendio &  
 „ ruinae, vos ut Populum commen-  
 „ dantes, precamur, ut sic incepta  
 „ curetis ducere in effectum; ut ii-  
 „ dem hostes, qui ad vestram, &  
 „ nostram depressionem cunctis tem-  
 „ poribus aspirarunt, poenam de pa-  
 „ tratis sceleribus debitam undique  
 „ patiantur. Certe si possemus, &  
 „ id fieri posset cum voluntate Me-  
 „ diolanensium, & absque periculo  
 „ negotiorum, quae hìc incumbunt,  
 „ libenter essemus vobiscum ad re-  
 „ primendam audaciam perfidi *Ecel-  
 „ lini*, qui loca vestra nititur sup-  
 „ ponere vastitati: cui, ne Olivum  
 „ transeat in obsequium Cremonen-  
 „ sium, debetis resistere, & quae  
 „ vobis infert, aequanimiter tolerare  
 „ quoniam in brevi luctus vester in  
 „ gaudium convertetur. Nam affli-  
 „ ctis Cremonensibus erit ipse affli-  
 „ ctione qualibet sine tarditatis obi-  
 „ ce circumventus.

*Honorabili & potenti Militi Domino  
 B. de Canossa, potenti Consilio, &  
 Communi Mantuae, fratribus intime  
 peramandis, Landrisus Crivellus Po-  
 testas, Consilium & Commune Bri-  
 xiae, optata felicia cum salute.*

„ **C**Upientes, quod de captivis,  
 „ quos habetis, nobis perti-

A „ nentibus, & iis, quos in nostra  
 „ detinemus virtute, fiat commuta-  
 „ tio & concambium speciale, cer-  
 „ tis ad haec die, loco, & horà  
 „ praefixis, providentiam, & fra-  
 „ ternam dilectionem vestram ex in-  
 „ timo cordis attente requirimus,  
 „ preces precibus cumulando, qua-  
 „ tenus nobiscum in hanc senten-  
 „ tiam persistentes, diem, locum, &  
 „ horam statuatis, quibus proceda-  
 „ tur in negotio, & circa negotium  
 „ memoratum. Et videretur nobis  
 „ conveniens, quod inter locum Mon-  
 „ teclari, & Montemedulanum con-  
 „ cambium illud fiat. Et si ad prae-  
 „ dictum concambium celeriter fa-  
 „ ciendum non condescenderet vo-  
 „ tum vestrum, quum dudum sit i-  
 „ stud negotium ventilatum, & sub-  
 „ diti nostri, quibus dicti carcerati  
 „ pro sui deliberatione assignati fue-  
 „ rant, in carcere afflicti nobis in-  
 „ stent, quod aut concambium prae-  
 „ dictum fieri faciamus, aut capti-  
 „ vos, quos habemus de vestris, lo-  
 „ co nostrorum eisdem assignatorum,  
 „ quos in vestra fortia detinetis,  
 „ eis debeant assignari: sciatis, quo  
 „ ad dandum & deliberandum capti-  
 „ vos, quos habemus, pertinentes  
 „ nobis, eisdem subditis nostris ca-  
 „ ptivis sine ullo difficultatis obsta-  
 „ culo procedemus. Quid autem cir-  
 „ ca praemissum negotium decreve-  
 „ rit vestra providentia faciendum,  
 „ rescribite per Literas vestras fe-  
 „ rendas a praesentium portitore.  
 „ De captivis autem, qui erant in  
 „ virtute Communis Brixiae, & vo-  
 „ bis obvenerunt in parte, Ugoli-  
 „ nus de Cremona, & Cacinus Fe-  
 „ tri Manfredi mortui sunt, & Zi-  
 „ roldus de Montecliveto de Verona  
 „ per fugam evasit de carcere. De  
 „ illis verò captivis, de quibus erat  
 „ „ inter

„ inter nos contentio, juri termina-  
 „ tioni relinquatur.

*Venerabili Patri & praecipuo Domino suo O. (d) Sanctae Mariae in Violata Diacono Cardinali, & excellenti Comiti Veronensi; ac strenuo & potenti Militi Domino B. de Canossa Potestati, Consilio, totique Communitati Mantuae, fratribus, & amicis, intima sinceritate colendis, Assessores, & modò Vicarii Potestatis Brixiae, ob ejus absentiam, & universus Populus Brixienfis, salutem, & festine amicis & fratribus succurrere tempore opportuno.*

„ **C**onditionem fratrum nostrorum  
 „ Mediolani existentium, & no-  
 „ vum suo exorcio apud Laudum,  
 „ in quorum praesidium & juvamen  
 „ externa (e) die summo mane e-  
 „ quitavit Potestas Brixiae in tota-  
 „ litate Militiae Brixienfis, & Po-  
 „ pulus noster ad idem se praeparat  
 „ incessanter, & notam & manife-  
 „ stam pluries dominationi vestrae  
 „ recolimus nos fecisse. Et quia eo-  
 „ rum conditio ita aestimatur ardua  
 „ atque gravis, quod exponi non  
 „ posset literis vel sermone, & cre-  
 „ ditur, immo aliter esse nequit,  
 „ quod ibi sententia promulgabitur  
 „ contra hostes, a qua non poterunt  
 „ appellare; probitatem, & domina-  
 „ tionem vestram, in quibus spes &  
 „ tota fiducia nostra sistit, ex imo  
 „ cordis duximus multiplicatis pre-  
 „ cibus deprecandam, quatenus per  
 „ Deum, & veram Crucem inconti-  
 „ nenti Brixiam cum militia vestra  
 „ tota, & omnibus Balistariis vestris  
 „ cursu celeri accedentes ad tantam  
 „ recipiendam gloriam & honorem,  
 „ atque victoriam properetis. Id au-

(d) Octaviano  
 (e) pro hesternæ

A „ rem negotium taliter exsequi pro-  
 „ curetis, quod digne apud Deum  
 „ & homines possitis de bono &  
 „ laudabili opere commendari. Ite-  
 „ rato autem vos quaesimus & ro-  
 „ gamus, ut si unquam nobis auxi-  
 „ liari intenditis, atque vultis, quod  
 „ huic petitioni nostrae justissimae  
 „ optatum assensum & celerem im-  
 „ pendatis.

*Honorandis viris Potestati, Consilio, & Communi Mantuae, fratribus, intima sinceritate colendis, Laudristus Crivellus Potestas, Consilium, & Commune Brixiae, salutem cur- sis felicitatibus affluentem.*

„ **R**ecipimus hac nocte nuntios  
 „ referentes, quod Cremonen-  
 „ ses tam militia, quàm Populus u-  
 „ niversus adjunctentes in locum Ra-  
 „ gazolae Cremonensis properant, si-  
 „ cut possunt: & quia non videtur  
 „ amodo in campis utilis mora no-  
 „ stra, mandamus, ut si placet,  
 „ Mantuam redeatis parati, si ne-  
 „ cesse fuerit, nobis valitura praesi-  
 „ dia impertiri, & nos scripta mi-  
 „ litia nostra idem facere disponi-  
 „ mus, & optamus, prompti & pa-  
 „ rati exhibere vobis auxilium &  
 „ succursum, quandocumque fueri-  
 „ mus requisiti.

*Viro Magnifico & potenti Domino R. illustri Comiti Veronae, & Domino B. de Canossa, laudabili Potestati, Consilio, & Communi Mantuae, amicis fraterno affectu dilectis, Laudristus Crivellus Potestas, Consilium, & Commune Brixiae, salutem cum desiderio serviendi.*

„ **C**um insolubili amicitiae foc-  
 „ dere simul ad invicem alli-  
 „ P p 2 „ gati

gati pigritare ad vestra obsequia  
 nullo modo volumus, nec debe-  
 mus, immo studium totius celeri-  
 tatis, & efficaciae debitae volu-  
 mus adhibere, quod per experien-  
 tiam rei patet, quod ut succurra-  
 mus vobis, heri a Laude, quo  
 discessimus, non inspectis labore  
 & periculo, Brixiam venimus fe-  
 stinantes, & quod illico fecimus,  
 ecce vobis praesentibus declara-  
 mus. Milites omnes forenses ad  
 Civitatem compellimus citissime  
 se transferre, & advocamus Popu-  
 lum universum, & plaustra qui-  
 buslibet necessariis facimus onera-  
 ri, ut vobis potens auxilium prae-  
 beamus. Igitur, fratres carissimi,  
 vigorem & animum assumite con-  
 suetum, & de vestra quilibet cum  
 generali exercitu egredimini Civi-  
 tate, diem egressus nobis per ve-  
 stras Literas narraturi, quia una  
 die vobiscum movere volumus, &  
 contra pestilentem Tyrannum sic  
 sumere poterit arma & scutum,  
 quod nisi aufugerit de ipso cam-  
 pestri bello, triumphalem gloriam  
 habeamus. Parate, parate vos,  
 quia parati sumus nos, & si non  
 adhuc essemus, voluntas succurren-  
 di vobis nos reddit maxime prae-  
 paratos.

*Venerabili Patri & Domino suo specia-  
 li Domino O. Sanctae Mariae in  
 Vialata Diacono Cardinali, & in-  
 clyto Comiti Veronensi, atque Potestati,  
 & Consilio Mantuae, fratribus dili-  
 gendis, Assessores, & modo Vicarii  
 Potestatis Brixiae ob absentiam ejus,  
 & totus Populus Brixienfis, salutem,  
 & velox studium ad petita.*

Quis sit status, quam arduus  
 fratrum nostrorum Mediola-

,, nensium, existentium cum toto suo  
 ,, exorcio apud Laudam, quo itu-  
 ,, rus hesternae die movit Potestas Bri-  
 ,, xiae cum militia nostra tota, ul-  
 ,, terius non duximus exponendum,  
 ,, quia satis animadvertere providen-  
 ,, tia vestra potest. Sed ad proposi-  
 ,, tum descendentes, vos instantissi-  
 ,, me deprecamur, quatinus si um-  
 ,, quam a nobis aliquid acceptabile  
 ,, intenditis postulare, vel vestrum  
 ,, juvamen ullo tempore, qualiscum-  
 ,, que possit imminere necessitas, da-  
 ,, re nobis, militiam vestram totam,  
 ,, & Balistarios, quoscumque habe-  
 ,, tis, velit & debeatis incontinen-  
 ,, ti Laudam in succursum fratrum  
 ,, nostrorum Mediolanensium, immo  
 ,, vestrorum, cursu celeri destinare  
 ,, ad populationem territorii Cremo-  
 ,, nensis cum alia gente vestra, ni-  
 ,, hilominus cum navigio vestro,  
 ,, quam velocius poteritis, accessuri.  
 ,, Ad haec instantem dominationi ve-  
 ,, strae requirimus, ut cum latore  
 ,, praesentium viro provide & discre-  
 ,, to, dilecto Cive nostro, quem Fer-  
 ,, rariam & Bononiam destinamus,  
 ,, ut inducat Ferrarienses, quod ad  
 ,, degualtationem territorii Cremonen-  
 ,, sis accedant, vobiscum pariter fa-  
 ,, ciendam, & Bononienses, ut Gua-  
 ,, stallam, vel circa partes illas ve-  
 ,, niant incontinenti cum exercitu  
 ,, generali, aliquem discretum Vi-  
 ,, rum, qui ex parte vestra idem  
 ,, petat, vel precetur mittere prae-  
 ,, sentialiter debeatis.



*Eximia nobilitate, omnique, circum-  
spectione praesigni Domino B. de Ca-  
nossa, laudabili Potestate, & Consi-  
liariis secretorum Mantuae, Laudri-  
sius Crivellus Potestas, & Consilarii  
secretorum Brixiae, salutem, & in  
agendis celeritatis studium adhibere.*

„ **G**audere debetis, plurimum &  
„ laetari, quia Venerabilis  
„ Christianorum Pater & Dominus  
„ Innocentius summus Pontifex, qui  
„ nos ulnis suae protectionis assum-  
„ fit, Mediolanum, ubi cum inne-  
„ narrabili honore & gaudio est re-  
„ ceptus, die Veneris proxime prae-  
„ terito summo mane direxit feliciter  
„ gressus suos. Quia verò idem  
„ Dominus nos & causam nostram  
„ alit, fovet, atque defendit; &  
„ non est in agendis, quae commo-  
„ da, & exaltationem nostram &  
„ amicorum, & hostium oppressio-  
„ nem contingant, ullatenus dissi-  
„ dendum, sed est omnis celeritas &  
„ sollicitudo quaelibet adhibenda; i-  
„ gitur affectuose vos deposcimus &  
„ rogamus, quatenus omnino quali-  
„ bet mora & tarditate sublata super  
„ his, de quibus heri Ambaxatores  
„ nostri apud Galsanum vobiscum  
„ colloquium habuerunt, respondere  
„ nobis per latorem praesentium,  
„ quem arctavimus ex speciali jura-  
„ mento, ut cras redeat, procuretis.  
„ Et non solum respondere velitis,  
„ sed venire personaliter, vel Am-  
„ baxatores providos destinare, ita  
„ quod sicut sumus unum, acceda-  
„ mus insimul, & sermone non va-  
„ rio, sed unico perfruamur. Nos  
„ enim sociati quatuor de sapientio-  
„ ribus Terrae nostrae differre mini-  
„ me volumus, quia ad ejusdem  
„ summi Pontificis praesentiam, cum  
„ hoc sit de voluntate Consilii no-

„ stri, meatu celeri personaliter ac-  
„ cedamus. Precamur autem iterum,  
„ ut moram omnem tollere debeatis,  
„ quia parturiret nostris negotiis ir-  
„ revocabile detrimentum.

*Nobili & potenti Militi Domino B. de  
Canossa, laudabili Potestate, Consilio,  
& Communi Mantuae, Laudri-  
sius Crivellus Potestas Brixiae, salutem  
votivis successibus copiosam.*

„ **O**lim regente Civitate Man-  
„ tuae Domino Henrico de  
„ Rivola, Lanfranchino de Sancto  
„ Firmo, & Betucio ejusdem loci  
„ districtus nostri, dilectis subditis  
„ nostris idem Dominus Arigus Pote-  
„ stas pro Communi Mantuae quem-  
„ dam carceratum Benedictinum de  
„ Vitali de Isola, quem ceperat in  
„ sconficta Veronensium, abstulit vio-  
„ lenter, ac eundem tradidit custo-  
„ diendum in virtute Communis  
„ Mantuae pro eisdem, ut ipsum  
„ Benedictinum rehabere possent, aut  
„ viginti quinque Libras Mantuano-  
„ rum, sicut fuerat pro ipso Com-  
„ muni Mantuae ordinatum: de qui-  
„ bus omnibus nobis constat per pu-  
„ blicum Instrumentum. Et quia di-  
„ cti subditi nostri eundem carce-  
„ ratum, qui adhuc, sicut afferunt,  
„ in carcere Communis Mantuae de-  
„ tinetur, habere postmodum nequi-  
„ verunt, nec quantitatem pecuniae  
„ memoratae, quod deviat ab ordi-  
„ ne rationis, fraternam dilectionem  
„ vestram cum quanta possumus men-  
„ tis affectione requirimus, & ro-  
„ gamus, quatenus eisdem subditis  
„ nostris praedictum carceratum suam  
„ exhibere velitis, vel promissam  
„ quantitatem pecuniae memoratae,  
„ alioquin, quia eis juvare non pos-  
„ sumus, deficere non debemus, in-  
„ demai-

„ demnitati suae mediante justitia  
 „ curabimus providere.

*Honorando Militi Domino B. de Canossa, commendabili Mantuae Potestati, Laudrisius Crivellus Potestas Brixiae, salutem, & continua prosperitatis augmenta.*

„ **N**obilis vir Comes Johannes  
 „ de Rothuldisco, in nostra  
 „ praesentia pluries constitutus in-  
 „ stanter petiit, ut Bernardinum de  
 „ Bonessio, quem carcere detinemus,  
 „ olim, ut idem Comes asserit, a  
 „ quibusdam hominibus suis captum,  
 „ traderemus & consignaremus ei-  
 „ dem. Nos autem usque nunc pe-  
 „ titioni suae recusavimus assentire,  
 „ volentes primitus istud facere vo-  
 „ bis notum, ut, si quid habetis in  
 „ ipso aut contra ipsum, proponere  
 „ videatis. Hinc est, quod provi-  
 „ dentiam vestram requirimus denun-  
 „ tiantes praesentibus, quia quicquid  
 „ in ipso carcerato, aut contra ip-  
 „ sum petendum duxeritis, propone-  
 „ re procuretis, alioquin sicut vide-  
 „ bitur conveniens, secundum juris  
 „ ordinem in illo negotio proce-  
 „ demus.

*Nobili viro, sapientia & omni circum-  
 spectione decoro Domino B. de Canossa,  
 Mantuae laudabili Potestati, Lau-  
 drisius Crivellus Potestas Brixiae,  
 salutem votivororum successuum copiosam.*

„ **S**uper tractatu & ordinatione  
 „ eorum, quae per utrumque  
 „ Commune, ut loquamur invicem  
 „ non linguis variis sed eisdem, cum  
 „ vos & nos idem simus, erga con-  
 „ spectum summi Pontificis, qui  
 „ Mediolani de die in diem summo  
 „ desiderio expectatur ut hostes op-

„ primat, sunt dicenda, aliis vobis  
 „ scripsisse recolimus, quod voleba-  
 „ mus, vobiscum celebrare collo-  
 „ quium speciale, nec vos fortasse  
 „ oblivioni vel aliis curis dediti re-  
 „ sponsum inde facere curavistis.  
 „ Quia verò quae tot & tanta pos-  
 „ sunt vobis & nobis parturire com-  
 „ moda & incommoda etiam, quod  
 „ absit, non deberent negligi imper-  
 „ fecta, iterato sollicitandos vos du-  
 „ ximus & rogandos, quatenus si-  
 „ gnificantes nobis diem & locum,  
 „ ad quem & quando voluerimus,  
 „ non spectando a nobis proinde re-  
 „ sponsum ulterius, convenire ad  
 „ petitum per nos colloquium socia-  
 „ ti decenti Sapientum comitiva gres-  
 „ sus vestros, quanto possit esse, ce-  
 „ lerius dirigere procuretis, ut super  
 „ praemissis & aliis utilibus hinc  
 „ inde contingentibus, quae dilatio-  
 „ nem ullam non recipiant, quod  
 „ melius fuerit, post examen diligens  
 „ & deliberationem solemnem Deo  
 „ duce eligere valeamus. Nos enim  
 „ quandocumque scripseritis, absque  
 „ ullius tarditatis obice veniemus.

*Nobili & potenti Militi, Domino B.  
 de Canossa, Potestati, Consilio, &  
 Communi Mantuae, fratribus carissi-  
 mis intime peramandis, Assessores,  
 & modo Vicarii Domini Laudrisii  
 Crivelli Potestatis Brixiae, ob ejus  
 absentiam, & Consilarii Civitatis  
 ejusdem, salutem, & zeli studio in-  
 tendere succursui amicorum.*

„ **C**um hodie summo mane pul-  
 „ santis signis ad equitandum  
 „ pro Communi nostro tam Militiae  
 „ quam Populi universi Potestas Bri-  
 „ xiae equitaverit in nomine Salva-  
 „ toris, ad partes Monzabani diri-  
 „ gens feliciter gressus suos, sumtu-

„ rus ex ipso loco Monzabani, &  
 „ tenentibus illum, de illatis nobis  
 „ injuriis per eos debitam ultionem:  
 „ ad quem locum post eundem Po-  
 „ testatem progreditur totalitas gen-  
 „ tis nostrae; fraternam providen-  
 „ tiam vestram attente requirimus &  
 „ rogamus, quatenus omni occasione  
 „ & excusatione cessante, sicut libe-  
 „ re nostris Ambaxatoribus super luc-  
 „ cursu ad hoc praestando nobis spo-  
 „ pondit sinceritas vestra, ita festi-  
 „ nis accessibus ad eundem locum  
 „ accedere procuretis, ut quàm ce-  
 „ leriter opprimatur nequitia prodi-  
 „ torum, & corruant exigentibus suis  
 „ meritis, sicut debent.

*Immensitate nobilitatis & providentiae  
 decorato Domino B. de Canossa Pote-  
 stati Mantuae, Laudrisius Crivellus  
 Brixiae Potestas, salutem prosperita-  
 tis cujuslibet opulentiam.*

„ **P**RO Nobili viro Alexandrino  
 „ subdito nostro Comite, quem  
 „ ad devotionem & obsequia nostra  
 „ summi Pontificis mandato recepimus,  
 „ aliàs vobis scripsisse memini-  
 „ mus; & nunc iterato scribimus,  
 „ affectuosius deprecantes, quatenus  
 „ in quaelibet jura sua & honores  
 „ restituentes, eundem ipsum bonis  
 „ propriis, quae in vestro territorio  
 „ obtinet, seu genitor ejus hactenus  
 „ obtinebat, uti pacifice, &  
 „ erogari sibi proventus ejus libere  
 „ permittatis. Sic quod idem ad  
 „ preces nostras affectum se gau-  
 „ deat, quod intendit, nosque vobis  
 „ arctius cum subditis nostris in ju-  
 „ re deficere non possumus, proinde  
 „ ulterius scribere cogamur; quid  
 „ autem duxeritis faciendum, nobis  
 „ per latorem praesentium rescribatis.

**A** Nobilitate & bonis moribus informato,  
 Domino B. de Canossa, laudabili Po-  
 testati, & Communi Mantuae, Lau-  
 drisius Crivellus Potestas, & Com-  
 mune Brixiae, salutem omni prospe-  
 ritate foecundam.

**B** **C**UM Homines de Monzabano  
 „ damna nobis intulerint gra-  
 „ viora, quàm perfidi Cremonenses,  
 „ ad eorum destructionem intendi-  
 „ mus toto nisu. Ad quod vos,  
 „ quos etiam ipsi offensis gravibus  
 „ tetigerunt, duximus invitandos.  
 „ Quocirca amicabili fraternitati ve-  
 „ strae preces porrigimus subjectivas,  
 „ quatenus trabuchos vestros & ma-  
 „ chinas conducentes, ac etiam ha-  
 „ bentes vobiscum omnes balistarios  
 „ & balistas ad locum de la Volta,  
 „ cum totalitate gentis vestrae, ca-  
 „ strametatum sine ullius morae di-  
 „ spendio veniatis, ut quo amplius  
 „ invicem fuerimus viciniore, tan-  
 „ to magis, quae incumbunt, ne-  
 „ gotia velocius & melius exsequi  
 „ valeamus. Populus enim noster  
 „ jam quasi totus advenit, & omnes  
 „ residui veniunt festinanter.

**C** Magnifico & potenti viro, Domino R.  
 excellenti Veronensi Comiti, & hono-  
 rabili ac strenuo Militi, Domino B.  
 de Canossa Potestati, Consilio, toti-  
 que Communitati Mantuae, fratribus  
 ferventissime diligendis, Assessores, &  
 modò Vicarii Domini Laudrisii Cri-  
 velli Potestatis Brixiae, & illi de  
 Consilio, qui Brixiae remanserunt,  
 salutem, & de inimicis victoriam  
 obtinere.

**D** **P**OTestas noster condiciones &  
 „ Pactus amicorum & inimico-  
 „ rum Laude persistentium, nobis  
 „ per Literas annotavit, quarum te-

29 norem dominationi vestrae mitti-  
 31 mus praesentibus Literis interclu-  
 33 sum: ut cognita ejusdem negotii  
 35 integra veritate vobis, sicut meri-  
 37 to debetur, ex hoc accrescat gran-  
 39 de gaudium atque vigor. Sane cum  
 41 ad mandatum Potestatis nostrae,  
 43 & pro utilitate vestra & defensio-  
 45 ne nostri, & omnium subditorum  
 47 nostrorum gentem nostram para-  
 49 tam singulis necessariis habeamus,  
 51 aliam, quae nondum venire ad  
 53 nos potuit, facientes Brixiam fe-  
 55 stinare, ut hinc inde, sicut quaerit  
 57 conditio, viriliter succurrere  
 59 valeamus, fraternam providentiam  
 61 vestram duximus deprecandam, qua-  
 63 tinus ab inimicorum insidiis vobis  
 65 sobrie praecaventis, & habentes  
 67 spiritum vigoris & fortitudinis  
 69 contra eos, & non timentes de  
 71 illatione damnorum, quia subito  
 73 ea in centuplum vindicatis dante  
 75 Deo, nobis conditionem vestram  
 77 & inimicorum aelus per singula  
 79 vestris Literis ferendis a latore  
 81 praesentium remittatis.

*Militi omni prudentia commendanda,  
 Domino B. de Canossa, Potestati  
 Mantuae, Laudrisius Crivellus Pote-  
 stas Communis Brixiae, salutem vo-  
 stris successibus copiosam.*

65 **S**I pro Deguelvario Notario de  
 67 Patengolis, dilecto subdito no-  
 69 stro, providentiae vestrae multipli-  
 71 catus Literas destinavimus, non  
 73 est mirum, quia ultra gravedinem  
 75 illatam in personam, ejus equus,  
 77 super quem erat, per quosdam praedones  
 79 in districtu vestro fuit eidem  
 81 indebite depraedatus; quem equum  
 83 in Civitate vestra paenes quem-  
 85 dam Concivem vestrum, nomine  
 87 Albertum de Recuperato, idem

A 31 subditus noster postmodum adin-  
 33 venit. De quo equo cognitione  
 35 summaria super hoc habita, pete-  
 37 bat sibi fieri rationem absque por-  
 39 rectione libelli, & aliis induciis  
 41 ad hoc datis. Et super hoc nego-  
 43 tio dilectioni vestrae direximus  
 45 saepius scripta nostra. Iterato qui-  
 47 dem quia nobis praebuistis mate-  
 49 riam proponendi, sinceritatem ve-  
 51 stram attente requirimus & roga-  
 53 mus, quatinus eidem subdito no-  
 55 stro, sicut praescriptum est, occa-  
 57 sione dicti equi, quem apud di-  
 59 ctum Albertum invenit, sine por-  
 61 rectione libelli, vel aliis dilatio-  
 63 nibus ad hoc habitis, reddatis in-  
 65 tegram rationem, sicut pro Com-  
 67 muni Brixiae jam fuit in simili-  
 69 bus vestris Civibus observatum.  
 71 Alioquin, sicut ex vi Statuti no-  
 73 stri tenemur, eidem subdito nostro  
 75 super bonis vestrorum Civium cu-  
 77 rabimus usque ad satisfactionem  
 79 integram providere.

D *Militi eximio, nobilitate & circumspe-  
 ctione praesigni, Domino B. de Ca-  
 noffa, Mantuae laudabili Potestati,  
 Laudrisius Crivellus Potestas, salu-  
 tem omni prosperitate foecundam.*

E 31 **S**I in Mercatorum vestrorum, qui,  
 33 de quo dolemus non modicum,  
 35 per hostes in nostro territorio sunt  
 37 praedati, favorem & suffragium  
 39 scribitis, nobis placet; sed de ul-  
 41 tima clausula, quod nisi indemni-  
 43 tati consulatur, eorum regressum  
 45 sibi ad suam satisfactionem dabitur  
 47 in nostrates, asperum nobis est,  
 49 & nunc mirari cogimur & move-  
 51 ri: quia non est aliquis sanae men-  
 53 tis, qui ad restitutionem nos, seu  
 55 subditos nostros teneri afferet, vel  
 57 alleget. Nam trecenti numero vel

39 circa

„ circa equites, quos Ambaxatores  
 „ Cremonensium ab eorum Civitate  
 „ Veronam eundo novimus comitari,  
 „ in Mercatores vestros, & non  
 „ solum in vestros, sed in nostros,  
 „ prout est notorium, insultarunt,  
 „ & vobis & nobis injuriam irrogarunt.  
 „ Sed non fuit nostri vel nostrorum  
 „ desiderio sive culpâ, cum  
 „ non sit gens in ipsis partibus, quae  
 „ eis obistere potuisset; immo sicut  
 „ Lege cavetur, vis major, cui resisti,  
 „ non potest, ut plene dignoscitis,  
 „ intervenit. Quaesumus igitur,  
 „ ut a praedictis omnino desistere  
 „ debeat cum non teneamur nec possumus  
 „ Mercatores vestros seu alios  
 „ per nostrum territorium transeuntes  
 „ ab hostibus defendere, quia privilegio  
 „ gauderemini, quo caremus.  
 „ Ex hoc enim oriretur scintilla,  
 „ quae procul dubio adureret totam  
 „ domum.

*Strenuo & potenti Militi, Domino B. de Canossa, laudabili Potestati Mantuae, Laudrisus Crivellus Potestas Brixiae, salstem omni jucunditate repletam.*

„ **P**rovidentiam vestram volumus  
 „ non latere, quod hesternâ die  
 „ Aquamnigram venimus cum militia  
 „ Brixienâ, & qui venire nequiverunt,  
 „ ad vos hodie properant, & festinant.  
 „ Populus autem noster faciens ad bellum  
 „ omnem necessarium apparatus, tam  
 „ onerando plaustra, quam faciendo  
 „ singulos alios apparatus, quandocumque  
 „ vocatus fuerit, ad vos veniet festinanter.  
 „ Cupientes itaque super incumbentibus  
 „ nobis vobiscum colloquium celebrare,  
 „ mandamus summo mane ad locum  
 „ Mossii veniatis, ubi eadem horâ esse  
 „ disposui-

*Tom. X.*

„ mus, dante Deo, ad ea tractanda  
 „ & ordinanda, quae honori & utilitati  
 „ ..... inimicorum ruinae & detrimento  
 „ debeant redundare.

*Honorando Militi, Domino B. de Canossa Potestati, Consilio, & Communi Mantuae, fratribus intima sinceritate colendis, Laudrisus Crivellus Potestas, Consilium & Commune Brixiae, gaudiorum affluentiam & salutem.*

„ **E**X generali Consilio Brixiae  
 „ per hoc factâ die Lunae XV. intrante  
 „ Majo existit ordinatum, ut fraternae  
 „ amicitiae vestrae ad ea, quae nobis  
 „ Manadorus Nuntius vester vice vestri  
 „ respondit, occasione succursus militiae  
 „ placent, debeamus rescribere in hunc  
 „ modum, videlicet, ut cum nequam  
 „ Cremonenses ad propria sint reversi,  
 „ & nesciatur si velint contra aliquos  
 „ dirigere hostiliter suos, quod prompti  
 „ & parati, sicut convenit, existatis,  
 „ ut si contingeret, eos in partem  
 „ aliquam praedictis occasionibus proficisci,  
 „ quod ad depopulationem sui territorii  
 „ & ruinam ipsorum nobiscum festine &  
 „ viriliter intendatis. Nos enim in  
 „ idem propositum existentes, ad singula  
 „ ad haec necessaria, nos paramus.  
 „ Mediolanenses itaque, qui videntur  
 „ ex illatione injuriarum fratrum  
 „ nostrorum Militum Placentinorum  
 „ praemium condolare, disposuerunt,  
 „ si opus erit, contra Cremonam  
 „ dirigere iter suum tam cum exercitu  
 „ generali, quam cum decenti quantitate  
 „ militiae, quandocumque inde fuerint  
 „ requisiti, sicut nobis direxerunt per  
 „ publica Instrumenta.

*Q 9*

*67 Honor*

*Honorabili & potenti Militi, omni providentia multipliciter commendando, Domino B. de Canossa Potestati, Consilio, & Communi Mantuae, Laudrisus Crivellus Potestas Brixiae, salutem cum plenitudine gaudiorum.*

PRO Nobili viro Comite Alexandrino de Comitibus Marchariae Concive nostro, quem dudum in carcere nostro tenuimus captivatum, sicut ipsius merita requirebant, licet ipsum laxandum duxerimus ad petitionem summi Pontificis, & venerabilis Patris . . . . Episcopi Albanensis, & Domini G. (f) Leg. remissionem sibi de illata nobis injuria, praedictorum gratia, faciendo, fraternam dilectionem vestram attente requirimus & rogamus, preces precibus cumulando, quatinus nostris precibus & amore eundem permittentes bona sua, quae habet in Mantua & districtu Mantuae, pacifice possidere, eidem de ipsis bonis, tamquam nostro fidei subdito reddatis plenariam & integram rationem, ut exinde in gratiarum actiones vobis affurgere merito teneatur.

*Militi Nobili & potenti, Domino B. de Canossa Potestati, Consilio & Communi Mantuae, fratribus admodum diligendis, Laudrisus Crivellus Potestas Brixiae, gaudiorum affluentiam & salutem.*

ITA saepe providentiae vestrae exposuimus per Literas nostras negotium \* Degeluardi Notarii de Patengolis, nostri subditi & fidelis, quod non credimus opportunum, seriatim id negotium repli-

(f) Gregoris Legati,

A „ care: sed ad petitionem devenire,  
 „ quam facere intendimus per prae-  
 „ sentes. Ideoque fraternae sincerita-  
 „ ti vestrae hoc ultimo loco preces  
 „ porrigimus copiosas, quatenus ae-  
 „ quitatis & dilectionis lemitam am-  
 „ plectentes eidem Degeluardo, vel  
 „ suo Nuntio praesentes Literas exhi-  
 „ benti, de equo sibi ablato in di-  
 „ strictu vestro, quem habet Alber-  
 „ tus de Recuperato subditus vester,  
 „ cognito summarie absque porrectio-  
 „ ne libelli, vel aliis indiciis adhi-  
 „ bitis negotio memorato, quod ille  
 „ equus suus est & erat, reddatis  
 „ integram plenitudinem rationis, a-  
 „ lioquin eidem subdito nostro de  
 „ bonis Civium vestrorum usque ad  
 „ condignam satisfactionem curabi-  
 „ mus providere, vobis super his  
 „ ulterius non citatis.

*Strenua & potenti Militi, Domino B. de Canossa Potestati, Consilio & Communi Mantuae, fratribus intima sinceritate colendis, Laudrisus Crivellus Potestas, Consilium & Commune Brixiae, salutem cunctis felicibus affluentem.*

E „ CUpientes, quod in concam-  
 „ bium captivorum, quos habe-  
 „ mus, vobis pertinentium, & quos  
 „ detinetis, spectantium nobis, sicut  
 „ scripsistis, morâ & occasione qui-  
 „ buslibet abremotis denuo proceda-  
 „ tur, mandamus, ut remoto justo  
 „ Dei impedimento captivos, quos  
 „ habemus, pertinentes vobis, ad la-  
 „ cum Guthizoli, vel Sulfrini con-  
 „ duci \*\* die Veneris proximo con-  
 „ duci faciemus, parati procedere in  
 „ concambium faciendum. Providen-  
 „ tiam itaque vestram attente requi-  
 „ rimus & rogamus, preces precibus  
 „ cumu-

(\*) Idem appellatur sup. *Degeluardus*.

„ cumulando, ut captivos, qui sunt  
 „ paenes vos, pertinentes nobis ad  
 „ locum Caprinae ad eundem ter-  
 „ minum conducatis, ne vestri oc-  
 „ casione praefertur impedimentum  
 „ negotio memorato. In negotio au-  
 „ tem captivorum, de quibus est  
 „ contentio inter nos, optamus su-  
 „ bito procedere juxta vestrae arbi-  
 „ trium voluntatis.

*Summae nobilitatis & providentiae vi-  
 ro, Domino B. de Canossa, Mantuae  
 laudabili Potestati, Laudrisius Cri-  
 vellus Brixienfis Potestas, salutem  
 felicibus opulentam.*

„ **S**icut oblatae nobis ex parte ve-  
 „ stra Literae continebant, Gi-  
 „ rardinum de Brancamucio banni-  
 „ tum vestrum (& si vestrum, ergo  
 „ nostrum) qui captus pro nostratis  
 „ Mosi tenebatur, jessimus Brixiam  
 „ ad vos conduci sub fida custodia  
 „ & ducatu, quo per vos habito,  
 „ in hoc, sicut congruerit, volunta-  
 „ te Sapientum, qui nobis consulunt,  
 „ satisfacere curabimus voto nostro.

*Eximia nobilitate pollenti, Domino B.  
 de Canossa, Mantuae Potestati, Lau-  
 drisius Crivellus, Brixiae Potestas,  
 salutem omni prosperitate foecundam.*

„ **O**blatis super facto Venturini  
 „ de Lena banniti nostri, quem  
 „ vestrum asseritis esse Civem, no-  
 „ bis ex parte vestra Literis sic bre-  
 „ viter respondemus: quod inspecto  
 „ & servato rigore juris, quidquid  
 „ in hoc poterimus, faciemus ad  
 „ preces vestras, existendo proni in  
 „ absolvendo eum potius quam gra-  
 „ vando. Ita quod si comparuerit a-  
 „ liquis coram nobis ad ipsius mu-  
 „ niculum & juvamen, non obtura-

A „ bimus sibi in aliquibus aures no-  
 „ stras, sed ei erimus in omni eo,  
 „ quod poterimus, mediante justitia,  
 „ vestri amore & gratia favorosi.

*Provido & potenti Militi, Domino B.  
 de Canossa Potestati, Consilio & Com-  
 muni Mantuae, fratribus intima fr-  
 ceritate dilectis, Laudrisius Crivellus  
 Potestas, Consilium, & Commune Bri-  
 xiae, salutem, & justis amicorum  
 petitionibus non deesse.*

B

„ **P**ro Degeguardo Notario de  
 „ Patengolis, dilecto subdito no-  
 „ stro, ultra id, quod personaliter  
 „ in Civitate Brixiae ipsius nega-  
 „ tium vobis Potestati duximus ex-  
 „ ponendum, saepe imro saepius di-  
 „ reximus scripta nostra: vos omni  
 „ affectione rogantes, ut eidem quem-  
 „ dam suum equum, quem eidem  
 „ Mantuam veniendo quidam de Mon-  
 „ zabano in Strata publica districtus  
 „ vestri, violenter & indebite absta-  
 „ lerunt, ipsum in capite (quod fuit  
 „ darius) graviter vulnerando; de  
 „ quibus praedonibus, quorum unus  
 „ in virtute Communis Mantuae de-  
 „ tentus existit, & alius ibidem de-  
 „ parendo juri praestitit cautionem,  
 „ nullam potuit consequi rationem:  
 „ & quem equum quidam praesentia-  
 „ liter possidet Mantuanus, eidem  
 „ restitui facere deberetis absque por-  
 „ rectione libelli, vel aliis iudiciis  
 „ ad hoc datis, dummodo, si pla-  
 „ cet, cognoscatis, ipsum equum,  
 „ quem habet Dominus Albertus de  
 „ Recuperato, fuisse subditi nostri  
 „ superius memorati, sicut jam in  
 „ simili causa fuit pro Communi  
 „ Brixiae vestris subditis observatum,  
 „ & hodie idem fieret, si casus se  
 „ offerret ad simile per nos ipsos.  
 „ Alioquin cum nos coedeat (nec

C

D

E

est mirum) tot vicibus scribere  
pro tam vili negotio atque causa,  
indemnitati subditi nostri in quan-  
titate rerum ablatarum cum ex-  
pensis de bonis vestrorum Civium  
curabimus absque tarditate aliqua  
providere, vobis ulterius non ci-  
tatis.

*Potenti Militi, omni providentia com-  
mendando, Domino B. de Canossa,  
honorabili Potestati Mantuae, Lau-  
drisus Crivellus Brixiae Potestas,  
quae sibi felicia cum salute.*

**S**uper iis, quae tractavimus a-  
pud Mosium super motu exer-  
citus utriusque, cum fuimus A-  
quaenigrae, celebravimus Consi-  
lium generale. Et placuit univer-  
so Consilio, cujus ordinationem ex  
forma nostri Statuti observare te-  
nemur, quod super ipso negotio  
usque in crastinum procedere dif-  
feramus. Quocirca providentiam  
& fraternam dilectionem vestram  
attente requirimus, quatinus non  
moleste feratis usque ad eundem  
terminum expectare, quia cras an-  
te Tertiam super motu exercitus  
vobis votum nostri desiderii rescri-  
bemus, & tunc solícite poteritis  
intendere ad agenda. Motu autem  
facto praedicto modo parati esto-  
te, sicut pro vobis erimus, si ne-  
cesse contra hostes nobis.

*Viris nobiles, amicis specialibus, Do-  
mino B. de Canossa, Potestati Man-  
tuae, & Domino R. illustri Comiti  
Veronensi, Lau. Crivellus Brixiensum  
Potestas salutem, & a dolosis tracta-  
tibus sibi solícite praecavere.*

**S**uscepit nunc a quodam fide-  
digno, cui, ut asseritur, est

A „ negotium manifestum, auris nostra  
relatum, quod Uxor quondam Con-  
radi Cavalcabovis, ad tractatum  
& seductionem Bosonis de Dova-  
ria, Castrum dictum Monzefaurum  
dare satagit arte proditoria Cre-  
monensibus, vestris & nostris per-  
fidis inimicis. Quocirca quaesu-  
mus, quatinus praedicto tractatui,  
ut convenit, citissime obviantes,  
sic in hoc velit habere cautelam,  
quod nil inde, dante Deo, & ve-  
stra solícitudine, vobis accidere  
valeat in adversum.

B

*Honorabili & potenti Militi, Domino  
B. de Canossa Potestati, & Consilio  
secretorum Mantuae, Landrisus Cri-  
vellus, & Consilium Brixiae, salu-  
tem, & ad agenda sobrie providere.*

C

„ **C**Redimus, & utile communi-  
ter nobis erit, si factâ prius  
diligenti examinatione per utrum-  
que Commune super iis, quae a-  
genda incumbunt circa ea, quae  
videntur per Dominum Papam a-  
pud Januam ordinata in negotiis  
Lombardorum, de vestris & no-  
stratibus Sapientibus invicem con-  
veniant in competenti loco: quâ  
provideant & ordinent quae in iis,  
& circa negotia ipsa fuerint pro-  
videnda; ut sicut sumus idem,  
eadem vox & sententia pro vobis  
& nobis in praedictis debeat pro-  
mulgari. Et quia, sicut intellexi-  
mus, summus Pontifex ad iter fe-  
stinat Mediolanum dirigens gressus  
suos, non est in ipso negotio dif-  
ferendum. Unde precamur, quod  
super ipso negotio per Nuntium  
vestrum nobis quamcitius debeat  
intentionis vestrae propositum ape-  
rire per Literas, quas reducat.

D

E



*Potenti Militi, omni providentiâ commendando, Domino B. de Canossa, honorabili Potestati Mantuae, Lau. Crivellus Brixiae Potestas, quae sibi felicia cum salute.*

**S**uper iis, quae tractavimus apud Mosium super motu exercitus utriusque, cum fuimus A-quaenigrae, celebravimus Consilium generale. Et in reformatione Consilii, factis partitis per Potestatem, placuit majori parti Consilii dictum & consilium Pacis Buchae in hac forma, videlicet: quod praesens Consilium firmetur, quod Pax & concordia fieri debeat inter *Commune Brixiae, & Commune Pergami*, ad honorem sanctae Romanae Ecclesiae, & Communis Brixienfis, & omnium amicorum Communis Brixiae, & fidelium Ecclesiae: & interim Treuga fieri debeat inter dicta Communia, sicut consuluit Frater de Lavello-longo Co., quod fiat responsio Ambaxatoribus Communis Pergami de Treuga facienda & firmanda inter *Commune Brixiae, & Commune Pergami* usque ad decem dies, post reditum colloquii ordinandi per Dominum Papam.

*Famae laudabilis, & potentiae multae viro, Domino R. Comiti Veronensi M. Marii Potestas & Consilium Parmense salutem, & quidquid possint.*

**I**nter ceteros nostros Dominos hujus Mundi vestram subsidium & auxilium utile nobis & necessarium multipliciter cognoscentes tamquam eidem, quem reputavimus patrem magnificum vitae nostrae, praesentem vobis duximus

**A** paginam necessario destinandam. Ad vestram namque pervenisse notitiam potuit per alias nostras literas & per famam, qualiter *Ubertus Pelavicinus*, & perfidi Cremonenses Castrum Bersilli noviter occuparunt. Cum itaque apud idem Castrum & Portiolum cum suo exercitu existentes, per eorum amicos miserint requirendo, ut ad eos potentialiter veniant absque mora, ut inter Parmam & Colurniam ponere valeant sua castra, cognoscentes, quod solum per nos & quidem occurrere non possumus, nec Civitatem & Colornium defendere: dominationi vestrae duximus instantissime supplicandum, ut sicut cara est vita nostra, & patriae defensio nostrae vobis, sic ad inducendos *Commune & Homines Mantuanos* cum vestra potentia in laesionem terrarum *Cremonensium praedictorum*, sublata morâ qualibet, dignemini interponere, ut expedit, posse vestrum, quod ab excogitato proposito in eorum exterminium revocetur. Intuitu Dei nobis celeriter succurratis, tollentes penitus omnes moras: quia si amitteretur Colurnium, quod est cor nostri corporis, & lumen oculorum nostrorum, profecto de Civitate non amplius curaremus.

**E** Nobilibus viris, Domino B. de Canossa, Potestati, Consilio & Communi M. Marii Potestas, Consilium & Commune Parmae, salutem & quidquid possunt.

**Q**uod Cremonenses Castrum de Bersillo ceperint, tam per famam publicam, quam per alias nostras Literas vos credimus audivisse. Cum autem super tanta no-

bis

„ bis laesione illata velint existere  
 „ non contenti, reputantes nos ab  
 „ amicis omnibus desitutos, convo-  
 „ catis undique amicis eorum, ut  
 „ apud Portiolum & Bressilum ve-  
 „ niant absque mora, volentes inter  
 „ Parmam & Columnium cum ipso-  
 „ rum exercitu ponere castra sua;  
 „ nec nos eisdem per nos ipsos oc-  
 „ cursare possumus, de Civitate ma-  
 „ gnifice dubitantes, vestrum cogi-  
 „ mur auxilium, de quibus plene,  
 „ plenius, & plenissime confidimus,  
 „ implorare. Quocirca dominationi  
 „ vestrae duximus devotissime sup-  
 „ plicandum, quatinus pro Deo &  
 „ honore vestro, vestraeque dilectio-  
 „ nis intuitu nobis auxiliari digne-  
 „ mini tam celeriter, quam poten-  
 „ ter, ad laesionem Episcopatus di-  
 „ ctorum Cremonensium, ferro, i-  
 „ gne, & modis quibuslibet inten-  
 „ dentes, ut ex his, quae nobis in-  
 „ ferunt, sentiant tristem vicem, &  
 „ ab eorum proposito vestra procu-  
 „ rante potentia in eorum exterminium  
 „ revocetur. Quod si, quod  
 „ absit, contingeret ipsum Ubertum  
 „ Pelavicinum, cuius sagacitas & ne-  
 „ quitia non quiescit, & Cremonen-  
 „ ses perfidos de Columnio perficere,  
 „ quod minantur, quid posset am-  
 „ plius nostra Civitas vestra provi-  
 „ dentia manifestissime intueri?

*Nobilibus & egregiis amicis carissimis,  
 Comiti Veronensi..... & Po-  
 testati, ac Consilio secretorum Man-  
 tuae, Gregorius de Montelongo, Dei  
 & Apostolica gratia Tripolitanus E-  
 lectus, Apostolicae Sedis Legatus, sa-  
 lutem, & feliciter prosperari.*

„ **D**um diligenter attendimus gra-  
 „ vitatem negotii, quod incum-  
 „ bit, dum revolvimus in armario

A „ cordis nostri, pensantes solcite  
 „ quod est circa illud salus mulci  
 „ consilii, & discretionis magnae  
 „ providentia, compellit nos dolor  
 „ nimius ex infirmitate, quae nos  
 „ adeo valde gravat, quod processus  
 „ nostros juxta votum nostri cordis  
 „ damnabiliter impedit. Sed contur-  
 „ bat nos durius ingens materia, &  
 B „ occasio turpis, dum Ambaxatores  
 „ vestri, quorum prudentia & soli-  
 „ citudo speculum & via salutis ac  
 „ rectitudinis extiterunt, nondum eo-  
 „ dem discussio negotio, quod nedum  
 „ Ambaxatorum ipsorum, verum etiam  
 „ plurium & majorum praesentiam  
 „ necessario expetit, discedere  
 „ satagunt, nostris in hac parte, cum  
 C „ retinere velimus eodem, non ac-  
 „ quiescentes mandatis & monitis,  
 „ in omnem destructionem praedicti  
 „ negotii & ruinam. Verum cum  
 „ nec responsio facienda Communi  
 „ Mediolani adhuc propter infirmi-  
 „ tatem, quae nos..... & pru-  
 „ dentia Brixienfium examinari po-  
 „ tuerit, & major pars Ambaxato-  
 D „ rum Pergami adhuc Brixiae sint,  
 „ alios, qui pro tractatu redierunt,  
 „ jugiter exspectantes: propter quod  
 „ omnino decet, & modis omnibus  
 „ expedit, ut & vos per Ambaxa-  
 „ tores vestros interfiris ibidem, ubi  
 „ & utilius esset, si rerum & tem-  
 „ poris qualitas pateretur, vos etiam  
 „ personaliter interesse, prudentiam  
 E „ vestram, quanto possumus, obni-  
 „ xius excitamus, quatenus sicut um-  
 „ quam matris Ecclesiae fideliarum  
 „ Lombardiae statum & gloriam af-  
 „ fectuoso affectu affectu, sicut etiam  
 „ vestra cupitis incommoda e-  
 „ vitare, duos Ambaxatores provi-  
 „ dos & discretos sine mora quali-  
 „ bet transmittatis, vel quod libe-  
 „ rius & salubrius credimus, dictis  
 „ Am-

„ Ambaxatoribus vestris, qui Brixiae  
 „ sunt, & in negotii conditionibus  
 „ sunt edocti, districte mandetis, ut  
 „ absque taxatione, vel praecisione  
 „ dierum, & terminum, & moram  
 „ apud nos in Brixia protrahant,  
 „ quam & quantam necessitas, &  
 „ negotii qualitas exigit, & requirit.

*Nobili & prudenti viro, Potestati &  
 Consiliariis secretorum Mantuae, G.  
 de Montelongo, Dei & Apostolica gra-  
 tia Tripolitanus Electus, Apostolicae  
 Sedis Legatus, salutem, & feliciter  
 prosperari.*

„ **S**cire vos cupimus per praesen-  
 „ tes, quod Ambaxatores Brixiae  
 „ die Jovis de Civitate Pergamum  
 „ redierunt, ubi cum ingenti laeti-  
 „ tia & honore fuere recepti. Refe-  
 „ runt autem, quod hodie Veneris  
 „ instanti Ambaxatores Pergami e-  
 „ runt Brixiae pro responsione fa-  
 „ cienda, & pacis procurando tra-  
 „ ctatu. Propter quod videtur nobis  
 „ omnino, si videtur & vobis, ut  
 „ receptis praesentibus, saltem duos  
 „ Ambaxatores pro Communi vestro  
 „ Brixiam destinetis, qui tractatibus  
 „ hujusmodi debeant interesse.

*Nobili & prudenti viro..... Pote-  
 stati, & Communi Mantuae, G. de  
 Montelongo, Dei & Apostolica gratia  
 Tripolitanus Electus, Apostolicae Se-  
 dis Legatus, salutem, & prosperita-  
 tis augmentum.*

„ **D**ebita mentis affectione rece-  
 „ ptis Literis vestris, prout  
 „ Furnovum, ubi pro imminentibus  
 „ commodis cum militia & Populo  
 „ Parmensium aderamus, statim o-  
 „ missis omnibus, quantumcumque  
 „ arduis, Literas vestras, & Amba-

A „ xatores providos pro parte nostra  
 „ & Communis Parmensis ad Nobi-  
 „ lem virum Potestatem & militiam  
 „ Placentinorum duximus cum omni  
 „ festinantia dirigendos, ad Civita-  
 „ tem Parmae sine mora postmodum  
 „ redeunt. In ipso quoque adven-  
 „ tu nostro ecce per Consilium ge-  
 „ nerale firmatum est, & ad id sin-  
 „ gulorum & univerforum Civium  
 „ vota concurrunt, ut ad celeriter  
 „ implenda omnia, quae misistis,  
 „ vitae & opes ipsorum omnimodis  
 „ exponantur, firmato jam de fa-  
 „ ciendo sine mora supra Vastallam  
 „ una vobiscum Exercitu generali.  
 „ Ecce autem Ambaxatores ad tanti  
 „ negotii prosecutionem idoneos, ad  
 „ C „ Reginos extrinsecos, nec non Mu-  
 „ tinam & Bononiam, propere de-  
 „ stinamus. Quid itaque per nos a-  
 „ gendum fuerit, & qualiter proce-  
 „ dendum nobis per vestras Literas  
 „ declaretis.

*Nobili & prudenti viro..... Po-  
 testati & Consiliariis Mantuae, Gre-  
 gorius de Montelongo, Dei & Apo-  
 stolica gratia Tripolitanus Electus,  
 Apostolicae Sedis Legatus, salutem,  
 & feliciter prosperari.*

E „ **A**ccelerationem Exercitus supra  
 „ Vastallam modis omnibus  
 „ per vos, & Parmenses fieri cupien-  
 „ tes, ecce ad illum per vos & Com-  
 „ mune Parmae fit subitus appara-  
 „ tus. Ut ergo tam vestris, quam no-  
 „ stris, & dictorum Parmensium in  
 „ hac parte desiderii satisfiat, pru-  
 „ dentiam vestram modis & precibus  
 „ omnibus, quibus possumus, exhor-  
 „ tamur, quatinus diem & horam,  
 „ quibus Pons vester figi super Ta-  
 „ liatam, & totaliter ibi compleri  
 „ debeat, ita quod ex missione ve-  
 „ stra

„ ſtra vel noſtra nequeamus intentione fraudari, nobis per Inſtrumentum publicum declaratis. Nos enim die ac hora per vos nobis expreſſis, ſtatim Literis veſtris receptis, apud Berſellum curabimus nos conferre parati continuo apud Guſtallam vobis cum manu exercitabiliter convenire. Adhuc rogare non deſiſtimus, ut cum per vos liberius quàm per nos ordinari poſſit dies noſtri adventus, ſic ad terminum quidquid ſcripſeritis exprematis, quod omnis ceſſet dilatio, & cujuſlibet deceptionis materia ſuſtollatur. Haec autem nihilominus vobis una cum Nobili viro Potestate ac Secretariis Parmæ per inſtrumentum publicum declaramus. Ceterum Viros nobiles & prudentes Girardum de Coriglio, & Albertum Galioti pro acceleratione negotiorum ad venerabilem Patrem Dominum Rizardum Cardinalem, & Commune Bononiae, nec non Mutinae, & ad Reginos extrinſecos, Ambaxatores duximus dirigendos, ſubſequenter pro celebratione majori quodam idoneo Notario deſtinato.

*Nobilibus & egregiis viris, amicis cariffimis..... Comiti Perovenſi, & B. de Cavoffa Potestati, & Conſiliariis ſecretorum Mantuae, Gregorius de Montelongo, Dei & Apoſtolicae gratia Tripolitanus Electus, Apoſtolicae Sedis Legatus, ſalutem, & prosperitatis augmentum.*

„ **P**ropter qualitatem negotiorum imminantium, quae valde ardua & difficilia ſunt, & conſiliorum plu..... ſaltem expoſcunt, videtur vobis, & omnino conſulimus, ut Ambaxatoribus veſtris

A „ Brixiae morantibus mandetis ad huc per Literas veſtras expreſſius, ut exinde non diſcedant, ſed quamdiu qualitas inſtantium negotiorum exegerit, & nobis videbitur, morentur ibidem. Ceterum ut innotescat vobis quid die Dominico nuper elapſo fuerit per generale Brixienſe Conſilium ordinatum, ecce quod reformationem Conſilii mittimus vobis, praefentibus intercluſam. Nos autem nil omittimus, ſed ſtudiis laboramus ſolicitatis, ut haec in viam ſalutis & rectitudinis dirigamus.

C *Octavianus miſeratione divina Sanctae Mariae in Vialata Diaconus Cardinalis, Apoſtolicae Sedis Legatus, Nobilibus & prudentibus viris, amicis cariffimis, Potestati, Conſilio, & Communi Mantuae, ſalutem, & ſincerae dilectionis affectum.*

D „ **D**oloris amaritudine ſauciati, continere ſpiritum non valemus, quin licet inviti contra vos in verborum amaritudines prorumpamus, & quod ſi huiusmodi doloris aculeus veſtram, pro ut deberet, & ipſorum animam pertranſit, veſtra magnanimitas, per quam hoſtium olim deprimebatur elatio, & amicorum vigeat audacia, proculdubio adeo non torperet, ut pateremini ſic inimicorum veſtrorum in amicorum oppreſſionibus vires excreſcere, ac ſuperbiae ſpiritum roborari, quod patriae veſtrae limites poſſent exinde impoſterum incurrere detrimenta, quae tandem incurrerent procul dubio, ſicut credimus per indicia, quae videmus, niſi expergefacti vos & ipſi a corporis mole qua de negligentia notamini

„ eorum

eorum tam licentiosae superbiae  
 propulsationis obstaculum opponatis. Numquid vos & ipsos pudere non debet, quod hostes vestri, qui olim immensa quondam Fr. potentia perfruentes, virtutis vestrae spiritui resistere vix valebant, post ejus obitum vobis commune negotium negligentibus adeo sunt elati, quod coelum eis tangere digito videatur, dum depulsione Militum, & plurium sublimium Popularium de Civitate Placentiae, per callidae machinationis astutiam procuratâ, eandem obtinent Civitatem, quae murus fortitudinis pro domo Domini hæctenus existebat? & in bonis eorum licentius debacchantes, loca, in quibus circa Civitatem ipsam dicti Milites receptacula elegerunt, incendiis & insultibus \* bellicis afficere non desistunt? quorum licet non parvus sit numerus, sed magnus satis & strenuus, & virtutis fortitudine roboratus ad resistendum, quin potius deprimendum superbiam perfidorum, attenuati \* tames divitiis, quas interiores obtinent Placentini, persecutorum injurias propulsare nequeunt, ut affectant, quos non solum propulsare sed superare possent de facili, si eis facultates suppetere, & amicorum suffragio fulcirentur? Ut igitur notam negligentiae, quae vobis ignominiose inuritur, evitetis, eâ penitus profligatâ, contra hostes vestros virtutis animum induatis, ac eorum injurias injuriis propulsantes, in dictorum militum & peditum subsidium viriliter assurgatis, & Terram invadatis absque tarditate aliqua Cremonensium eorundem, ut vestris injuriis lacessiti avertantur ab infestatione Militum

Tom. X.

A „ tum & Popularium praedictorum.  
 „ & iidem Milites in Placentinorum  
 „ interiorum possint injuriis & molestiis respirare. Qui si deficerent, advertatis, quantum posset derogari vestro nomini & honori, quantumve decrescere parti Ecclesiae atque vestrae, maxime cum in Castro Rivalgarii ducenti quinquaginta milites sint obsessi, de quorum amissione, nisi succurratur eidem celeriter, plurimum dubitatur. Et quidquid super hoc duxeritis faciendum, nobis vestris Literis celeriter intimetis.

C *Octavianus miseratione divina Sanctae Mariae in Violata Diaconus Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus, Nobili Viro B. de Canossa Potestati, ac universo Consilio Mantuanorum, salutem in Domino.*

D „ **C**UM gratiarum actionibus accepimus Literas, quas misistis, quod vos de Consilio Sapientium Mantuanorum, Mediolanensium, & Brixienfium per solennes Ambaxatores vestros & providos super festino Parmensibus subsidio conferendo requirere sollicitè curavistis, & quod ad illud idem subsidium instantius vos paratis. Cum autem Cremonenses, Dei & Ecclesiae inimici, jam exiverint contra Parmam & die Mercurii ultimo Maji castramentati fuerint juxta Tarum, & de Civitate ipsa non modicum dubitetur, universitatem vestram omni, qua possumus, affectione rogamus, vobis, qua fungimur, auctoritate mandantes, quatenus dictos Mediolanenses & Brixienfes ad dictum subsidium instantius requirentes exire contra Cremonenses, una cum  
 R r „ ipsis,

„ ipsi, & etiam sine ipsis viriliter  
 „ & potenter omni dilatione postpo-  
 „ sita festinetis, ut per vestrum &  
 „ ipsorum subsidium dicta Civitas  
 „ ab oppressione dictorum hostium  
 „ valeat liberari. Et quia propter  
 „ conditiones periculosissimas, qui-  
 „ bus eadem Civitas agitur, sit i-  
 „ bidem custodia nimium opportuna,  
 „ talliam militum vobis impositam,  
 „ sine tarditatis obice transmittatis,  
 „ ne pro defectu custodiae praedicta  
 „ Civitas periculum patiatur.

*Octavianus miseratione divina Sanctae  
 Mariae in Vialata Diaconus Cardi-  
 nalis, Apostolicae Sedis Legatus, No-  
 bilibus & prudentibus viris Potestati  
 & Consilio Mantuanorum, salutem  
 in Domino.*

„ **V**erecundiae propter vos rubo-  
 „ re confusi, filere non possu-  
 „ mus, quin loquamur, dum Eccle-  
 „ siae, ac vestros inimicos vobis dor-  
 „ mientibus conspiciamus sic elatos,  
 „ quod psallentes prorumpunt in ju-  
 „ bilum, dicentes: *Non est nobis ob-  
 „ staculum, quin licenter possimus ini-  
 „ micorum vestrorum sanguine debriari.  
 „ Eamus igitur, & auferamus ipsos  
 „ de medio, ne resurgant aliquando,  
 „ & processibus nostris obicem difficul-  
 „ tatis opponant.* Pro certo habemus,  
 „ & vobis esse non debet incogni-  
 „ tum, quod Obertus Pelavicinus &  
 „ Cremonenses, quorum nos livor  
 „ aemulari non desit, ad tollendum  
 „ Parmenses de medio, & Placenti-  
 „ norum militiam multimodis sata-  
 „ gentes ad oppressionem eorum omni-  
 „ modam properant, victualibus &  
 „ aliis necessariis, necnon & Carro-  
 „ cio, \* quam in vestram ignominiam  
 „ contra eos decreverunt ducere,  
 „ jam paratis, credentes post obten-

A „ tum eorum contra alios vestros a-  
 „ micos insurgere, ac suas fimbrias  
 „ latius ampliare. Numquid itaque  
 „ non piget vos tam atrocium per-  
 „ secutorum dissimulare licentiam,  
 „ & injurias tolerare? qui si suba-  
 „ ctis Parmensibus & dicta militia  
 „ in vos invalere poterunt, suae  
 „ persecutionis stimulis usque ad  
 „ patrios limites pungere non desi-  
 „ stent. Expergiscimini igitur qui  
 „ dormitis, & corpore somnolentiae  
 „ profligato, contra hostes vestros,  
 „ & amicorum vestrorum, per quos  
 „ vestri vigoris audacia viguit hacte-  
 „ nus, & non solum tuitionis sed  
 „ superationis vobis robur extitit,  
 „ assurgatis, ut amicorum vestrorum  
 „ viribus ideo mediante subsidio re-  
 „ stauratis debilitetur & deprimatur  
 „ inimicorum vestrorum hostilitas,  
 „ & virtus vestrae fortitudinis aug-  
 „ mentetur. Proinde Parmensis Ci-  
 „ vitatis in periculo vestrum & a-  
 „ micorum vestrorum periculum im-  
 „ minens attendentes, festinum &  
 „ opportunum ei, immo vobis sub-  
 „ sidium porrigentes, talliam illuc  
 „ militum pro illius Civitatis custo-  
 „ dia sine tarditatis obice transmit-  
 „ tatis, ac parati estote, contra  
 „ Cremonenses universaliter progredi,  
 „ si ipsi contra Parmenses & Pla-  
 „ centinos, milites, prout disposue-  
 „ runt, procedere attentarint: immo  
 „ ex nunc vexare incipiatis eosdem,  
 „ ut vestris vexationibus laceffiti, a  
 „ Parmensium & Placentinorum in-  
 „ juriis avertantur.

*Viris Nobilibus, amicis, & fratribus  
 praedilectis, Potestati & Communi  
 Mantuae, Assessores & Vicarii, Do-  
 mini Girardi Rangoni Potestatis Me-  
 diolanensium, & Consilium Senio-  
 rum, qui remanserunt domi, pro u-  
 niverso*

niverſo Communi Civitatis ipſius, ſalutem, & fratribus in ipſius neceſſitatis articulo velox & efficaciſſimum ſubſidium exhibere.

„ **N**egotium imminens talis con-  
 „ ditionis exiſtit, quod non  
 „ eſt verbis ſed factis celeribus inſi-  
 „ ſtendum. Et ideo ſummam ipſius  
 „ fraternitati veſtræ ſub compendio  
 „ denotamus. Ecce cum tractatus  
 „ pacis inter nos & Laudenſes ni-  
 „ mium protractus fuiſſet in lon-  
 „ gum, & plus Laudæ pependiſſet,  
 „ quod Marchio Lancea miſiſſet, ut  
 „ Civitatem ipſam latenter traderet  
 „ in manus Pelavicini & Cremonen-  
 „ ſium perfidorum, Miles egregius  
 „ Suge de Veſtarino & univerſus  
 „ Populus Civitatis Laudæ die Mar-  
 „ tis in mane VIII. Auguſti, pacem  
 „ juraverunt expreſſius, quæ inter  
 „ nos & ipſos fuerat diutius pertra-  
 „ ctata, & ſuas Communi noſtro  
 „ Literas & Nuntios direxerunt con-  
 „ tinuo, ut Civitatem adiremus eam-  
 „ dem, ipſam in noſtra potentia re-  
 „ cepturi. Unde Potestas noſter cum  
 „ toto Populo & militia noſtra Ci-  
 „ vitatem ipſam adivit tam viriliter  
 „ quàm potenter: & ingreſſi Ci-  
 „ vitatem & Circam Laudæ, detinent  
 „ fortalicias omnes Civitatis ipſius  
 „ excepto Caſtro & modica parte  
 „ Circhæ, ubi Pelavicinus & Lan-  
 „ cea cum infidis Cremonenſibus con-  
 „ venerunt. Et ſic noſtri cotidie cum  
 „ eis proeliantur, & antequam di-  
 „ ſcedant abinde, diffinita proferetur  
 „ ſententia diutinae quaëſtionis. Ea-  
 „ propter fraternitatem veſtram ex  
 „ imo cordis attentiffime deprecamur,  
 „ quatenus cum toto veſtro  
 „ exfortio tam Populi quàm mili-  
 „ tiæ, Terras Cremonenſium velitis  
 „ invadere, ſuccurſum nobis feſtinum

A „ validum curſu celeri deſtinantes,  
 „ ut nos potentatus veſtri ſentientes  
 „ auxilium, prædiſtis Cremonenſi-  
 „ bus, priuſquam a nobis ſe ſepa-  
 „ rent, mercedem debitam perſolva-  
 „ mus. Succurrite nobis amici. Pro  
 „ Deo ſuccurrite feſtinanter, ne pro-  
 „ pter negligentiam tanta victoria  
 „ differatur.

B *Egregio & potenti Militi Domino B. de Canoffa honorabili Potestati Mantuæ, Jo. de Ripa Mediolanenſis Potestas ſalutem & continuam aſſuetudinem gaudiorum.*

C „ **A**nuda veritate ſumentes ma-  
 „ teriam, Epistolam excuſa-  
 „ tionis non fictæ pro Communi  
 „ Mediolani veſtræ duximus provi-  
 „ dentia deſtinandam, videlicet quod  
 „ cum Mediolanenſes intendentes to-  
 „ taliter offenſioni rebellium Sanctæ  
 „ matris Eccleſiæ, & ſuccurſui Par-  
 „ menſium, ac militiae Placentinae,  
 „ generalem præpararent exercitum,  
 „ impedimentum inevitabile ſuper-  
 „ venit, propter quod eorum non  
 „ valerent proſiſtitum cupito effectu  
 „ mancipare. Nam Literas Domni  
 „ Papæ recepimus continenter, ut  
 „ ad Curiam ſolemnes Ambaxatores  
 „ & Nuntios dirigamus inſtructos,  
 „ ut expedit ad pacem, ſecundum  
 „ quod Domno Papæ videbitur, ſu-  
 „ beundam. Præterea ſæva inter  
 „ Cumanos & civilis agitur diſcor-  
 „ dia, per quam caedes & ruinae  
 „ non modicæ committuntur ad in-  
 „ vicem inter eos. Propter quæ,  
 „ & alia impedimenta, quæ nobis  
 „ imminere videntur ad præſens,  
 „ Exercitum diſtulimus uſque in re-  
 „ ditum Ambaxatorum Mediolanen-  
 „ ſium, qui vadunt ad Curiam faci-  
 „ endum. Hæc circumſpectiōni

R r z

„ veſtræ

„ vestrae praesentibus intimare cura-  
 „ vimus, ut videre possitis, quid  
 „ agendum praesentialiter habeamus.

*Multae nobilitatis & industriae Mili-  
 ti, Domino B. de Canossa, honorabi-  
 li Potestati Mantuae, Consilio & Com-  
 muni Civitatis ejusdem, Vicarii Po-  
 testatis Mediolanensium, salutem, &  
 continuam affluentiam gaudiorum.*

„ **L**iteras vestras gaudio consuero  
 „ recepimus: continentia qua-  
 „ rum nobis ætus vestros laudabiles  
 „ declaravit. Continebant enim Li-  
 „ terae ipsae, ut vidimus, quod vos  
 „ damnificationi Terrarum Cremon-  
 „ ensium perfidorum intenditis toto  
 „ posse, de quo debetis a quolibet  
 „ zelatore *Libertatis Italicae* non im-  
 „ meritò commendari. Quare duxi-  
 „ mus praesenti paginâ responden-  
 „ dum, quod Carrocium nostrum  
 „ extraximus, & universum \* Popu-  
 „ lum trium portarum, & Militiam  
 „ quinque Portarum, ad destructio-  
 „ nem Burgi de Caravagio destina-  
 „ mus, ut habitantes in eo tam-  
 „ quam proditores patriae poenis de-  
 „ bitis opprimantur. Praeterea cen-  
 „ tum milites in succursum Placen-  
 „ tinae militiae ultra balistarios du-  
 „ centos, quos ei dudum transmisi-  
 „ mus, dirigentes, totam aliam gen-  
 „ tem praeparari facimus & muniri,  
 „ ut in adventu..... Potestatis no-  
 „ stri, quem scimus esse festinum,  
 „ offensionibus hostium, amicorum-  
 „ que succursui potenter & totaliter  
 „ intendamus.

*Viro multa nobilitate pollenti, Domino  
 B. de Canossa honorabili Potestati  
 Mantuae, totique Civitatis ejusdem  
 Consilio & Communi, Milites & Ju-  
 dices quondam bonae memoriae Do-*

A *mini Zanerici de Ripa olim Pose-  
 statis Mediolanensium, Consilium, &  
 Commune Civitatis ipsius, salutem,  
 & continuam affluentiam gaudiorum.*

„ **C**um viri Nobiles Bartholo-  
 „ maeus Nuvoloni & Socii,  
 „ Ambaxatores vestri, ex parte ve-  
 „ stra in nostro Consilio petivissent,  
 „ ut provideremus indemnitati Petri  
 „ Damiatii nobilis Civis vestri, quem  
 „ dicebant, in Comitatu nostro fuis-  
 „ se rebus plurimis spoliatum, pla-  
 „ cuit eidem Consilio, quod inter  
 „ nos & vos eligantur Arbitri, qui  
 „ cognoscant de robationibus homi-  
 „ num Mantuae & Mediolani, &  
 „ quaestiones illas definiant justitiâ  
 „ mediante. Volentes igitur memo-  
 „ rati Consilii voluntatem implere,  
 „ duos arbitros incontinenti delegi-  
 „ mus, quos constituimus ad praedi-  
 „ cta. Quare circumspectionem ve-  
 „ stram attente deposcimus & depre-  
 „ camur, quatenus duos Arbitros de  
 „ Civitate vestra celeriter velit e-  
 „ ligere, qui cum nostris arbitris  
 „ memoratas terminent quaestiones.  
 „ Quibus electis, certum & commu-  
 „ nem locum vestra velit ordinare  
 „ discretio, ad quem Arbitri me-  
 „ morati conveniant pro praedictis  
 „ omnibus rationabiliter exsequendis.  
 „ Haec vobis declarare curavimus,  
 „ ut tribuatur cuilibet tam Mantua-  
 „ norum quàm Mediolanensium ju-  
 „ stitiae complementum, & ne dici  
 „ possit in veritate, quod per nos  
 „ remaneat, quominus quilibet ha-  
 „ beat, quod suum est. Quod ergo  
 „ super hoc faciendum duxeritis, ve-  
 „ litis nobis per latorem praesentium  
 „ Literarum vestrarum paginam re-  
 „ spondere.



Innocentius Episcopus, *servus servorum Dei, ad memoriam rei gestae in perpetuum.*

TRuculentam unius inhumani hominis rabiem, saevamque barbariem *Ecellini* videlicet *de Romano*, quem dirae malignitatis enormitas fecit insignem, & Mundo non incognita factorum atrocium multitudo spectabilem, humana societas ad elidendum improbas male potentum tyrannides instituta, indigne forsitan pertulisse videtur, sed indignius procul dubio noscitur sustulisse. Hic siquidem sub humani vultus effigie bellualem animum retinens, Christiani sanguinis sitibundus, & viribus rigidius alienis implacabile adversus communia humanitatis foedera bellum gerit. Non enim solum ferali excidio hominum debacchatur in corpora, verum etiam supra omnem modum, mensuram, & numerum, exhausti cruoris profusio non contentus, per Catholicae Fidei corruptores, spiritualis vitae operatur exitium in interitum animarum. Nimirum si in suis atrocitatibus propria contra infensos sibi exsequeretur odia, vel paterna jam deseruisset in eo incallescens animi feritas, peractae ultionis refrigerio mitigata in eis, quos habere videbatur exosos. Sed ejus effera crudelitas sic in omnes excandet, ut nec fortunae nec vitae pepercerit etiam amicorum, nec sexus miseratus fuerit in quibuslibet vel aetatis, nec alicujus Religionis vel Ordinis veneratus honorem, coecans parvulos innocentes, adultos nequiter perimens, diversis excogitatis in eos generi-

A  
bus tormentorum. Et quod pudor est cogitare vel loqui, horrido sectiois impiae cultro tam foeminas, ut dicitur, eunuchizante quam mares, spem futurae proli occidens in superstitionibus occisorum, ut ex intentione quodammodo fuit eorum etiam, quos adhuc in lumbis natura non protulit, homicida. Quis ergo dubitet, eum in hominibus non tantum personas persequi, sed naturam? Quis ambigat, illum quasi non hominem humani generis fore publicum inimicum? Hunc ex genere cum publice damnati haeretici filius fuerit, haeticorumque cognatus, hunc etiam ex moribus, cum cum perfidum esse contraria religioni Christianae Fidei opera manifestent, nos cum publicae opinionis concurrentes assensu, unam de subdolis praesumpimus esse vulpeculis, quae Vineam Domini sabaoth demoliri non cessant, testamentum aeterni Evangelii corrumpentes. Ad hunc autem nequissimae intentionis suae effectum eo ingenii sui calle processit, quia in quos potuit, vasa sceleratissimae interfectionis arripiens per corporalis necis formidinem, quae plerumque cadit in fortes, residuae regionis suae viros redegit in parvulos, ut eis animorum confidentia libertatis privilegio & veritatis oraculo destituti, facile per magistros errorum, supradicti F. praesidio ad subvertendas Fidelium mentes in Marchiae Tarvisinae partibus emergentes in publicum perversa infectionis haereticae dogmata suggerantur. Exsecrans praeterea commune omnibus gentibus, & magnum in Christo & Ecclesia Matrimonii sacramentum, quod non  
huma-

„ humanae voluntatis intentio sta-  
 „ tuit, sed divinae institutionis com-  
 „ mendat auctoritas, quod tempora-  
 „ liter orientis ex homine Salvatoris  
 „ Nativitas honoravit, quodque cun-  
 „ ctis fere animantibus suggerit in-  
 „ situs eis ordo naturae, damnabili,  
 „ & de abominationis haereticae pro-  
 „ cedente praesumptionis audacia se-  
 „ parat, contra Legis Evangelicae  
 „ interdictum, legitimae conjunctio-  
 „ nis foedere copulatos, adeo inter  
 „ complices suos foeda connubia &  
 „ adulterina contubernia conjungen-  
 „ do, ex quibus spuria vitulamina  
 „ prodeunt, radices altas prosperita-  
 „ tis non prosperae datura.

„ Nos itaque, quos licet imme-  
 „ ritos summus Fidelium Pastor ad  
 „ arcendos a redempto Sanguine Chri-  
 „ sti grege ferales impetus, salutem  
 „ Christiani Populi laedentes, & vi-  
 „ tam, necnon ad hujusmodi inve-  
 „ stigandas assiduis vigiliis capienda-  
 „ sque vulpeculas, Ecclesiae suae vo-  
 „ luit praesidere, valido clamore  
 „ Christiani sanguinis, quo idem E-  
 „ cellinus terram operuit, nec mi-  
 „ nus Evangelicae Fidei, quam mo-  
 „ litur evertere, periculo excitati  
 „ per Religiosos viros, descendere  
 „ curavimus & videre, an idem E-  
 „ cellinus illud circa Fidem Catho-  
 „ licam naufragium pateretur, quod  
 „ de ipso & detestanda nuntiabant  
 „ opera, & vulgata infamia praedi-  
 „ cabat. Cum autem ipsi Religiosi  
 „ super iis cum diligentia inquiren-  
 „ tes eundem, quod de Fide Chri-  
 „ sti non recte sentiret, haberi su-  
 „ spectum veris indiciis comperissent,  
 „ tandem ipse ad Sedem Apostoli-  
 „ cam Nuntios destinavit, quibus  
 „ bonae memoriae..... Sabinensem  
 „ Episcopum concessimus auditorem.  
 „ Coram quo ad jurandum in ipsius

A „ Ecellini anima se obtulere para-  
 „ tos, quod idem de Deo & Catho-  
 „ lica Fide credebat secundum quod  
 „ Romana tenet Ecclesia, & docet  
 „ esse credendum. Sed quoniam a  
 „ dicto Episcopo vel a nobis purga-  
 „ tio admissa non extitit, ut cum  
 „ in tanto crimine non per Nuntios,  
 „ sed per propriam personam praec-  
 „ standa esset purgatio coram nobis,  
 „ sibi praefiximus terminum, quo  
 „ Apostolico se conspectui praesenta-  
 „ ret, facturus super iis, quae ordo  
 „ exigeret rationis, oblatam sibi de  
 „ securitate in veniendo & redeun-  
 „ do plenariam cautionem. Unde quia  
 „ nec in eodem termino, nec post  
 „ ipsum, venire vel mittere procu-  
 „ ravit, ipsum, qui plurimum erat  
 „ aliam excommunicationis laqueo ir-  
 „ retitus, & quod de Fide Catholi-  
 „ ca male sentiret, certa ratione su-  
 „ spectus, eodem anathematis duxi-  
 „ mus vinculo innodandum. Alium  
 „ etiam terminum assignantes quo  
 „ in nostra compareret praesentia su-  
 „ per praemissis, Ecclesiae mandatis  
 „ pariturus: denuntiatio publice, quod  
 „ nisi usque ad terminum ipsum id  
 „ faceret, ex tunc procederemus gra-  
 „ vius contra eum juxta legitimas  
 „ & canonicas sanctiones. Cum au-  
 „ tem venire seu mittere, licet ul-  
 „ tra terminum diutius expectatus,  
 „ obstinatione damnabili despexisset,  
 „ & non solum per annum, sed &  
 „ per biennium vilipensis Ecclesiae  
 „ clavibus, praefatum sustinisset con-  
 „ temptibiliter anathema, nos quia  
 „ non debebamus ulterius canonicum  
 „ contra eum differre iudicium, quem  
 „ tam longum disugium, & tam du-  
 „ ra pertinacia reum tanti criminis  
 „ ostendebant, praesertim quia hu-  
 „ jusmodi iudicii tarditas periculo-  
 „ sam forte aliquibus praebat au-  
 „ daciam,

„ daciã, & quos a malis festinata  
 „ in unius persona poena compesce-  
 „ ret, protelata forsitan ad illa la-  
 „ xaret, eundem Ecellinum tam-  
 „ quam Haeticum reputantes, de-  
 „ crevimus ipsum, habito fratrum  
 „ nostrorum consilio, promulgatis  
 „ adversùs Haeticos sanctionibus  
 „ subjacere, nisi usque ad Kalendas  
 „ Augusti tunc proximò secuturas  
 „ coram nobis comparere curaret,  
 „ nostris & Ecclesiae pariturus prae-  
 „ cipue beneplacitis & mandatis.  
 „ Quem siquidem terminum sibi ex  
 „ multa benignitate Apostolicae Se-  
 „ dis indulgimus, cum eum salvari  
 „ vellemus potiusquam perire. Ipse  
 „ verò contra Deum & homines col-  
 „ lo rebellionis extento, & ad om-  
 „ nem Fidei Christianae inobedi-  
 „ tiam spiritu obfirmato tamquam  
 „ prolapsus in desperationis abyssum  
 „ & humani pudoris, divini iudicii,  
 „ ac salutaris consilii pertinax asper-  
 „ nator, imminetia sibi discrimina  
 „ quaecumque contempsit, & perire  
 „ potius eligens quam parere, nec  
 „ in termino sibi ex multa Ecclesia-  
 „ sticae miserationis lenitate conces-  
 „ so, nec postmodum diutius exspe-  
 „ ctatus venire curavit. Nos autem  
 „ illius periculo condolentes adhuc  
 „ volumus ejus duritiam solita Se-  
 „ dis Apostolicae benignitate mulce-  
 „ re, si fortè ad suscipiendum salu-  
 „ tis remedium aliqua in eo scintil-  
 „ la sanioris consilii remansisset, ip-  
 „ sumque non solum semel vel se-  
 „ cundo sed pluries immo multoties  
 „ ad misericordiae iudicium & die-  
 „ tis legitimis evocatum duximus  
 „ prolixis ad convincendam inexcusa-  
 „ bilem ejus malitiam temporum  
 „ spatiis expectandum. Porro idem  
 „ sicut aspidis surdissimae filius ad  
 „ omnem monitoris vocem obturans

A „ auditum, jam per sex annos &  
 „ amplius vocationis, longanimita-  
 „ tis, & expectationis nostrae pa-  
 „ tientia est abusus. Nos igitur ex  
 „ iis attendentes, quod diuturnior  
 „ erga eundem Ecellinum toleran-  
 „ tiae pietas in communem posset  
 „ redundare perniciem, & ulterior  
 „ expectatio nihil operaretur in eo  
 B „ nisi contumaciam & contemptum,  
 „ ne tantum malum in medio Chri-  
 „ stiani Populi diutius toleratum la-  
 „ tius pervagetur, de praedictorum  
 „ Fratrum nostrorum consilio, prae-  
 „ sente Fidelium Populo, qui in  
 „ die Coenae Domini ex diversis  
 „ Mundi partibus ad Apostolorum  
 „ limina de more confluit, praefa-  
 C „ tum Ecellinum sicut manifestum  
 „ Haeticum sententialiter iudica-  
 „ mus, ipsum excommunicatum &  
 „ anathematizatum cum damnatis  
 „ Haeticis deputando, adscripta il-  
 „ lis damnationis stipendia receptu-  
 „ rum: quem si forsitan usque ad  
 „ Festum Ascensionis Dominicae pro-  
 „ ximò venturum, ad praesentiam  
 D „ nostram personaliter venerit, au-  
 „ diemus; quod de abundantissima  
 „ praedictae Sedis clementia duxi-  
 „ mus adjungendum.

Dixi, concessam fuisse Civitatibus  
 liberis facultatem condendi novas Le-  
 ges, quae *Statuta* appellatae jam tum  
 fuerunt, & adhuc appellantur. De  
 iis aliqua praefatus sum in Disserta-  
 tione XXII. de *Legibus Italicorum*.  
 Pauca nunc addo. Saeculo Christi  
 Duodecimo municipales hujusmodi  
 Leges coeptae sunt promulgari: ple-  
 nius verò subsequenti Saeculo, nam  
 ex iis singulae Civitates corpus seu  
 Regestum efformarunt. Quicumque  
 eligebatur Praetor sive Potestas, sa-  
 cramento sese obstringebat ad obser-  
 vanda

vanda Statuta Urbis, cui praefuturus erat. Si ab iis volens recessisset, iudicium Populi in fine Magistratus subire coactus, poenas dabat. Nihil autem luculentius faciem ac regimen Liberarum in Italia Civitatum exprimere potest, quam veterum eorumdem Statutorum conspectus. Nempe illic & Magistratus recensentur, & forma regiminis explicatur, atque innumera aia occurrunt, quibus manu ducimur ad apte dignoscendum, qua auctoritate fruenterentur, & qua sese methodo regerent temporibus iis omnes ferme Lombardiae, Tusciae, aliarumque Italiae partium Civitates. Eapropter operae pretium duxi publici juris haec facere Pistoriensis Urbis Statuta, quando mihi eorum exemplum pro veteri sua erga me benevolentia procuravit, dum vivebat, Cl. V. Hubertus Benvoglientus Senensis Patricius, quem Anno MDCCXXXIII. die XXII. Februarii mors invida sustulit. Legitur ibi in fronte, primum Statutum promulgatum fuisse Anno a Nativitate Domini Milleesimo Centesimo Septimo, Indictione XI, Sexto Calendas Decembris. Quae notae si verae sunt ac legitimae, raram procul dubio produnt antiquitatem & auctoritatem in eiusmodi Civitatum Magistratibus. Sed nihil dissimulandum. In Chronologicis hisce Notis mendum cubat. Anno Christi MCVII. nondum Henricus inter Reges Quintus Imperialem titulum assumerat: nondum quippe a Romano Pontifice inunctus, neque Romanâ Coronâ insignitus. Neque eo Anno decurrebat Indictio Undecima. Sed quotum ad Annum haec spectent, percontaris. Si referas ad Annum Christi MCXCVII. quo imperabat Henricus inter Reges Sextus, inter Augustos Quintus, immutanda erit

A etiam Indictio, & pro XI. scribendum erit XV. aut Indictio I. a Kalendis Septembribus fuerit inchoata. Mihi tamen veri videtur similis, Caput hoc primum Statutorum Pistoriensium conditum fuisse Anno a Nativitate Domini Milleesimo Centesimo Decimo Septimo, quo nempe, & quidem Novembri Mense, fluebat Indictio XI. & Annus VII. Henrici inter Imperatores Quarti. Supra jam vidimus in Dissertatione XLVI. de Italicar. Civitat. Magistratibus, ineunte eodem Saeculo Christianae Aerae Undecimo, Consules ad regimen Mediolani & Genuae adhibitos fuisse, eosque itidem Lucenti Urbi praefuisse Anno MCXXIV. Vide & Laurentium Vernensem sive Veronensem in Poëmate de Reb. gest. Pisanorum in Majorica, Tomo VI. Rer. Italicarum. Inde constat, Anno MCXIV. Pisanam Civitatem a Consulibus gubernatam fuisse. Quare nihil obstat, quominus Pistoriensi quoque Civitati Anno MCXVI. Consules praecessent, atque ibi primum illud Statutum promulgari potuerit. Primum, inquam, usque ad finem Paragraphi, sive Capituli XXIII. Nam quae sequuntur, longe serius constituta fuisse, mihi certissimum est, quum in iis supremum Civitatis regimen non amplius Consulibus, sed Potestati commenderetur. Adhuc quidem memorantur ibi Consules, immo & Consules Majores. Praecipuae tamen auctoritatis jura in Praetorem tunc translata videntur. Quod plus est, aut Consules illi majores contra Statutorum mentem irrepserunt illuc, aut dicendum, ea Statuta respicere Potestatem, si eo utatur Respublica Pistoriensis, aut Consules, si Potestatis loco eligantur. Neque enim primo lata firma fuit Potestatum consuetudo; atque

que iis dimissis, interdum Consules  
 clavo Reipublicae praefuerunt. Cete-  
 rum in memorata nuper Dissertatio-  
 ne XLVI. palam feci, *Potestatum* si-  
 ve *Praetorum* regimen illustre inve-  
 ctum fuisse a Civitatibus liberis aut  
 cadente Saeculo XII. aut sub initium  
 subsequenti XIII. Quare potior hu-  
 jusmodi Statutorum pars circiter aut  
 post Annum Christi MCC. conflata  
 mihi creditur. Atque utinam integra

A  
 eorum collectio temporis injurias e-  
 valisset. Sed exciderunt in Codice  
 MSto paginae aliquot. Statutis hisce  
 Notas adjecit eruditas doctissimus  
 praclaudentus Benvoglientus, quarum  
 pretium augent Chartae aliquot nun-  
 quam antea editae, at dignae, quae  
 nunc evulgentur. Omnia benevole,  
 ut spero, accipiet heic Lector, quem  
 barbaricae Eruditionis studium de-  
 lectet.



**S T A T U T A**  
**C I V I T A T I S**  
**P I S T O R I E N S I S**

Anno Christi MCXVII. & circiter Annum MCC. condita;

**U N A C U M N O T I S**  
**CL.V.HUBERTIBENVOGLIENTI.**







„liaria prope Civitatem Pistorii, A | „jure Patronorum. Et quod Major  
 „quae sunt nostri districtus, salvo | | „res Consules possint facere, quod  
 „utile

negherà adunque il credere, che tal moda praticata anco non fusse ne' nostri Statuti? e che vi sia stato lasciato il numero *Novanta*, che in quel tempo, che scrivevano questi Statuti, non poteva fare sbaglio alcuno? E così bisogna credere, che la faccenda andasse, ogni volta che il numero 1107. non s'accorda nè col tempo de' Consoli, nè con quello de' Podestà. I Consoli delle nostre Città vado pensando, che fossero istituiti ad imitazione de' Consoli Romani. In Roma ne' tempi bassi stimo, che i Consoli incominciassero poco dopo dell'Imperio Greco. Costantino Porfirogenita nel Lib. 2. Tema X. parlando del Popolo Romano, dice: *Regium deposuit Principatum, & propriam administrationem, ac jurisdictionem obtinuit, eique proprie dominatur aliquis pro tempore Papa.* Non molto lontano da questo tempo furono i Consoli de' tempi bassi in Roma. Il loro numero e la loro autorità varia e incerta fu. Intorno a questi Consoli di Roma de' tempi bassi mi scrisse tempo fa una eruditissima Lettera il gentilissimo Francesco Valesio, quale meriterebbe al certo vederli alla luce. Ho uno Strumento dello Spedale fatto nel 1153. da Papa Eugenio III. nel quale prende esli in Feudo da' Monaci di Monte Amiata la metà della Terra di Radicofani. In questo Strumento per la parte del Pontefice vi sono sottoscritti i seguenti Consoli, che sono *Gencius Fraxapanus, egregius Romanorum Consul: Oddo Fraxapanus, strenuissimus Romanorum Consul: Joannes Petri de Leone, Romanorum Consul.* A questi Consoli sotto Papa Innocenzo III. succedettero i Proconsoli. Ma coltoro mi vado immaginando, che perduta avessero l'antica potenza, e che fossero fatti presso che per pompa. A me giova credere, che a Papa Innocenzo III. non piacesse in vero la tanta autorità, che i Consoli s'erano presa; per rimediare a tale disordine, e per non disgustare a pieno la Nobiltà e il Popolo Romano, eresse la novella dignità di questi Proconsoli. Ma il loro potere è forza dire, che lo fusse molto debole, mentre questi Proconsoli solo per tempo di sei mesi la dignità cercavano fuori della Patria. In Siena furono tre con questa dignità per Podestà della medesima. Il primo fu Trasimondo di Pietro di Annibaldo Proconsole di Roma, e Podestà di Siena nel 1234. come si vede in Bicherna, uno de' nostri principali Maestri, alla Lettera B. num. 441. fol. 36., e nelle Croniche, che portano il nome di Agnolo di Tura. Il secondo fu Pietro Parenti, Proconsole Romano, Podestà di Siena nel 1238. come nello Strumento dello Spedale, num. 332. E il terzo ebbe nome il Conte Giampolo di Casa Conti di Roma, Proconsole Romano, e Podestà di Siena nel 1255. Veggansi i Consigli della Campana fol. 53.

Non è dubbio alcuno, che da questi Consoli Romani prendessero il nome di Consoli l'altre Città d'Italia. Ma quando ciò avvenisse, è cosa in vero molto difficile a rinvergere. Laonde molto bene si vede, che giustamente non si può fissare il tempo de' Consoli Pisolesi. Ma per dire qualche cosa di più verisimile, parmi d'uopo prima dover toccare qualche cosa della Libertà delle Città d'Italia: perchè è molto verisimile, che da questa Libertà ne nascesse la dignità de' Consoli. Ma nella ricerca di questa Libertà vi sono anco le sue difficoltà; perchè le Città d'Italia non l'acquistarono tutte nel medesimo tempo; ma chi prima, chi dopo. Il tempo di questa io la considero solo in Siena, stimando io, che in riguardo al territorio di questi luoghi possa avere avuto Siena la Libertà qualche cosa prima di Pistoja. Il nostro Celfo Cittadini nel suo Signorista inedito pone questa Libertà appo i Senesi intorno al 1100. la qual cosa parmi che si possa ravvisare in fatti, che ella da per se stessa ha operato, nell'antico Libretto ordinato dal nostro Vescovo Ranieri. In circa all'Anno 1129. si legge: *P. Gualfredus Episcopus. Sed Anno sequenti Rainerius Episcopus, qui hunc quinternum fieri fecit, Senas venit, & eodem Anno a Senensibus captus est Archiepiscopus Pisanus.* E questa è la prima azione, che a me sia nota, che i Senesi facessero. Ma in tal tempo potevano avere la Libertà, ma non avevano già i Consoli. Nel medesimo si legge: *Anno Domini 1141. venit Marchio ad Portam de Camullia cum Florentinis.* Questo fatto è posto malamente nell'Anno 1144. da Ottone Frisingense, dicendo: *Nam & Florentini una cum Marchione Tevrae Ulrico usque ad ipsas Portas Senensium procedentes, suburbia ejus cremaverunt.* In questo passo ognun vede, che anco si deve leggere *Tusciae*, e non *Terrae*: e in tal torno giustamente Ulrico è posto Marchese di Toscana dal Capitano della Rega ne' Marchesi

„ utile sit nostrae Civitati. Intelle-  
 „ ctus talis est quod teneantur de

„ hoc Capitulo, si Episcopus Pisto-  
 „ rienlis & Pistorienlis Ecclesiae Ca-  
 „ pitu-

di Toscana. Ottone Frisingense al Lib. 7. Cap. 29. nella sua Cronica apertamente osserva, che una gran parte d'Italia s'andava disponendo alla Libertà; e di ciò questo Istoricò ne dà la colpa all'assenza del Re: *His diebus propter absentiam Regis Italiae Urbibus in insolentiam descendentibus* &c. E nella Vita dell'Imperadore Federigo I. il medesimo Ottone dice: *Denique Libertatem tantopere affectant, ut Potestatis insolentiam fugiendo, Consulium potius, quam Imperantium regantur arbitrio.* Nel medesimo Libretto si legge: *Anno Domini MCXLV. Florentini sunt afflictii apud Montem Crucis a Senensibus & Comitibus Guidonis.* In questo medesimo Anno i Sanesi fecero accordo coll'Abate di San Salvatore. Veggasi il Contratto al Num. I. E in questo tempo si ravvisa, che i Sanesi avevano i Consoli. In questo Contratto si legge: *Juraverunt observare quodcumque comandamentum Senensium Consules fecerint contra illos.* Nel mentovato Libretto anco si legge: *Anno Domini MCLVI. flagellati sunt Florentini apud Montem Bonizii; & postea eodem Anno quindecim diebus elapsis coepit aedificari Castrum Podii Bonizii.* Da tutti questi fatti parra a ciascuno chiaro ed evidente, che fin dal tempo d'Arrigo V. Imperadore gran parte delle Città d'Italia incominciarono a porsi in Libertà: e di ciò non mi penso, che nè poco nè punto ve ne sia da dubitare. Ma questa per lo vero dire non era una piena Libertà: e certamente negli antichi Giudicati, di questa pretesa Libertà non evvene alcuno segno. Eccovi un Giudicato di Ermanno, fatto nel 1035. nel quale non si ritrova ombra di Libertà concessa a' Sanesi, e si vede descritto al Num. II. Un' altro Giudicato dell'Anno 1055. si ritrova, tenuto nel Contado Fiorentino, ed è il seguente posto al Num. III. cavato dal terzo Volume de' Memoriali Piccolominei. Altra copia di questo Giudicato è fra i Contratti di Santo Agostino, num. 1684. Da questo Giudicato chiaro si raccoglie, che nel 1055. non eravi principio di Repubblica nella Città di Firenze. Qual Giudicato non è stato osservato da chi assai dottamente ha scritto della vera Libertà di Firenze. Ne' tempi dell'Imperadore Federigo I. o' ne fosse cagione la grande discordia tra l'Imperio e il Sacerdozio, qualche sorta di Libertà maggiore acquistaron molte Città d'Italia, o ciò avvenisse per indulgenza, ovvero per debolezza di forze dell'Imperadore, come nella lettura del Giudicato fatto nel 1163. e posto al Num. IV. Ognuno facilmente accorgere si può, se da questo Contratto vi sia ora lecito riflettere, che Siena non fu detta nel numero del Più, se non quando cominciò a ottenere la Libertà. Acquisita questa che fu intorno al 1130. in circa al 1140. per essere più uniti e più forti, di tre Luoghi, che erano presso l'uno all'altro, e s'incominciò a chiamare nel numero del Più; ma per l'indietro chiamavasi nel numero del Mieno. Nel Cartulario dell'Abbadia di San Salvatore in uno Strumento dell'Anno 875., in un' altro del 1107., in uno del 1113., in uno del 1120., ed uno del 1121., in altro del 1126., ed in altro del 1128. si legge sempre *Actum Senae*. Ma gli Strumenti posteriori, come nel nostro Giudicato, hanno sempre scritto *Actum Senis*, come nel mentovato Cartulario si legge in una Carta fatta nell'Anno 1164., in un'altra del 1185., in un'altra del 1188. Teofilo Gallaccini in un suo Ragionamento inedito delle Mura e delle Porte fol. 329. dice: *Appiano Alessandrino nelle Guerre civili dice: Pompejus autem Maecium circa Senas debellavit, Urbemque diripuit.* Io non leggerei in questo luogo *circa Senas*, ma *circa Senam*; perèid che Tacito, Tolomeo, Catone, e Plinio dicono *Senam*, e non *Senas*: che forse l'ha così voluta il Traduttore, essendo nella scrittura Greca notata altrimenti. Il nominarla del Più, è cosa moderna, siccome si può ritrarre da ciò, che s'è detto. Io mi vado immaginando, che se l'Letteratissimo P. Berretti avesse veduto di più queste ragioni, ch'egli non si farebbe arrischiato nell'ultimo suo dotto Libro di sostenere, che Siena ne' tempi antichi nel numero del Più si chiamasse. Negli Strumenti, che sono registrati nel Caleffo vecchio fol. 25. dell'Anno 1180. si legge un Diploma fatto da Cristiano Arcivescovo di Magonza, Legato Imperiale in Italia, posto al Num. V. nel quale si concedono diverse cose, e fra l'altre: *Civitas quam vocero, Serenissimo Imperatori nostro Federigo Privilegiis confirmationis vestrae Monetae ad laudem & totius Civitatis honorem faciam sine fraude componere.* Dalle quali parole chiaro parmi, che si riconosca, che i Sanesi battevano Moneta anco senza Privilegio Imperiale: per ciò a mio avviso non eravi mai stato il nome dell'Imperadore.

„ pitulura promiserint Consulibus Ci- | A | „ ipsi & sui Clerici stabunt in judi-  
 „ vitatis Pistorii solemniter, quod | | „ cio cum Laicis, & dederint Con-  
 „ suli-

Nulladimeno con tutta questa Libertà non si può negare, che qualche sorta di giurisdizione non avessero gl'Imperadori nella maggior parte delle Città d'Italia. Io particolarmente dirò di Siena, che infino al Duca e Marchese di Toscana Filippo v'ebbe quasi che giurisdizione: ma dipoi della sola protezione l'Imperio si contentò. Eccone un ruolo de' nostri Conti, o dir vogliamo Governatori, che qualche giurisdizione, benchè piccola, avevano nella nostra Città: la qual cosa apparisce dallo Strumento, che è nel nostro Spedale, segnato num. 727., ed è il seguente descritto in fine di questi Statuti Pistolesi al Num. VI. *Comes Paltonerius* (e questi era Sanese) *Comes Gulielmus*, *Comes Gessolinus Nuntius Federigi*, *Comes Macharius Nuntius Imperatoris*, *Arrigus Cappellanus Nuntius Imperatoris Federigi*, *Comes Everardus de Lutri Nuntius Imperatoris Henrigi*, *Comes Gualterius de Renesbea Nuntius Imperatoris Henrigi*, *Comes Lambecchinus Nuntius Imperatoris Henrici*, *Comes Odo de Renchistena Nuntius Imperatoris Henrici*, & *Comes Hugo de Guermasia Manescalcus Domini Philippi Ducis Tusciae*. Questi Conti non si può negare, che avevano qualche piccola giurisdizione nella nostra Città. Ma per quello, che si raccoglie, piccola era la loro autorità; e forsi, e senza forsi, questi Conti essendo in sì miserabile riputazione, si partirono, e più non ci vennero a inquietare; e perciò nel mentovato Istrumento leggesi: *Usquequo in Comitatu fuerunt*. Dopo questo tempo Siena ebbe piena Libertà; ma però sotto la protezione Imperiale. I Consoli nostri si trovano nominati almeno infino al 1145. Ma non istimo già, che infino alla partenza de' Conti avessero tutta la Libertà, almeno nel Contado. Il Marchese Maffei nel suo dotto Libretto dell'antica Condizione di Verona, fol. 112. pare, che ei sia presso che del medesimo sentimento. Egli dice: *I Consoli, che quasi si può dire, che succedessero a' Conti, durarono poco più del 1200., e venne il nuovo governo de' Podestà*. E costoro si obligarono in molte cose di seguire diverse deliberazioni, ordinate da' Consoli, come si può vedere in questi Statuti Pistolesi, e ne' nostri Statuti, che sono allo Spedale compilati nel tempo di Carlo Primo Re di Napoli. Gli Statuti sono anco segno di Libertà, perchè particolarmente riguardano Governo e Giustizia. Non così anderei pensando intorno agli usi de' Luoghi, che riguardano deliberazioni intorno alle proprie sostanze, così anco a diversi ordini circa la mercatura, non istimo che denotino alcuna sorta di Libertà. In questo novero si deve riporre il *Consolato di mare*, quale è un danno, che ci sia arrivato assai guasto. La mercatura de' tempi basti era presso che tutta Italiana. I Veneziani, come osserva l'Abate Vertot nel suo Ragionamento delle Leggi Suntuarie de' Francesi, posto a fol. 517. del nono Tomo delle Memorie di Letteratura, in fin de' tempi di Carlo Magno portavano d'Oriente in Italia ricche pellicciarie, colle quali ornavano le vesti. Non istimo anco, che sia alcun segno di Libertà, che si dica in contrario il Marchese Maffei, l'Inscrizione di Verona fatta nel 920., riportata da esso lui nell'Antica Condizion. di Verona. Questo passo molto bene l'illustra la sottoscrizione che fece un Principe al Memoriale d'una Terra, che gli era rovinato il Ponte, ed era concepito con termini assai Cruscanti, o per dir meglio assai affettati. Così fu descritto:

*E quinci, e quindi, e guarì,  
 Rifate il Ponte co' vostri denari.*

Per riconoscere meglio il tempo di questa Libertà, sarebbe necessario riconoscere il tempo dell'origine di diversi Statuti nell'Archivio delle nostre Reformationi. Ve ne sono di più tempi; ma non si fa se vi sieno i più antichi. Con questa gelosia è tenuto questo Archivio, e forsi di ciò n'è la cagione, perchè desiderano, che altri non sappiano quello, che i Custodi non intendono; e perciò amano più tosto, che i Libri siano mangiati dalle tigniole, che ne sia fatto alcun buon'uso. Laonde io non saprei dir cosa di certo intorno al tempo de' medesimi. Nulladimeno io credo certamente, che nel tempo di Federigo I. Imperadore venissero alla luce. Egli fu assai lodato dal nostro Enea Silvio nella Vita di Federigo III. Imperadore. Egli dice, che Federigo I. amava molto le Lettere, e certo aggiungerò io, che al tempo suo la Lingua Latina incominciò a risorgere, e le Leggi incominciarono ad aprir la mente de' nostri Maggiori; e concesse qualche

„ sulibus licentiam, ut constringant  
 „ eos & Clericos suos ad rationem  
 „ stare.

A „ §. 2. Item statuimus, ut Ma-  
 „ jores Pistorii Consules non faciant  
 „ vindictam in havere vel personas

Tom. X.

T t

„ con-

qualche Libertà a que' Popoli, che erano del suo partito. E certamente in uno Strumento de' Cacciacconti posto al Num. VII. è citato il Breve de' Consoli, che senza dubbio è fatto nel tempo del mentovato Imperadore. Nello Spedale della Scala v'è una copia de' nostri Statuti compilati nel 1270. in circa; dalla lettura de' quali apertamente si riconosce, che i nostri Maggiori fin dal 1239. avevano Statuti. In questi a fol. 73. si legge: *De compellendo, qui muraverit super muro Communis, ad faciendum merlos, & pectorale. Et quicumque Civis Senensis, qui habet juxta murum, ab hodie in antea, quod est 1239. de mense Septembris, compellam ipsum facere merlos & pectorales ita bonos, sicut illos, quos coepit. Et si quis contrafecerit, centum Solidos sibi auferam.* Nel mentovato Strumento fatto nel 1197. chiaro mi pare, che si ravvisi, che i Sanesi avessero i loro Statuti, leggendovisi: *Et Franchisiam tenebimus, sicut in Brevis Consulum continetur.*

Io sono di parere del dotto Signor Maffei, là dove dice: *Ma cambiò interamente faccia tutta questa parte d'Italia nel XII. Secolo, essendosi la maggior parte delle Città messe in Libertà, e convalidata poi solennemente con la pace di Costanza.* Allora fu che si feno esse propj Statuti, e che si fermarono il loro Popolare Governo. E' certo, che avanti di questo tempo non si trova, che alcuna Città, se forse non fu Roma, e Venezia, avesse propj Statuti. Nel Secolo XII. non v'è dubbio, che gli Statuti del Popolo Pisano ebbero principio. Questi non furono tutti nel medesimo tempo fabbricati: chi prima, altri dopo furono dettati, e poi furono uniti tutti insieme, come si può riconoscere a fol. 10. dalla Lettera sopra le Pandette del dottissimo Abate Grandi. Il gentilissimo e molto Letterato P. Valleschi in una Lettera *de Veteribus Pisanæ Civitatis Constitutis*, al fol. 10. dice: *Anno Dominicæ incarnationis 1161. more Pisanæ, qui est communis 1160. prima primæ Urbis Civitatis Constituta compilata fuerunt.* Sigismondo Tizio nel primo Tomo delle sue Istorie dice, che in casa di Lionardo Cesaro in Siena vide un volume di Statuti Pisani, alla fine de' quali si legge: *Apud illum in volumine municipalis Juris Pisanorum vetusto prope finem hujusmodi legitur verba, videlicet: Lecta & publicata sunt hæc Constituta Pisana, & confirmata, existentibus Consulibus, Ugone Giotti, & Balso quondam Petri Albionis, & Rainerio Barattule, & Malvicino Hilderici de Cesaro coram Senatoribus suis, Anno Domini Millesimo Dugentesimo Primo.* Noi abbiamo detto, che Pisa e Siena ne' loro Statuti non passano il tempo dell'Imperador Federigo Primo. Così stimo, che questi Statuti altrove di più antichi non se ne trovino. Ma se questi non passano questo tempo, non ne segue, che anche le Città d'Italia non abbiano almeno qualche poco di tempo avanti acquistato qualche sorta di Libertà, come fin qui s'è detto. I Podestà poi, che vennero dopo de' Consoli, s'obbligarono in molte cose di seguire diverse deliberazioni de' Consoli, come anco si vede in questi Statuti di Pistoja. Dal che apertamente si riconosce, che i Podestà vennero appresso de' Consoli: e ciò avvenne intorno al 1200. Pio III. Papa ne' suoi Annali Sanesi inediti all'Anno 1201. dice de' Sanesi: *Rejecit Consulium administratione, ut minus utili, per Praetores res geri coepit. Et Orlandus Malapresa natione Lucensis, primus id munus gessit Anno Salutis 1201.* I Fiorentini accettarono il Podestà più tardi. Giovanni Villani all'Anno 1207. al Lib. 5. Cap. 32. dice: *E il primo, che fu Podestà in Firenze fu Gualterotto da Milano.* Pisa ebbe per Podestà, secondo il Tronci, nel 1190. il Conte Tedice della Gherardesca. Ma Ottone Frisingense nella Vita di Federigo I. parlando della Libertà d'Italia, fa ricordanza de' Consoli, e non de' Podestà: segno manifesto, che durante la vita di questo Imperadore, il governo di Podestà non era peranco introdotto. Da ciò s'impara, che il Tronci nel tempo del primo Podestà Pisano s'è ingannato, o veramente, che i Pisani furono stati i primi a introdurre questa dignità, e Ottone parlasse universalmente dell'Italia. Io sono di parere, che Pistoja prima di Siena non abbia avuto proprio Podestà. E quando l'avesse avuto, non parrebbe, che lo potesse avere avuto prima dell'Anno 1190. Sì che questi Statuti non potrebbero avere maggiore antichità. Sì che si rende più che verisimile, che ciò sia avvenuto nell'Anno 1197. *L'Invocazione in nomine Sanctæ & individuae Trinitatis, che è in*

„ contra..... nisi communi Con-  
 „ silio Consiliatorum electorum om-  
 „ nium vel majoris partis, qui tunc  
 „ Pistorii fuerint, exceptis poenis

A „ & vindictis in Capitulis speciali-  
 „ ter expressis. Quod si iverint ex-  
 „ tra Civitatem per Cavalcariam (c)  
 „ vel Hostem, possint facere vindi-

„ Etam

è in questi Statuti, è assai antica, come si può vedere a fol. 80. della Diplomatica del celebre Mabillone. Ma questa spello secondo il genio de' Notari è stata variata. Ma quello, che è necessario sapere, si è quanto la sia durata: la considero, che possa essere arrivata almeno fino al 1200., cioè infino a tanto, che stiede in vita l'Imperadore Arrigo VI. Nel Cartulario dell'Abadia della Berardegna a fol. 53. dell'Anno 1154., e a fol. 54. dell'Anno 1196. si legge questa formula. E questo Cartulario dura poco dopo il 1200. segno manifesto n'è, che per tutto è la mezza *I.* la quale fu introdotta in Italia intorno al 1200. Questa copula *I.* viene dall'Inghilterra, che gl'Inglese la chiamavano *And*; ma col tempo introdussero la mezza *I.* per significare questa copula. A questi Statuti da mano moderna per maggior comodità vi sono stati aggiunti i numeri, come se questi Statuti fossero divisi in tanti Articoli. Io per più facilità seguirò quest'uso. Questi Statuti hanno molte caselle, che non si legge quello che dicono, perchè il tempo ha consumato diverse parole.

(b) *Majores Consules.* Credo, che dir vogli i Consoli, che avanti de' Podestà governavano la Città. Forse erano detti *Majores*, a distinzione de' Consoli, che presedevano al Maestrate, nel quale si litigava, e chiamavasi da noi *il Maestrate del Piato*. Ma meglio penso d'appormi al vero, se dirò, che questi Consoli erano chiamati *Majores*, per distinguere i Consoli Plebei, detti Minori, da quei della Nobiltà. I Sanesi dividevano il loro Popolo in tre Grati, cioè Grandi, Mezzani, e Minori. I Grandi secondo Celso Cittadini dice, che erano i più ricchi. Ma egli fortemente s'inganna. I Grandi erano i soli Nobili. Gli altri erano sola Plebe, distinti secondo la facoltà in mezzani e minori. Sì che i Consoli cavati dalla Nobiltà erano chiamati *Majores*: e i Mezzani uniti a i Grandi, come genti del Popolo Sane se governavano la Città. E se altrove ho detto altrimenti, ho sbagliato. Una delle prime cose, che fecero le Città, acquistata che ebbero la Libertà, fu il difender le Chiese, particolarmente le principali delle loro Città, con questo però, che i Chierici stessero sotto le Leggi de' Laici. In verità questa protezione in que' tempi, ne' quali gli Ecclesiastici dilapidavano i loro beni, era totalmente necessaria, non che utile. Oggi certamente se non vi fosse questa protezione, molte Chiese sarebbero venute meno. Il medesimo che fecero i Pistolesi, lo fecero quei della mia Patria. Di questa pietà n'è pieno lo Statuto, ch'è nello Spedale. Il nostro Spedale della Scala, fondato da' Canonici, vedutosi dilapidare, il Rettore del medesimo supplicò Papa Celestino III. di non esser più sottoposto a' Canonici del Duomo, e ottenne d'esser separato dal governo de' Preti, come per le seguenti Scritture notate al Num. VIII. e IX. a bastanza si riconosce. E sono una Bolla del mentovato Papa Celestino III., ed una Sentenza, che sono nello Spedale. Di poi non avendo il Rettore gran braccio per potersi sostenere, il Comune di Siena sempre pio verso la Religione, ne prese la protezione. E allora questo Luogo Pio crebbe in potenza, e si fece uno de' più illustri Spedali d'Italia. E questa protezione mi giova credere, che avvenisse dopo la famosa battaglia di Monte Aperto, nel quale torno la Città crebbe molto di forze, e di Territorio. Lo stesso accadde alla nostra Chiesa Cattedrale, i Canonici della quale, o fuisse loro trascuraggine, ovvero ne fuisse cagione la forza de' più potenti, perdettero la maggior parte della Robba, che possedevano. Ed è certo, che i loro Beni furono totalmente dilapidati, come si può riconoscere in gran parte da quello, che possedevano, come da' seguenti Strumenti posti al Num. X. XI. XII. XIII. XIV. e XV. si vede. Molti altri sono i Beni donati alla nostra Chiesa: ma io pongo solo questi, e perchè sono i maggiori, e perchè iscoprono le nostre migliori Famiglie di Contado. Questa strana dilapidazione fatta da' Canonici, facilmente mosse a pietà i nostri Maggiori a prenderla in protezione, e ridurla in quella bellezza, nella quale al presente, si trova.

(c) *per Cavalcariam vel Hostem.* Così leggesi anco all'Articolo o Paragrafo 26. Tal voce vuol dire Scorreria fatta co' cavalli, o sia dalla cavalleria militare: ed è qualche cosa minore, che Oste, e viene dal Latino-Barbaro. La voce Toscana *Cavalcaria* è preta Fiorentina.

„ Etam, secundum quod eis melius  
 „ videbitur ad honorem Pistoriensis  
 „ Populi.

„ §. 3. Item statuimus, ut Majo-  
 „ res Pistorii Consules..... quidquid  
 „ dictum est in Sacramento de om-  
 „ nibus Statutis, & assignamentis;  
 „ de pecuniis tollendis; de damnis  
 „ dandis; qui non teneantur redde-  
 „ re, nec facere reddere, nec emen-  
 „ dare, nec facere emendare; & si-  
 „ militer suos proximos Successores  
 „ jurare faciant; & quicumque dam-  
 „ num de habere alicui Pistoriensis  
 „ Civi, vel Burgiensi, vel subur-  
 „ biensi (d) fecerint, propter hono-  
 „ rem Pistoriensis Populi teneantur  
 „ non emendare, nec emendare fa-  
 „ cere.

„ §. 4. Item statuimus, ut Majo-  
 „ res Pistorii Consules toto tempore  
 „ eorum Consulatus faciant, & fa-  
 „ cere faciant districtam omnibus ma-  
 „ nifestis inimicis Pistoriensis Populi,

A „ secundum quod melius potuerint,  
 „ ad bonum, & ad honorem nostrae  
 „ Civitatis, & ad malum & ad  
 „ damnum nostrorum inimicorum in-  
 „ fra duos proximos Menses, pro  
 „ quantum juratum habuerunt.

„ §. 5. Item statuimus, ut taliter  
 „ jurent illi, qui eligant Electores.

B „ Ego eligam quinque homines, quos  
 „ potiores & idoneiores esse cognovero  
 „ ad honorem Dei, & Sancti Jacobi,  
 „ & Sancti Zenonis, & Populi Pisto-  
 „ riensis. Ego non sum in aliqua Com-  
 „ pagnia (e), & summissione pro aliquo  
 „ officio Civitatis dando vel recipiendo:  
 „ nec aliquod comandamentum vel ante  
 „ factum vel post factum; nec aliquod  
 „ intendimentum & interdictum pro a-

C „ liquo Officio Civitatis dando, vel re-  
 „ cipiendo, nec aliquod sacramentum  
 „ feci neque recepi pro aliquo Officio  
 „ Civitatis dando vel recipiendo; sed  
 „ eligam tres homines, quos potiores  
 „ & idoneiores esse cognovero ad sal-

T t 2

„ vamen-

(d) *Suburbensis*. Questa voce mi giova credere, che sia lo stesso, che *Suburbani*, che si ritrova nell' Articolo 158. Noi altri diciamo *le Masse*, nella qual voce la Cru- sca non ha conosciuta nè l'origine, nè il significato.

(e) *Compagnia*, cioè Lega e unione. Questa voce dalla Lingua Volgare è entrata nella bassa Lingua Latina. E' certo, che questi Statuti sono ripieni di vocaboli Volgari. Io mi contenterò di notarne alcuni. All' Articolo 65. vi sono le parole *intendimentum*, e *advenimentum*. E *Bannus* parola, che viene dalla Lingua Romana, o forse Napoletana. Di parole Napoletane n' è ripiena la Traduzione inedita dell' Eneide di Virgilio, fatta dal nostro Meo di Ciampolo de gli Ugurgieri, che fiorì ne' tempi di Dante: forsi il più antico Volgarizzamento dettato in prosa, che noi abbiamo di questo eccellente Scrittore. E' però un danno, che sia stato copiato da incognita mano Napoletana. All' Articolo 18. si trova *Vanga*. All' Articolo 19. *Asinarius*. Al 21. *Bandita*. Al 22. *Caballus*, è parola vecchia. Di lì è venuto il nostro *Cavallo*. All' Articolo 28. *Divietum*, oggi *Divieto*. Al 45. *Assignamentum*. Al 61. *Foretanus*. Al 66. *Tenuta*; *Superguardari*; *Servare*; *Driçturae*: All' Articolo 67. *Merlati*. Al 95. *Sine accordamento*. Al 140. *Calcina*. Al 142. *Magagnati*. Tal voce si trova anco ne' nostri antichi Strumenti, parlandosi di cavalli feriti. E questo saggio parmi che basti per dimostrare quest' uso. E' certo che di queste voci Volgari entrate nella bassa Latinità, si potrebbe fare un bello e nobile accrescimento al Glossario della bassa Latinità del celebre Du-Cange. Io osserverò anco, che di queste voci Volgari ne sono assai più ripiene le Scritture Toscane, che quelle dell' altre parti d' Italia, come per esempio Venezia, Bologna, Milano. E certamente leggendo gli Statuti di Verona, ultimamente pubblicati, vi si trovano molte voci Volgari, ma non in tanta abbondanza, come ne' nostri. Ciò l'ascrivo a qualche considerazione, che s' incominciava a fare di nostra Favella in quei tempi antichi. L'osservazione delle voci Volgari di Toscana, entrate nella bassa Latinità, la fecero anco i Giornalisti di Venezia nell'estratto della Vita di San Cresci, composta dal Canonico Mozzi.

„ vamentum, & ad utilitatem Pistoriensis Populi. Qui eligant quinque Consules meliores & potiores, quos cognoverint ad utilitatem & salvamentum Pistoriensis Populi, non considerato amore, nec inimicitia, nec ulla humana gratia. Hoc est sacramentum illorum, qui debent eligere Consules. Ego non sum in aliqua Compagnia, vel summiffione pro aliquo Consulatu Civitatis Pistorii, dando vel recipiendo: neque aliquod intendimentum, neque adredimentum esse mihi dicam, neque comandamentum factum, ut ego essem Elector Consulum, neque aliquod sacramentum feci, aut recepi pro aliquo Consulatu Civitatis Pistorii dando aut recipiendo. Et concordor cum sociis meis in Arringo electis de quinque hominibus in Consulatatu eligendis, qui mihi videantur idoneiores vel potiores, ad honorem & utilitatem & salvamentum Civitatis Pistorii & Pistoriensis Populi..... quod emerit & odium nec profunt neque obfunt. Et non eligam de ipsis, qui fuerunt duobus annis retro expletis in Calendis Januarii proximi.

„ §. 6. Item statuimus, ut si in sacramento Pistorii Consulum, vel in Constituto aliquod Capitulum speciale inveniatur contrarium alicui Capitulo speciali, vel aliquod Capitulum generale inveniatur contrarium alicui Capitulo generali, Majores Pistorii Consules referant

A „ Consiliariis electis omnibus, quos tunc sine fraude habere potuerint, & qui omnibus Consulibus, vel majori parti eorum, & omnibus Consiliariis, vel majori parti eorum, communi Consilio accepto per sacramentum placuerint, teneantur. Et si aliquod Capitulum speciale sit contrarium alicui Capitulo generali, cogantur tenere speciale, & dimittant generale.

B „ §. 7. Et statuimus, ut si quis feritam fecerit cum ferro studiose alicui Concivi, nisi se defendendo, vel in bello alicui bellanti, Solidos sexaginta tollant, & dare ei faciant, qui feritam acceperit.

C „ §. 8. Item si quis feritam studiose de ligno alicui Concivi dederit, nisi supradicto modo, aut in castigando familiam, in quadraginta Solidos eum puniant, & dare ei faciant, qui feritam acceperit. Item si quis Civis alicui Concivi in vultu de manu percusserit studiose, nisi in supradicto modo, in viginti Solidos eum puniant, & dare ei faciant, qui feritam acceperit, nisi vilior persona digniorem gravi verborum vel facti injuria lacessiverit. Et si praedictae personae non habuerint, unde praedictam poenam persolvere valeant, expellantur de Civitate. & in toto Consulatatu illius anni in Civitate nostra, nec in Burgis, nec

D „ infra tria milliaria prope Civitatem habitare permittantur. (f)

E „ §. 9. Et

(f) All' Articolo Settimo e Ottavo si trovano nominate diverse pene, che s'imo, che sieno prese da' Longobardi, ovvero da altri Popoli Settentrionali. Nelle Leggi Saliiche pubblicate da Giovanni Giorgio Eccardo, fol. 45. vi sono delle Leggi corrispondenti a queste de' Pistoiesi. Nel titolo delle scritte, fra l'altra cose leggesi: Si quis hominem plagaverit, & sanguis ad terram cadit, & fuerit approbatum, Malb. Chalsfrido DC. denariis, qui faciunt Solidos XV. culpabilis judicetur. Si quis hominem capite plagaverit, & exinde ossa exierint, Malb. Chalsfrido MCC. denar. qui faciunt Solid. LXXX. culpabilis judicetur. Si quis hominem ita plagaverit, ut cerebrum appareat, & sua ossa desuper cerebro exierint, Malb. Huperda Aisenus MDCCC. denar. qui faciunt Solidos XLII. culpa-



„ §. 9. Et statuimus, ut si quis  
 „ inculpatus fuerit, fecisse homici-  
 „ dium, & se super sancta Dei Euan-  
 „ gelia defenderit ante Consules, vel  
 „ Rectores pro Communi electos,  
 „ &..... pro illo interfecto illi in  
 „ personam, & graviter feriendo of-  
 „ fenderit, simili modo punietur, ut  
 „ continetur (g) de Homicidiis in  
 „ Sacramento Consulium, praeterquam  
 „ de casa destruendâ.  
 „ §. 10. Item statuimus, ut si a-  
 „ liqua persona pro Communi in  
 „ Officio Civitatis fuerit, & pro  
 „ Officio illo ab aliquo sibi studiose  
 „ & feriendo graviter, nisi se de-  
 „ fendendo, in persona offensio facta  
 „ fuerit, ille qui intulit offensio-  
 „ nem, puniatur, ut de homicidio,

A „ praeterquam de Turre & Casa.  
 „ Et si fuerit offensio in habere; in  
 „ quadruplum ei restituatur ab eo,  
 „ qui damnum dedit.  
 „ §. 11. Item statuimus, ut si  
 „ quis Pistorii Civis captus vel de-  
 „ praedatus fuerit ab aliquo vel ali-  
 „ quibus personis, Majores Pistorii  
 „ Consules pro suo posse sine fraude  
 „ personam & havere recuperare a-  
 „ djuvent.  
 „ §. 12. Item statuimus, ut nostri  
 „ Majores Consules habeant curam  
 „ & studium, quatenus Pistorii Ci-  
 „ ves cum eorum bonis secure pos-  
 „ sint ire & redire.  
 „ §. 13. Item statuimus, ut si  
 „ quis de nostris Civibus captus,  
 „ (h) vel depraedatus fuerit in ali-  
 „ quâ

*culpabilis judicetur. Si vero intra costas, aut in ventrem, ita ut vulnus ad interiora per-  
 venerit, & semper cuffat & non sanit, Malb. Prioblitta MMD. denar. qui faciunt Soli-  
 dos LXII. cum dimidio, exceptâ medica usq; pro qua Solidos VIII. componat, qui faciunt  
 denarios \* CCCIX. Si quis ingenuus ingenuum suste percusserit, & sanguis tamen non exie-  
 rit usque ad tres colpos, Malb. Wadsal-ho CCCLX. denar. qui faciunt Solidos VIII. cul-  
 pabilis judicetur &c. Le penz degli Statuti Pistolesi, tuttochè dimostrino esser maggio-  
 ri, stante la grande scarsità di moneta, che era tra i Barbari di là dal Mille, sono nul-  
 ladimeno minori. Le pene però fra questi Barbari non erano uguali. Queste si pratica-  
 vano secondo l'uso di diverse Nazioni, che v'abitavano. Questa diversità di Nazioni  
 la riconobbe anco Carlo Magno in un suo Capitolare fatto nell'Anno 793. Eccone  
 le sue parole: *De diversis Generationibus hominum, qui in Italia commorant, volumus,  
 ut ubicumque culpa contigerit, unde Faida crescere potest, propter eas fatigationes hominis  
 illius, contra quem culpaverit, secundum illius Legem, cui negligentiam commisit, emen-  
 det. De statu vero ingenuitatis, aut aliis querelis, unusquisque secundum suam Legem  
 componat.* E quei che vivevano *Lege Salica*, furo gli ultimi a venire nella nostra Italia.  
 Io mi penso, che vi venissero poco prima di Carlo Magno; ma dopo di lui ve ne  
 venne gran copia; e di dieci per esempio, che abbiamo dagli Antichi, due terzi almeno  
 vivono *Lege Salica*. Noi altri sì di Pistoja, come di Siena eravamo sotto de' Longobar-  
 di. E quando nel 774. Carlo Magno soggiogò la Città di Pavia, e con questa il Regno  
 de' Longobardi, noi incominciammo a contare li Anni dalla presa di Pavia, come si  
 osserva in uno Strumento del Principe Chigi, nel quale si legge: *In Dei nomine, regnan-  
 te Domino nostro Carolo Rege Francorum & Langobardorum, quo cepit Langobardiam. Anno  
 Regni ejus Tertio, Pridie Idus mensis Magii, Indictione XV.* Noi osserveremo, che Monfi-  
 gnor Fontanini, Lib. *Vindictae antiquorum Diplomatum*, fol. 246. prende granchi come  
 balene, nel restringere che fa l'Epocche di Carlo Magno a solo quattro, quando in mag-  
 gior numero queste dovevano essere, chiaro essendo, che molti paesi aveva egli acqui-  
 stato, e che dalle soggiogazioni di diversi Popoli sono derivate molte Epocche.*

(g) E' certo a mio credere, che i Pistolesi avevano qualche particolare Statuto,  
 o deliberazione, come risulta da queste parole: *Ut continetur de Homicidiis in Sacramento  
 Consulium.* Ed anco all'Articolo 27. leggesi: *Et statuimus, ut quidquid dictum est in sa-  
 cramento Potestatis, & omnibus Statutis &c.*

(h) In questo Articolo si tratta delle *Ripresaglie*, alle quali tanto attendevano i no-  
 stri Maggiori. Di quest'uso ne sono ripieni i nostri Libri. Nulladimeno i Coropilatori  
 della

„ quâ Terrâ, nostri Majores Con-  
 „ les tunc requirant homines illius  
 „ Terrae: & post tertiam inquisitionem,  
 „ si praedicta bona depraedata  
 „ readquirere non potuerint, capian-  
 „ tur bona hominum illius Terrae  
 „ in tantundem.

„ §. 14. Item statuimus, ut nemo  
 „ capiatur in Civitate Pistorii, nec  
 „ in ejus Burgis sine jussione Majo-  
 „ rum Consulium. Et si contra hoc  
 „ factum fuerit, Consules faciant  
 „ eum absolvere, & secundum quod  
 „ a Consiliariis electis consilium ha-  
 „ buerint, faciant & observent.

„ §. 15. Et statuimus, ut si in  
 „ sacramento Pistorii Consulium, vel  
 „ in Constitutionibus aliquod dubium  
 „ de ipso scripto fuerit, Majores  
 „ Consules habeant Consilium cum  
 „ omnibus Consiliariis electis illius  
 „ anni, qui tunc Pistorii fuerint;  
 „ & qui sine fraude potuerint habe-  
 „ ri, & secundum quod videbitur  
 „ omnibus praedictis, vel majori par-  
 „ ti eorum super sacramentum intel-  
 „ lectum illius scripti dubii fore,  
 „ taliter sit & permaneat.

A „ §. 16. Et statuimus, ut Majo-  
 „ res Consules Pistorii mittant Cu-  
 „ stodes, & faciant custodire Syl-  
 „ vam, quae vocatur vulgo Urfinia,  
 „ ne incidatur nec comburatur, nec  
 „ aliquatenus deguastetur in Consu-  
 „ latu; & sic faciant jurare suos  
 „ successores, & ipsi similiter usque  
 „ ad terminum quindecim annorum,  
 „ nisi communi Consilio Consulium  
 „ & Consiliatorum omnium, vel ma-  
 „ joris partis immutatum fuerit.

B „ §. 17. Et statuimus ut Majores  
 „ Consules non faciant investitionem  
 „ neque concessionem de Bonis Ci-  
 „ vitatis nostrae sine communi con-  
 „ cordia omnium Consulium, vel ma-  
 „ joris partis, & omnium Consilia-  
 „ torum, vel majoris partis, habitâ  
 „ per sacramentum.

C „ §. 18. Et statuimus, ut Majo-  
 „ res Consules infra quindecim dies  
 „ proximos per sacramentum eorum  
 „ praestitum mittant bannum sub  
 „ poena duodecim Denariorum, (i) ut  
 „ nullus Laborator terrarum a Ka-  
 „ lendis Novembris usque ad Kalen-  
 „ das Aprilis accipiant in die pre-  
 „ tium

della Crusca non hanno inteso la forza di questa voce. Nel prodromo del Libro intitolato *Codex juris gentium* del dottissimo Leibnizio, fol. 22. a nostro proposito si legge: *Litterae a Ferdinando Rege Siciliae ad Ludovicum XI. Galliae Regem per Fecialem missae, quibus queritur, quod Christophorus Columbus tres suas depraedatus sit; postulatque sibi ablata restitui. Datum in Terra Fociae die VIII. Decembris 1474.* Dopo questa richiesta quando non fosse restituito il tolto, si veniva a invadere i Beni del suddito di quel Principe, o di quella Città. E questo chiamavasi far Ripresaglia. Tal'uso dovette durare intorno al Mille cinque cento. Ne' nostri Statuti dell'ultima compilazione, fatta intorno a questo tempo, sono proibite le Ripresaglie.

(i) *Ut nullus Laborator &c.* Si comanda, che i Lavoratori del terreno non abbiano più di due Denari l'inverno, e quattro l'Aprile, infino a Novembre. Quest'uso al presente si pratica particolarmente da' Muratori. La penuria del denaro faceva in quei tempi dare sì piccole mercedi. Il commercio e l'iscoperta dell'Indie, furono la vera cagione d'accrescere la copia delle mercedi. Queste anco nel Secolo del 1400. erano in basso stato. Appresso di noi si legge in un Contratto dell'Archivio del nostro Duomo, che nel 1308. Duccio del quondam Buoninsegna, Cittadino Senese, celebre Dipintore, prese a fare una Tavola dell'Altar Maggiore del Duomo, e fra gli altri passi vi sono che; *dictus autem Dominus Jacobus Operarius, nomine dicti Operis, & pro eo, dare & solvere promisit dicto Duccio pro suo salario dicti operis & laborerii, sexdecim Solidos Denariorum Senensium pro quolibet die, quo dictus Duccius laborabit suis manibus in dicta Tabula: salvo quod si pederet aliquam doctam diem, debeat computari de dicto salario pro tota docta, sine temporis*

„ tium ab aliquo Cive Pistoriensi ul-  
 „ tra duos Denarios, nisi quando la-  
 „ borat cum Vanga, praeter victua-  
 „ lia, vel nisi faciat fossam, tunc  
 „ accipiat Denarios tres. Et a Ka-  
 „ lendis Aprilis usque ad Kalendas  
 „ Novembris Denarios quatuor, prae-  
 „ ter victualia. Et si quis Laborato-  
 „ ri tenuerit suam mercedem ultra  
 „ dies octo, pro qua Laborator sibi  
 „ petierit, tollant ei Denarios duo-  
 „ decim, nisi per Laboratorem stete-  
 „ rit. Similiter puniatur, quod plus  
 „ dederit, ut supra dicitur.

„ §. 19. Item ut nullus Asinarius  
 „ a Kalendis Novembris usque ad  
 „ Kalendas Aprilis, pro diurna mer-  
 „ cede accipiat ultra Denarios VI.  
 „ in die, & a Kalendis Aprilis u-  
 „ sque ad Kalendas Novembris De-  
 „ narios VIII. praeter victualia. Qui  
 „ contra hoc dederit vel acceperit,  
 „ & cognitum fuerit, componat de-  
 „ narios XII. Et hoc idem spectet  
 „ ad officium Rectoris, duplum mer-  
 „ cedis puniendi.

„ §. 20. Et statuimus, ut nullus  
 „ Magister Lignaminum a Kalendis  
 „ Novembris usque ad Kalendas A-  
 „ prilis ultra Denarios V. in die pre-  
 „ tium accipiat, & a Kalendis Apri-  
 „ lis usque ad Kalendas Novembris  
 „ ultra Denarios VII. praeter vi-  
 „ ctualia.

„ §. 21. Idem dicimus de Magi-  
 „ stris Petrarum. Et juret Rector  
 „ Cappellanus observare & habere  
 „ curam, & studium inveniendi, si  
 „ plus acceperint. Et hoc faciant  
 „ bandire Consules super eorum sa-  
 „ cramentum.

A „ §. 22. Et statuimus, ut omnes  
 „ Ferrarii Pistorii jurari de cetero  
 „ non teneantur securitatem, in qua  
 „ teneantur per sacramentum vende-  
 „ re ferros vel clavos ferreriae ad  
 „ certum pretium constitutum, aut  
 „ in qua teneantur non ferrare sine  
 „ pretio vel ferro, aut clavos non  
 „ concedere, & non lucrentur de  
 B „ duodecima ferri, nisi Denarios duo-  
 „ decim, & sic de omnibus duode-  
 „ cimis. Et Ferrarii accipiant tres  
 „ Denarios de ferro Caballi, & de  
 „ clavis, & ferrent pedes pretio, &  
 „ non plus, nisi emtor melius fer-  
 „ rum voluerit. Et accipiat de fer-  
 „ ro Asini, & clavis suis, si habeat  
 „ ferrum; & de clavellariis hoc i-  
 C „ dem faciant & accipiant. Item  
 „ hoc idem faciant de ferris Muli.  
 „ Si autem ferrum habuerit quatuor  
 „ clavellarias, tunc accipiant in fer-  
 „ rare Denarios duos, & ferro pro  
 „ eodem pretio & non plus: & de  
 „ suo ferro, & de suis clavis. Si  
 „ autem Ferrarius fecerit ferrum non  
 „ de suo ferro, tunc accipiat pro  
 D „ fastura & ferratura unum Denar-  
 „ rium & dimidium, & non plus.  
 „ Et si ferraverit Ferrarius Cabal-  
 „ lum, seu Mulum non de suo fer-  
 „ ro & non de suis clavis, tunc de-  
 „ beat ferrare duos pedes Caballi  
 „ pro uno Denario. Et si de suo  
 „ ferro & de suis clavis, tunc acci-  
 „ piat unum Denarium de pede, &  
 E „ Ferrarius non falsaverit ferrum.

„ §. 23. Et statuimus, ut omnes  
 „ Macellatores jurari de cetero non  
 „ teneantur securitatem, in qua te-  
 „ neantur per sacramentum. Nec a-  
 „ liquis Macellator bestiam vel be-  
 „ stias

*temporis perdit. Quod quidem salarium idem Operarius, nomine quo supra, dare teneatur, & promissit dicto Duccio hoc modo, videlicet quolibet mense, quo dictus Duccius laborabit in dicta Tabula, dare eidem Duccio Libras decem Denariorum in pecunia numerata; & residuum dicti salarii excompensare in Denariis, quos idem Duccius dare teneatur Operi Sanctae Mariae supradicto.*

„ alias ad libitum suum, etiam con-  
 „ tra voluntatem vel interdictum a-  
 „ liorum, possit bestias emere, &  
 „ interficere, vel carnem vendere,  
 „ & de qua carne interrogatus.....

*In nomine (k) sanctissimae indivi-  
 duae Trinitatis. Amen.*

„ §. 24. Statuimus, ut Potestas Pi-  
 „ storii habeat in protectionem &  
 „ defensionem Ecclesiam Sancti Ze-  
 „ nonis, & ejus bona, & habeat in  
 „ protectionem & defensionem (l) om-  
 „ nes Ecclesias, & Loca venerabi-

A „ lia, & eorum bona, usque ad quat-  
 „ tuor milliaria prope Civitatem Pi-  
 „ storii, quae sunt nostri districtus,  
 „ salvo jure Patronorum. Et qui  
 „ modò Potestas possit facere, quod  
 „ utile fuerit nostrae Civitati. Intel-  
 „ lectus talis est, quod teneatur de  
 „ hoc Capitulo, si Episcopus Pisto-  
 „ riensis, vel Capitulum Pistorii pro-  
 „ miserint solemniter, quod ipsi, &  
 „ sui Clerici stabunt in judicio cum  
 „ Laicis, & dederint Consulibus li-  
 „ centiam & Potestati, ut constrin-  
 „ gant omnes suos Clericos ad ra-  
 „ tionem stare.

„ §. 25. Et

(k) Di nuovo si ripete l'invocazione: *In nomine sanctissimae Individuae Trinitatis. Amen.* E' curioso l'indagare perchè questa ripetizione vi sia, ogni volta ch'è fatta nel principio di questi Statuti. Se m'è lecito apportare il mio parere, dirò, che non v'è ripetuto di nuovo l'Anno, perchè sono tutti stati fatti, o compilati nel medesimo tempo. Ma l'invocazione, perchè gli Statuti riguardano diverse persone, è stato necessario repeterla. Questa seconda invocazione riguarda i Podestà, perchè i Podestà avevamo tolta presso che tutta l'autorità a' Consoli: perciò la maggior parte di questi Statuti riguardavano i Podestà, e non i Consoli. Si vede chiaro, che nel medesimo tempo v'erano i Consoli, e il Podestà. Ma crescendo l'autorità di tempo in tempo quella de' Podestà, a poco a poco venne meno la dignità de' Consoli. Appo i Sanesi la dignità de' Consoli, ma non con tutta l'autorità, durò infino al 1213 come ho detto nelle mie Note alla Cronica Saneese. E questi Consoli secondo Celfo Cittadini incominciarono nel 1146. Egli nel suo Signorista inedito, ovvero Ristretto delle Famiglie Nobili di Siena così parla: *Or volendo venire a' particolari, premetteremo, che dall'Imperador Carlo Magno infino al 1146. o ivi d'intorno il sommo Maestro di Siena fosse sotto nome di Conte annuo, ovvero a tempo, eletto dall'Imperadore del numero de' suoi Baroni; o erano de' Nobili del Contado, o di Cittadini del Popolo di essa Città, come viene in parte mostrato dal Malavolta. Alla prima parte dell'istoria non c'è rimasta cosa alcuna, eccetto i Bandinelli, che n'hanno avuti tre, cioè..... il Conte Bandinello suo figliuolo. L'altre Case, che n'hanno avuti, sono spente dal 1146. fino al 1213.* Celfo Cittadini fra' nostri è stato il primo a rinfecare la vera Storia dalle favolose tradizioni. Nulladimeno non posso negare, che egli non abbia preso in chiochca molti favalloni. E' certo, che egli doverà avere appreso, che fin dell'Anno 1145. ne' nostri Contratti vi sono nominati i Consoli. Ma egli dà in fallo nel pensare, che mentre v'erano i Consoli, non vi fossero anco i Conti infino a Filippo Duca di Toscana, come per l'avanti s'è provato. Mi maraviglio anco assai, che fra le Famiglie Sanesi esistenti non si ponga altri, che i Bandinelli, che abbiano goduta questa dignità, quando è noto, che *Paltonieri* era nostro Conte, e che secondo il medesimo Cittadini era de' nostri *Ugurgieri*, che al presente sono anco in Siena. Voglio però confessare, che *Ugurgieri* e *Bandinelli* sieno una medesima consorteria. Ma quello, che mi fa maggior caso nel Cittadini, si è, ch'egli troppo facilmente ha creduto a un Buondoni, e a un Bisdomini, Scrittori, che hanno raccolto le più rozze tradizioni, che sieno sparse nella Città di Siena. Questi Scrittori sono stati le delizie del nostro chianoso Girolamo Gigli, come a pieno si riconosce nel suo Diario. A questa forgeare ha bevuto anco il nostro Cittadini con molta parsimonia.

(l) Queste protezioni delle Chiese, mi penso, che sieno fatte ad imitazione di Carlo Magno, che tanto amava di proteggere le medesime, come si può vedere ne' Capitulari di quello Principe.

„ §. 25. Et statuimus, ut Potestas  
„ Pistorii non portet Corredum (m)  
„ de collo, vel de dosso de Commu-  
„ ni, nisi consilio omnium Consilia-  
„ riorum, vel majoris partis, qui  
„ tunc Pistorii fuerint.

„ §. 26. Et statuimus, ut Potestas  
„ Pistorii non faciat vindictam in  
„ havere vel personas, nisi communi  
„ consilio Consiliatorum electorum  
„ omnium, vel majoris partis, qui  
„ tunc Pistorii fuerint, exceptis poe-  
„ nis & vindictis in Capitulo spe-  
„ cialiter expressis. Quod si iverit  
„ extra Civitatem per Cavalcajam  
„ vel Hostem, possit facere vindi-  
„ ctam, secundum quod ei melius  
„ fuerit visum ad honorem & bonum  
„ Pistorii Populi.

„ §. 27. Et statuimus, ut quid-  
„ quid dictum est in sacramento Po-  
„ testatis, & omnibus Statutis & as-  
„ signamentis de poenis tollendis,  
„ de damnis dandis, qui teneantur  
„ non reddere nec emendare, nec  
„ facere reddere, nec facere emen-  
„ dare. Et similiter suum proximum  
„ successorem Potestatem & Consules  
„ jurare faciunt; & quodcumque ban-  
„ num de havere alicui Pistoriensi  
„ Civi, vel de Pistoriensi Burgio,  
„ aut Suburbio, vel districtus Pisto-  
„ rii: propter honorem Pistoriensis  
„ Populi teneantur non emendare  
„ nec emendare facere.

„ §. 28. Item statuimus, ut Po-  
„ testas toto tempore sui Dominii  
„ faciat, & facere faciat decretum  
„ omnibus manifestis inimicis Pisto-  
„ riensis Populi, secundum quod me-  
„ lius potuerit ad honorem nostrae

Tom. X.

A „ Civitatis, & ad malum & dama-  
„ num nostrorum inimicorum infra  
„ duos Menses proximos, pro quan-  
„ tum sacramentum praeslitit.

„ §. 29. Et statuimus, (n) ut si  
„ in sacramento Potestatis, vel in  
„ Constituto aliquod Capitulum scri-  
„ ptum inveniatur contrarium alicui  
„ Capitulo speciali, vel aliquod Ca-  
„ pitulum generale contrarium inve-  
„ niatur alicui Capitulo generali,  
„ Potestas referat Consiliariis electis  
„ omnibus, & sine fraude hoc pe-  
„ tat. Et si omnibus Consiliariis,  
„ vel majoris partis eorum communi  
„ consilio accepto per sacramentum  
„ placuerit, teneatur. Et si aliquod  
„ Capitulum sit contrarium alicui Ca-  
„ pitulo generali, teneatur speciale  
„ & dimittatur generale.

C „ §. 30. Et statuimus, ut si quis  
„ feritam cum ferro fecerit alicui  
„ Concivi, nisi se defendendo, vel  
„ in bello alicui bellanti fecerit,  
„ Potestas Solidos quadraginta ei tol-  
„ lat, & dare ei faciat, qui feritam  
„ acceperit, ac etiam pacem fieri fa-  
„ ciat, &..... pro Communi tol-  
„ lat, & non reddat, nec pacem  
„ faciat. Item si quis studiosè feri-  
„ tam de ligno alicui Concivi dede-  
„ rit, nisi suprascripto modo, aut ni-  
„ si castigando familiam suam, in  
„ sexaginta Solidis; & dare ei fa-  
„ ciat, qui feritam accepit ante pa-  
„ cem factam. Et insuper si aliquis  
„ feritam pro communi tollat, non  
„ reddet, nec reddere faciet. Item  
„ si quis Civis alicui Concivi.....  
„ tunc Potestas in quadraginta Soli-  
„ dos eum puniat, nisi vilior perso-

V v

„ na

(m) *Corredum*: cioè Segno o Arme del Comune. Questa voce in questo significa-  
to non è nota nè al Du-Cange, nè al Compilatori della Crusca. Io credo però, che  
non fusse Arme, ma solo per segno di distinzione da un luogo all'altro.

(n) Quae in hoc Paragrapho ac subsequenteribus repetuntur, ad Potestatum regi-  
men spectantia, eadem fere sunt ac ea quae supra in §. 6. & seqq. ad Consuluum  
administrationem pertinentia leguntur. *Muztorius*.

na digniorem gravi verborum vel facti injurià laceſſiverit. Quod ſi praediſtae perſonae non habeant, unde diſtas poenas perſolvere valeant, expellantur de Civitate noſtra, & de toto dominio illius anni in Civitate noſtra, nec in ejus Burgis, nec infra tria milliaria prope Civitatem habitare permittat. Intellectus talis eſt: quod ſi aliquis incontinenti..... vindictam fecerit in perſonam ejus, qui fuerit percuffus, non teneatur inde aliquid tollere.

„ §. 31. Et ſtatuímus, ut ſi aliquis inculpatus fuerit, feciſſe homicidium, & ſe ſuper Dei Evangelia defenderit ante Majores Conſules & Electores, vel Potentatem pro Comuni electos, & poenam aliquam pro illo interfecto, illi in perſonam, & graviter feriendo offenderit, ſimili modo puniatur, ut continetur de Homicidiis in ſacramento Conſulum, praeterquam de Caſa deſtruenda & Turri.

„ §. 32. Item ſtatuímus, ut ſi aliquis, qui pro Comuni in officio Civitatis noſtrae, & pro illo officio ab aliquo ſibi ſtudioſe & graviter injurià ferienda facta fuerit, niſi ſe defendendo, ille, qui intulit offenſionem, puniatur, ut de homicidio, praeterquam de Turre & Caſa. Et ſi fuerit offenſio in havere, in quadruplum ei reſtituatur ab eo, qui damnum dedit.

„ §. 33. Et ſtatuímus, ut ſi aliquis Piſtorii Civis capiatur ſic ab aliquo, vel aliquibus perſonis, Majores Piſtorii Conſules pro ſuo poſſe ſine fraude perſonam & ha-

A „ vere recuperare adjuvent, & iſtam redire.

„ §. 34. Et ſtatuímus, quod Po- teſtas habeat curam & cuſtodiam, quatenus Piſtorii Cives cum eorum bonis ſecure poſſint ire & redire.

„ §. 35. Item ſtatuímus, ut ſi quis de noſtris Civibus captus & retentus fuerit in aliquo tempore, Potentis faciat reddere Civem illum Terrae, & poſt unam in- quiriſitionem . . . . . (o) . . . . .

„ §. 36. Donata, ſive locata, vel in emphyteoſim data, vel in teni- mentum, vel libellario nomine data, vel in aſſectum collocata, ſine conſenſu totius Capituli, vel majoris partis, ex uſu noſtrae Ci- vitatis non teneat, priuſquam Po- tentis & Conſules ſcierint, & in- fra quadraginta dies proximos re- ſcindant & reſcindi faciant. Et ſi qua perſona ſciens fecerit conque- ſtum a jam diſta Eccleſia, vel aliquibus ſupradiſtorum, quartam partem pretii amittat, & noſtrae Reipublicae applicetur..... pigno- raverit tempora emptionis, pre- tium non amittat, & conqueſtum reſciadat, ſi potuerit ſe defendere per ſacramentum, ſe ignoraffe. Et Potentis & Conſules non poſſint dare parabolam (p) ſine Conſilio Conſiliariorum omnium, vel ma- joris partis, qui tunc temporis aderunt.

„ §. 37. Item de aliis Eccleſiis ſtatuímus, quae ſunt in Civitate Piſtoria, vel extra Civitatem pro- pe quatuor milliaria, ſi aliquis Reſtor ipſius Eccleſiae alienaverit, „ & pi-

(o) Heic pagina deſideratur, ob exeſas nimium literas. *Muratorius*.  
 (p) *Parabola*. Da queſta voce viene quella di *Paravola*, e poi *Parola*. In queſti Statuti non ſignifica favellamento per ſimilitudine, ma altro a mio credere non impor- ta, che dir parola, o promettere. E' molto da lodare la pietà de' Piſtoleſi in diſeu- dere i beni delle Chieſe. Tanta diligenza non la veggio praticare ne' noſtri Statuti.

„ & pignori obligaverit, vel alio  
 „ modo alicui personae in conque-  
 „ stum dederit sine licentia sui Pa-  
 „ troni, si habuerit, vel de aliquo  
 „ de Patronariis, infra quadraginta  
 „ dies proximos, ex quo scierint,  
 „ rescindant, & rescindere faciant.

„ §. 38. Item statuimus de posses-  
 „ sionibus Ecclesiae de Fonte Tao-  
 „ nis, & Sancti Bartholomei super  
 „ Prata, vel Crucis Arandilianae,  
 „ quae sunt intra nostrum districtum.

„ §. 39. Item statuimus de posses-  
 „ sionibus praedictarum Ecclesiarum,  
 „ quae possessiones sunt intra no-  
 „ strum districtum, quod si Episco-  
 „ pus vel aliquis Praelatus vendide-  
 „ rit, vel pignorerit, vel alio mo-  
 „ do in conquestum dederit sylvas;  
 „ & Episcopus, vel alius Praelato-  
 „ rum infra quadraginta dies proxi-  
 „ mos requisitus fuerit a Rectoribus  
 „ Civitatis, non revindicaverit, non  
 „ permittam eum uti & frui de bo-  
 „ nis praedictarum Ecclesiarum, sed  
 „ omnibus privetur, nisi supradicta  
 „ solemnitas fuerit observata, quae  
 „ continetur in superiori Capitulo.

„ §. 40. Item censuimus & sta-  
 „ tuimus, ut puella nostrae Civita-  
 „ tis, Burgiorum, & Suburbiorum,  
 „ post suae matris decessum tradat  
 „ se nuptui ante duodecimum annum  
 „ suae aetatis completum, nec ejus  
 „ Mundualdus hoc agere possit. Et  
 „ si qua persona hoc fecerit, cassum  
 „ sit & inutile, & ipsa puella ad  
 „ Mundualdum suum redeat. Post  
 „ duodecimum verò annum suae ae-  
 „ tatis expletum, Mundualdus ejus  
 „ possit eam matrimonio collocare &  
 „ maritare. Et si possessio puellae  
 „ est ei libera, ipse Mundualdus si-  
 „ bi retineat de substantia puellae  
 „ propter Mundualdum solvere.

A „ §. 41. Si autem possessio puel-  
 „ lae fuerit, & esset major aut mi-  
 „ nor centum Libris, pro unaqua-  
 „ que Libra percipiat Mundualdus  
 „ duodecim Denarios, & non am-  
 „ plius. Intellectus talis est, quod  
 „ omnia ista habeant locum, si puel-  
 „ la relicta esset absque Patre; &  
 „ si Mundualdus male tractaverit  
 B „ puellam, vel possessionem puellae  
 „ . . . . . nihil sibi retineat de pos-  
 „ sessione puellae. Si autem puella  
 „ post duodecimum annum suae ae-  
 „ tatis expletura, se nuptui tradi-  
 „ derit, & ipsum factum Mundual-  
 „ do non placuerit, nisi ipse Mun-  
 „ dualdus fraudulenter retinuerit ip-  
 „ sam puellam, non retineat de pos-  
 C „ sessione puellae centum Libras,  
 „ ducentos Solidos. Si possessio puel-  
 „ lae esset major & minor centum  
 „ Librarum, pro unaquaque Libra  
 „ habeat ipse Mundualdus duos So-  
 „ lidos, nec amplius. Quod autem  
 „ supradictum Mundualdum . . . . .  
 „ post duodecimum annum suae ae-  
 „ tatis expletum intelligimus, ut  
 D „ hoc possit fieri cum voluntate par-  
 „ tis, & ipsam puellam bene tra-  
 „ ctando. Et si contra hoc consti-  
 „ tutum Mundualdus aliquid fece-  
 „ rit, nil sibi retineat de possessio-  
 „ ne puellae. Quod dictum est su-  
 „ perius, Mundualdum posse retine-  
 „ re de substantia centum Libras &  
 „ ducentos Solidos, si major vel mi-  
 E „ nor fuerit possessio puellae centum  
 „ Libris & centum Solidis, locum  
 „ habere intelligimus tantum in Mun-  
 „ dualdo legitimo. Mundualdus ve-  
 „ rò testamentarius & dativus per-  
 „ cipiat tantum de possessione puel-  
 „ lae XX. Solidos, etsi dativus vel  
 „ testamentarius esset talis persona,  
 „ quod si non esset dativus vel testa-  
 „ mentarius, de jure esset legitimus.

„ §. 42. Item statuimus, ut si Episcopus a Kalendis Januarii proximi usque ad proximum Festum Sancti Jacobi non perfolverit constitutum Feudum decem Librarum (q) Hermanno & Paganello, vel in die Sancti Jacobi, vel ab alio sequenti die usque ad unum Mensem proximum, de Episcopatu Potestas praedictum Feudum tollat.

„ §. 43. Item statuimus, ut si publicus Camarlingus (r) aliquod pignus ex illis, quae ad ejus manus in suo officio pervenire potuerunt, perdiderit, cogatur ipse Camarlingus praedictum pignus restituere, si potuerit. Quod si reddere non potuerit, de ipso Mar supio praedictum pignus emendare debeat, nisi illud pignus suo domino dedisset cum licentia Consulium vel Potestatis.

„ §. 44. Statuimus, ut Potestas non reddat, nec condonet, nec reddi, nec condonari faciat pro fascibus aliquid de datis.

„ §. 45. Et statuimus, ut Potestas non accipiat de Communi mandatum nec pro armis, nec pro equis; nec aliquid assignamentum sibi nec alii faciat absque communi concordia omnium Consiliariorum, vel majoris partis, & absque concordia Arbitrorum vel Arbitri, qui tunc pro Communi in Civitate Pastoria fuerint habiti per sacramentum.

A „ §. 46. Statuimus, ut Potestas infra quindecim dies proximos a primo Kalendarum Januarii faciat destrui omnes Balcos (f) cum jussu Consulium designatos & non destructos, aut tunc destructos, & mox restructos, vel nunc in viis publicis..... factos; & quod in suo dominio illos non permittat refici. Idem statuimus ut faciat de Banchis fixis circa Forum, & in viis publicis.

B „ §. 47. Et statuimus, ut si aliquid additum vel deminutum fuerit in Sacramento & Constituto Potestatis, sine concordia Potestatis, ille qui addidit, vel deminuit, & addi vel deminui fecerit, non sit in aliquo tempore vitae suae in aliquo Civitatis nostrae Officio, nisi se per suum sacramentum defenderit, quod nec addidit nec deminuerit, nec addi nec deminui fecerit, in fraudem, ut Potestas nesciret, vel Consules. Et Potestas de deminuto illo, si umquam memorari potuerit, totum teneatur observare, & de addito illo vel..... sacramenti sui vel constituti..... tunc teneatur observare.

C „ §. 48. Item statuimus, ut Potestas infra quadraginta dies proximos, ex quo sibi fuerit reclamatum, cogat filios olim Tignosi, Brunetti, & Sabarini, & omnes alios

(q) In questo Articolo veggio, quanto i Pistolesi s'ingegnarono di sostenere i Feudi de' Grandi, nel numero de' quali giovami credere, che fusse Ermanno e Paganello. I nostri fecero al contrario. Sempre si mostrarono poco amici de' Grandi, come comunemente apparisce per le nostre Istorie.

(r) Ivi si legge *Camarlingus*, e non *Camarlingus*. Presentemente noi diciamo *Camarlingo*. Ma i nostri antichi, come si può osservare ne' nostri antichissimi Statuti dello Spedale, molto meglio dicevano *Camarlingo*.

(f) *Balcos*. Di qui a mio avviso viene il nostro *Palco*, cambiata la B. in P, che è più dolce. I *Palchi* o *Palchetti*, che si facevano fuora delle case in Siena, erano a' noi comuni. Questi durarono lungo tempo, e certamente al tempo del nostro Pandolfo Petrucci Tiranno di Siena ve n'era gran copia. Dalla parola *Banchi* si è detto *Panche*, e i Fiorentini dicono *Panche* quello, che noi diciamo *Banche*.



„ alios Cives Pistorienses stare ad rationem, & esse ad comandamentum Consulium. Et si Potestas facere non poterit. tollat eis ducentos Solidos. Et si tollere non poterit, pejoret eum in tantumdem, & infra quinque dies mittat extra Civitatem, & in toto suo dominio non permittat habitare. Et sic faciat jurare suos Successores.

„ § 49. Statuimus, ut res Pupillarum Pupillarumve, d'cti nostri Majores Consules vendere & alienare, aut in \* affictio vel in tenimento data & pignorata, aut quae in antea dabuntur. aliquo titulo a Tutoribus Pupillarum vel Pupillarum, aut ab ipsis Pupillis cum auctoritate Consulium vel Potestatis, de cetero non retineantur, nec ullo modo vel ratione violenter; & sic faciant jurare suos proximos successores Consules & Potestatem, & sic semper per successionem Consulatus vel Potestatis.

„ § 50. Item statuimus, ut nullus Clericus (t) nostrae Civitatis, ex quo in Ecclesia ordinatus fuerit, non possit habere victum & vestitum competentem, alienare, aut dare, aut vendere, aut offerre, aut in affictum, vel in tenimentum, de parte suae possessionis paternae vel maternae. Et inde a-

A „ liquid non percipiat invitis fratribus vel sororibus, aut nepotibus vel neptibus, nisi pro infirmitate suae personae, (u) & nisi in Scholas studendi causâ iverit.

„ § 51. Item statuimus, ut Potestas de cetero ad proximas Kalendaras Februarii faciat colligere & ordinari mensuram, & pillam (x) blavae ad rugulum talem, qui non sit major nec minor illius mensurae & pillae, quae nunc est? & quod ab hac die in antea Potestas non permittat illas nec minui nec accresci aliquo modo.

„ § 52. Statuimus, ut Potestas & Consules de cetero non imponant Datium in Civitate, nec in districtu Pistoriensi, nec praestantiam, nec Asbergum (y), nec Ronthinum (z), nec equos: & ut non compleant aliquam menam pro Civitate, nec recipiant guerram pro Communi, nisi communicato Consilio Rectorum omnium Artium Civitatis Pistorii, vel majoris partis, nisi earum Artium Rector de Terra illa ortus sit, cum qua guerram habuerit. Et si fecerint pacem, faciant convocato Consilio omnium Rectorum Civitatis Pistorii, vel majoris partis. Et quod non eligant, nec faciant eligi Potestatem & Consules in Civitate Pisto-

(t) Non si può mai finire di lodare le diligenze de' Pistolesi nello stare attenti, che i Cherici non dilapidassero le robbe e i beni paterni.

(u) Nisi in scholas studendi causâ iverit. Mi penso, che intender voglia il nostro Studio. Nel 1248. come si legge nella Storia del Malevolti, e ne' nostri Libri pubblici, i nostri mandavano in diverse parti Ambasciatori a invitare gli Scolari allo Studio di Siena. E certamente nel Libro della Campana di tal' Anno v'è il novero de' Lettori in ogni facoltà. Ma non si dice, che incominciassero allora. Io dubiterei, che fosse incominciato verso la fine dell' Imperio di Federigo I. Egli era un gran fautore delle buone Lettere.

(x) Io dubito, che si debba leggere *Pilam*, e che significhi un Vaso, che contenga più staja. Di questo se ne servono per macinare l'Olive, riempiendosi il vaso di tante staja d'olive. Questa voce è ignota al Du-Cange.

(y) *Asbergum*, armatura del busto, voce tralasciata nel Lessico Militare del Padre d'Aquino. E lo stesso che *Usbergo*.

(z) *Ronthinum*, forse *Ranzino*, sorta di cavallo, voce tralasciata dal Du-Cange.

„ Pistoria, nisi per ipsum Consilium  
 „ ab omnibus Rectoribus Artium  
 „ Civitatis Pistorii vel majoris par-  
 „ tis. Et quod non eligant, nec fa-  
 „ ciant eligi Potestatem & Consules,  
 „ in Civitate Pistoria, nisi per ipsum  
 „ Consilium ab omnibus Rectoribus  
 „ Artium Civitatis Pistorii, vel a  
 „ majori parte petierint, qualiter  
 „ Potestas & Consules absque ambi-  
 „ tione, vel appostamento, aut Si-  
 „ moniâ (a) eligi possint. Et illud  
 „ consilium, quod modò eis dederint,  
 „ Potestas vel Consules teneantur  
 „ observare.

„ §. 53. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas vel Consules adjuvent ma-  
 „ nutenere eos, qui habent a Com-  
 „ muni vel pro pignore, aut pro te-  
 „ nuta de rebus filiorum olim Gua-  
 „ landini, usquedum rehabuerint in-  
 „ tegraliter omnes praestantias, quas  
 „ mutuaverint Communi, & omnes  
 „ res, pro quibus praestantiae res eis  
 „ fuerint datae a Communi.

„ §. 54. Statuimus, ut non im-  
 „ ponatur Datium in districtu Pisto-  
 „ rii ultra tres Solidos per focum (b)  
 „ excepto paupere de Civitate... ..  
 „ & paupere, nisi per guerram, vel  
 „ Missum (c) Imperatoris.

A „ §. 55. Statuimus, ut unusqui-  
 „ sque Judex Civitatis Pistorii, se-  
 „ dens pro tribunali, habeat per an-  
 „ num feudum octo Librarum. Et  
 „ unusquisque Advocatus habeat feu-  
 „ dum octo Librarum per annum.  
 „ Et statuimus, ut Potestas sic faciat  
 „ jurare suos proximos successores  
 „ Consules vel Potestatem: & sic  
 „ semper.

B „ §. 56. Statuimus, ut nec Pote-  
 „ stas, nec Judices, nec Castaldi,  
 „ nec eorum Missi manducent ali-  
 „ quid de Communi in Civitate Pi-  
 „ storia, nec infra unum milliare  
 „ prope Civitatem, nisi pro aliquo  
 „ negotio Civitatis, de quo non  
 „ possint se expedire absque incom-  
 „ modo Civitatis; & nisi (d) Pote-  
 „ stas sit forinseca, quae possit co-  
 „ medere de Communi, sicut ei fue-  
 „ rit statutum, & non aliter.

C „ §. 57. Statuimus, ut Consules  
 „ & Potestas non teneantur indicare  
 „ aliquem ex praeteritis Consulibus  
 „ vel Judicibus, aut Officialibus, ne-  
 „ que eorum Consulem ex suis fo-  
 „ ciis, vel Officialibus, aut Judici-  
 „ bus. Nec teneantur inquirere, u-  
 „ trum Consules, vel Officiales praedicti  
 „ fuerint electi per ambitio-  
 „ nem, vel per preces, vel intelle-  
 „ „ etum.

(a) *Simonia*, voce trasportata dalle cose sacre alle profane.

(b) Questa imposizione per fuochi è assai antica. Qualche cosa di simile parmi che si legga ne' Capitolari de i Re di Francia al Cap. 3. *Eccone le parole. Stetit nobis de illis liberis hominibus Longobardis, ut licentiam habeant se commendandi, ubi voluerint, sicut in tempore Longobardorum fecerunt, in tantum ut suo Comiti faciant rationabiliter, quod debent:* cioè che paghino un tanto per fuoco, e poi si sottopongano a che Nobile vogliono. Al nostro Caleffo dell' Assunta si legge, che al tempo di Misser Pandolfo di Fascianella Capitano Generale in Toscana è fatta una ricerca nello Stato Sanese delle Ragioni dell' Imperio, che v' avevano i Conti. E fra l' altre cose si racconta, che *Martinus de Baneto de Sticiano, juratus dixit, quod nescit, Curiam Imperatoris habuisse vel habere demanium in Sticiano, vel ejus Curie. Dixit tamen, quod homines ipsius Terrae assunt dare annuatim Curiae Imperiali sex Denarios pro foculare, exceptis Nobilibus, Officialibus, Portinariis, Viduis, Orfanis, & francis. Et aliud nescit.*

(c) *Missus Imperatoris*. Questa dignità dimostra che Pistoia in tal torno non godeva una piena Libertà.

(d) *Nisi Potestas sit forinseca*. Da queste parole si riconosce, che i Pistoiesi, come i Sanesi, prendevano i loro Podestà or Forastieri, or Paesiani.

„ Etum. Et hoc dicimus & statui-  
 „ mus, ne in Civitate ulla possit  
 „ oriri discordia.

„ §. 58. Item statuimus, ut nulla  
 „ persona Pistoriensis Civitatis, prae-  
 „ ter fratrem carnalem, vel filium  
 „ suum, & praeter nepotem suum  
 „ ex filio, vel ex fratre carnali,  
 „ custodiat se de aliqua offensa vel  
 „ homicidio, quam & quod aliquis  
 „ ejus propinquus, vel consobrinus  
 „ alicui fecisset, si modò ante Pote-  
 „ statem vel Consules ad sancta Dei  
 „ Evangelia purgaverit, se illi, qui  
 „ homicidium vel offensam fecerit,  
 „ nullum adiutorium vel consilium  
 „ praestitisse. Et si post purgationem  
 „ aliquis eorum, qui se purgaverit,  
 „ graviter feriendo offenderit, Pote-  
 „ stas & Consules puniant eum, ut  
 „ de homicidio.

„ §. 59. Statuimus, ut Potestas  
 „ legat, & legi faciat sibi omni  
 „ Mense coram se in communi Con-  
 „ silio coram Consiliariis Breve, ad  
 „ quod juravit, ut eligat singulis  
 „ mensibus, & faciat eligi duos ex  
 „ Consiliariis, quos jurare faciat,  
 „ se esse intentos & sollicitos ad  
 „ Breve, quando leger. Et si inve-  
 „ nerint eum in perjurio alicujus  
 „ Capituli, de quo teneatur, inde  
 „ eum reprehendent, & corripiant  
 „ dicendo, ut infra triginta dies pro-  
 „ ximos recuperet. Quod si non fe-  
 „ cerit, palam de perjurio Potesta-  
 „ tum in concione eum patefaciat.

„ §. 60. Statuimus, ut Potestas  
 „ non reddat parabolam alicui fore-  
 „ tano, qui in eum non jurabit ha-  
 „ bitare Pistorium, ut semper sicut  
 „ juravit non habitare in Civitate  
 „ Pistoriensis, de habituro nullam pa-  
 „ rabolam alicui ex foretanis reddat.

„ §. 61. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas faciat emendari & persolvi

A „ Magistris Pistorii omne id, quod  
 „ ..... & juraverint, se contra re-  
 „ cipere a Communi Pistoriensis de  
 „ servitio, quod fecerit in annis in  
 „ Bargo in Serravalle dehinc ad pro-  
 „ ximas Kalendas Majas.

B „ §. 62. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas non mittat aliquem custo-  
 „ dem, nec mitti faciat in Turri  
 „ de Serravalle, nisi ejus possessio  
 „ non valeat in Civitate Pistoria ul-  
 „ tra trecentas Libras: & qui non  
 „ promittat ipsam Turrim defende-  
 „ re. Et faciat eum jurare, se non  
 „ descendere de Turri, infra custo-  
 „ diam sibi assignatam, & moram  
 „ & tempus sibi destinatum; & quod  
 „ de quatuor in quatuor Menses mu-  
 „ tet Custodem, & faciat sequestrum  
 „ Turris serratum esse ita quod Cu-  
 „ stos non possit inde exire infra  
 „ ipsum, & propter indemnitate[m]  
 „ suae personae, etsi propter infir-  
 „ mitatem, modò in concione.....  
 „ & quod Potestas non dominetur  
 „ Custodi, qui ibi ponetur.

C „ §. 63. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas dehinc ad proximas Kalen-  
 „ das Junii faciat emendari.....  
 „ D „ Judicibus Pistorii omne id, quod  
 „ unus habeat in sacramento facto  
 „ eis de equis & armis praedictis.

E „ §. 64. Item statuimus, ut de  
 „ poenis apud Curiam nostram ra-  
 „ tionabiliter judicetur, ita quod me-  
 „ dietas poenarum,..... & alia,  
 „ cui debeat, attribuat. Et sta-  
 „ tuimus, ut oblatio tota..... pu-  
 „ niatur ad operam & ad opus, si  
 „ quid..... sic &..... defrau-  
 „ dare illam, ita quod oblatio non  
 „ sit tota apud Potestatem, & sic  
 „ semper sine immutatione.

„ §. 65. Statuimus, ut Potestas  
 „ infra octo dies proximos, ex quo  
 „ juraverit sacramentum dominii sui,  
 „ „ faciat

„ faciat concionem (e), & in con-  
 „ cione eligat duos homines Cives  
 „ Pistorii bonae famae, quos statim  
 „ faciat jurare, ut continuo in con-  
 „ cione eligant quinque bonos ho-  
 „ mines meliores, quos dictus eis  
 „ dederit cognoscere, ad utilitatem  
 „ Civitatis Pistorii & salvamentum;  
 „ & illos quinque homines protinus  
 „ in eadem concione coram Populo  
 „ faciat jurare, quod dehinc ad tri-  
 „ ginta dies proximos aestimabunt,  
 „ & mensurabunt terrenum totum  
 „ infra fossas novas Civitatis Pisto-  
 „ rii, & circa fossam de Araina  
 „ undique. Et quod infra eundem  
 „ terminum illud terrenum mensu-  
 „ ratum & divisum incidant & par-  
 „ tiantur inter Cives Pistorii & so-  
 „ retanos Pistorii, qui sunt soliti  
 „ dare Datium Civitati Pistorii, &  
 „ operam ad muros, vel ad fossam,  
 „ & inter Ecclesias & Hospitales  
 „ de districtu Pistorii, & inter Ca-  
 „ stellum Villam & Portas Civita-  
 „ tis, & per Cappellam suburbanorum  
 „ inter latitudinem, vel latitudi-  
 „ nem. Et imponant eis murum  
 „ aedificandum melius quod cogno-  
 „ verint, salvo communi honore &  
 „ utilitate Civitatis Pistorii coeque-  
 „ to, ita quod pauperi (f) Villae,  
 „ & Cappellae, vel Castello tam-  
 „ quam pauperi, & diviti tamquam  
 „ diviti imponatur, non considerato  
 „ odio nec amore, nec ullâ humanâ

A „ gratiâ: & ita quod possint paupe-  
 „ ri Portae Civitatis tamquam pau-  
 „ peri, & diviti tamquam diviti,  
 „ non considerato amore nec odio,  
 „ nec ullâ humanâ gratiâ; & quod  
 „ intra eundem terminum per.....  
 „ coram Consiliariis majorum.....  
 „ & coram Rectoribus Portarum con-  
 „ vocatos per campanam..... Et  
 B „ Potestas dehinc ad proximas Ka-  
 „ lendas Martii faciat jurare Recto-  
 „ res Portarum Civitatis & Castel-  
 „ lorum, & Villarum, ut infra eum-  
 „ dem terminum aperiant sive Vil-  
 „ lae, sive Castello, & Cappellae  
 „ cuilibet partem suam melius, quod  
 „ cognoverint, diviti tamquam di-  
 „ viti, & pauperi tamquam paupe-  
 „ ri, non considerato amore nec o-  
 „ dio, nec ullâ humanâ gratiâ. Et  
 C „ quod intra eundem terminum fa-  
 „ cient jurare unumquemque homi-  
 „ nem de suo Castello, & sua Vil-  
 „ la, & Cappella: & quod tam in  
 „ Civitate, quàm de foris infra di-  
 „ ctum Annum partem suam praedi-  
 „ ctam recipi faciat, tertiam qui-  
 „ dem partem in praesenti Anno  
 „ incipiant, & aliam tertiam par-  
 „ tem in sequenti Anno, & reli-  
 „ quam tertiam partem in tertio  
 „ Anno. Et quod quilibet Rector  
 „ imponat sibi ipsi partem suam praedi-  
 „ cti muri, & cuilibet de Officia-  
 „ libus, & Judicibus, & Consili-  
 „ bus, & Potestati Civitatis, qui  
 „ „ fue-

(e) L'uso delle Concioni fatte da coloro, che ottenevano qualche nobile dignità, è ne' tempi bassi assai antico. Queste Concioni sono state il vero motivo dell'avanzamento di nostra Favella per lo continuo uso de' Parlamenti, che nelle Città libere si facevano. Di queste ne ragiona Fra Guidotto da Bologna nella Rettorica, qual Libro, come egli dice, fu in Volgare, e non in Latino dettato come pretende il dottissimo Anton Maria Salvini nelle Note alla Perfetta Poesia de' letteratissimo Signor Proposito Muratori. E sopra di ciò mi pare, che anco qualche cosa dica Dante nel suo Convivio.

(f) *Pauperi*. Di qui è venuta la voce Francese *Pauvre* e *Pauvres*, e la nostra *Povero* e *Poveri*. E qui è da osservare, che i Francesi scrivono molte voci come le trovano: ma l'*au* de' Latini la cambiano in *O*. come osserva l'eruditissimo Eccardo nelle Note alle Leggi Saliche. Noi altri Italiani assai meglio facciamo, che scriviamo come pronunziamo.

„ fuerint in sua Cappella & Castel-  
 „ lo, aut Villa, secundum suum  
 „ podere. Et quod non considerent  
 „ ibi amorem nec odium, aut ullam  
 „ humanam gratiam. Et sic faciant  
 „ jurare suam proxime succedentem  
 „ Potestatem, & illam suam, & sic  
 „ semper per Successores, donec mu-  
 „ rus fuerit expletus.

„ §. 66. Item statuimus, ut tali-  
 „ ter ille Dominus, qui apud Ser-  
 „ ravallem moraturus est, juret: Ego  
 „ salvabo & defendam Castrum Ser-  
 „ ravalle & ejus munitiones ad hono-  
 „ rem & salvamentum Civitatis Pisto-  
 „ riae, & Pistoriensis Populi. Et  
 „ non ero in consilio nec in facto, nec  
 „ in consilio, nec per me, nec per  
 „ alium, aliquo ingenio, quod Civitas  
 „ Pistorii perdat Castrum Serravalle,  
 „ & ejus munitiones, vel aliquam te-  
 „ nutam, aut dignitatem, quam Civi-  
 „ tas Pistoria in Serravalle vel de  
 „ Serravalle habet, & videtur habere.  
 „ Et ego non dabo, nec reddam, nec  
 „ dari nec reddi faciam, nec permit-  
 „ tam dari nec reddi Castrum Serra-  
 „ valle, nec ejus Turrim, neque ejus  
 „ munitiones, nec tenutam ullam, quam  
 „ Pistoria ibi habet, vel habere vide-  
 „ tur alicui personae, nisi illa persona  
 „ prius juret ad salvamentum & uti-  
 „ litatem & honorem Civitatis Pisto-  
 „ riae, hoc sacramentum observare &  
 „ adimplere in omnibus & per omnia,  
 „ sicut ego juravi. Et quod persona sit  
 „ electa a Communi Populo Pistoriensi.  
 „ Item habebo curam & studium die,  
 „ nocturne faciendi custodiri, & super-  
 „ guardari Castrum Serravalle, & ejus  
 „ munitiones ad honorem & salvamen-  
 „ tum Civitatis Pistorii per bonam fi-  
 „ dem sine fraude. Et ego serabo, &  
 „ serari faciam omnes Portas Castri  
 „ Serravalle singulis noctibus per fide-  
 „ lem nuntium, quem jurare corporali-

Tom. X.

A „ ter ad sancta Dei Evangelia faciam,  
 „ omnes illas Portas per bonam fidem  
 „ serrare singulis noctibus; & apud me  
 „ claves Castri & Turris tenebo, &  
 „ coram me serrari faciam. Item re-  
 „ colligam & recolligi faciam omnia  
 „ assida & possessiones, & redditus Mo-  
 „ lendini, quae recolliguntur apud Ser-  
 „ ravallem pro Communi Pistorii, &  
 „ exigam & tollam poenas ab Homi-  
 „ nibus de Serravalle impositas, &  
 „ dricturas omnes convenientes ante  
 „ Kalendas Januarii in Communi Pi-  
 „ storii Consilio denuntiabo, atque om-  
 „ nes illas in manibus & potestate pu-  
 „ blici Camerarii Civitatis Pistorii da-  
 „ bo & dari faciam. Sed prius mihi  
 „ exinde retinere potero Feudum meum,  
 „ si a Communi non esset mihi solutum.  
 „ Item quidquid a me, vel aliud per  
 „ me pro Communi, vel de Communi  
 „ pervenerit, vel datum fuerit, dabo,  
 „ vel dari faciam in manu & potestate  
 „ praedicti Camerarii Civitatis Pisto-  
 „ rii; excepto ad portam sine conven-  
 „ tione dato, non valente ulterius....  
 „ Et tenebo Populum Serravallensem in  
 „ pace; & per bonam fidem ad hono-  
 „ rem Pistorii. Et lites, quas Homi-  
 „ nes de Serravalle inter se habent,  
 „ vel habuerint in meo dominio, infra  
 „ triginta dies finiam & finire faciam,  
 „ nisi alio modo finiantur, exceptâ lite  
 „ homicidii, vel secessionis membri. Et  
 „ omnes reclamaciones mihi in Serra-  
 „ valle factas ab aliqua persona de  
 „ Serravalle infra triginta dies proxi-  
 „ mos continuos finiam, & finire fa-  
 „ ciam, secundum quod Deus mihi me-  
 „ lius dederit cognoscere, nisi per re-  
 „ clamacionem remanserit, vel nisi  
 „ consensus partium intervenerint. Et  
 „ ei, qui causam dedit, de ejus va-  
 „ lente duodecim Denarios tollam &  
 „ tolli faciam unum Denarium per  
 „ drictum. Et ego continue per totum

X x

„ annum

„ annum die nocteque apud Serravallem  
 „ habitabo, & nullam noctem extra  
 „ Serravallem faciam, & aliqua nocte  
 „ extra Serravallem non stabo, nec  
 „ morabor, nisi per manifestum impe-  
 „ dimentum meae personae. Et non  
 „ recipiam, nec recipi faciam de com-  
 „ muni Pistorii ultra Feudum viginti  
 „ trium Librarum mihi constitutum.  
 „ Item faciam, quod Serravalle per  
 „ Commune .....

„ §. 67. Item statuimus & cense-  
 „ mus, ut Potestas faciat compleri  
 „ murum Castri Serravalle undique  
 „ ex omni circuitu, & merlari de-  
 „ hinc ad proximas Kalendas Junii:  
 „ & faciat ibi compleri omnes im-  
 „ positas, si impositae fuerint, per  
 „ Portam & Cappellam ab illis,  
 „ quibus fuerint impositae.

„ §. 68. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas, aut Consules Pistorii tol-  
 „ lant & tolli faciant omnes poe-  
 „ nas, quae continentur in sacramen-  
 „ to & constituto eorum de homici-  
 „ dio, & de ferita ferri, & de ferita  
 „ facta cum manu, aut cum ligno,  
 „ seu cum lapide, & omnes alias  
 „ poenas impositas Hominibus, qui  
 „ tulerint aliquam personam de te-  
 „ nuta, vel qui tollitus fuit, aut  
 „ auferant fructus de tenuta alicu-  
 „ jus; & omnes alias poenas, quae  
 „ in sacramento & constituto eorum  
 „ continentur. Poenas quidem im-  
 „ positas de tenuis vel fructibus a-  
 „ blatis tollant, & tolli faciant in-  
 „ tra octo dies proximos post recla-  
 „ mationem sibi factam, aut eos in-  
 „ fra eundem terminum damnifi-  
 „ cent, sicut supra dicitur. Reliquas  
 „ verò poenas Hominibus pro aliis  
 „ culpis impositas tollant, & tolli  
 „ faciant infra octo dies proximos,  
 „ si requisierint, vel requisiti fue-  
 „ rint, aut eos, a quibus poenam  
 „ habere non potuerint, damnificent,

„ sicut supra dictum est. Quod si  
 „ Potestas, vel Consules non fece-  
 „ rint, aut si tulerint & reddiderint,  
 „ vel restauraverint de ipsâ Camerâ  
 „ & marsupio, injuriam passio infra  
 „ octo dies proximos a prima recla-  
 „ matione, & ex quo scierint, poe-  
 „ nam attribuant. Et Consul & Con-  
 „ sules si poenam tollere voluerint  
 „ aliquo ex suis Sociis, & illi poe-  
 „ nam tolli noluerint, infra octo  
 „ dies proximos faciant pulsari ad  
 „ arringum, & palam Populo illura  
 „ Consulem & Consules, qui se in-  
 „ de subtraxerint, si unus vel plu-  
 „ res fuerint, injuriam passio infra  
 „ octo dies proximos post reclama-  
 „ tionem, & ex quo scierint, poe-  
 „ nam de suo proprio persolvant.

„ §. 69. Statuimus, ut Potestas  
 „ aut Consules non emendent sibi  
 „ aliquem equum, nec Arma, nisi  
 „ ut arbitratum fuerit. Et quod non  
 „ referent nec retineant in se, sed  
 „ secundum sacramentum Arbitro-  
 „ rum.

„ §. 70. Statuimus, ut ex quo a  
 „ Judicibus & Castaldis fuerit de-  
 „ nuntiatum Potestati, vel Consuli-  
 „ bus, quod aliqua persona de Ci-  
 „ vitate Pistoriâ vel Burgis suis, aut  
 „ Suburbis, non sit coram Judici-  
 „ bus vel Castaldis ad rationem faci-  
 „ endam, Potestas vel Consules in-  
 „ fra tres dies proximos primâ de-  
 „ nuntiatione cogant illam personam  
 „ jurare comandamentum, & coman-  
 „ damenta Judicum & Castaldorum,  
 „ nisi sit talis persona, quae non  
 „ possit jurare per votum, vel per  
 „ sacramentum prius factum. Et il-  
 „ la persona, quae jurare non pote-  
 „ rit, cogatur dare . . . . ad volun-  
 „ tatem Judicum & Castaldorum, &  
 „ stare ad rationem faciendam emen-  
 „ dationis usque ad finem causae.

„ §. 71. Sta-

„ §. 71. Statuimus, ut nulla Potestas Pistorii, nullus ex Consulibus recipiat, aut recipi faciat, nec permittat recipi ad Portum vini ultra unum coppum vini. Nec annonam nec aliam Blavam (g) ab aliqua Ecclesia, nec ab aliquo Monasterio, nec ab aliquo Hospitali, nec ab aliquo Rectore, sive Consule alicujus Castellii seu Locii vel Villae, nec ab aliqua persona alicujus Cappellae, nec ab aliqua persona in suo dominio & Consularu, quae esset extra Civitatem pro negotio Civitatis. . . . . tunc enim possit recipere, & non nisi pro victu & expensis necessariis in illo facto pro quo esset.

„ §. 72. Item statuimus, ut Potestas nullam praebet tenutam absque Judicibus alicui, nec Judices unus absque altero, nec Consules, nisi sint simul, & non nisi in loco, ubi causae solent ventilari, aut in antea ventilabuntur, & nisi per scripturam publicam; & haec locum habeant de cetero.

„ §. 73. Item statuimus, ut quicumque de Civitate Pistoria, vel Burgis, aut Suburbis de cetero juraverit, se alium occidere; quod ex quo Potestas aut Consules audierint, Potestas aut Consules veritatem invenient, & postea ei centum Solidos tollant, vel tolli faciant; & non reddant, nec reddi faciant, nec restaurent, nec restaurari faciant. Et si ei tollere nequiverint, in ducentis Solidis eum pejorent & pejorari faciant, si habuerit, unde possit pejorari.

„ §. 74. Item statuimus, ut Potestas, seu Consules faciant pulsa-

A „ ri ad Arringum, & faciant concionem in ea die, ut eis videbitur, plenum posse haberi Populum in mense Martii & in mense Maji & in mense Julii, & in mense Septembris.

„ §. 75. Item statuimus, ut si quis Civis Pistorii, vel de Burgis, aut Suburbis suis de cetero intercesserit aut fidejusserit, aut se paratorum constituerit, seu fidem bonis suis pignori obligaverit alicui, qui non sit de nostro districtu, & ipse in aliquo perditam fecerit, quod Potestas, aut Consules faciant praedicta integraliter restituere, nisi fecerit perditam illis, pro quibus fidejusserit. Et hoc locum habeat in futuris negotiis, & non in praeteritis.

„ §. 76. Statuimus, ut Potestas, si quis fuerit in Civitate Pistoria, post suae dignitatis exitum palam moretur in Civitate, & in ejus Burgis, aut Suburbis, & per quinquaginta dies continuos patiatur Sindigatum, & quodcumque praecceptum Potestas ei succedens, aut Consules, & Sindigi pro suo officio ei fecerint observari, & effectui mancipari, & ad terminum & terminos, quem & quos ei exinde dederint.

„ §. 77. Statuimus, ut Potestas & Consules dehinc ad proximas Kalendaras Februarii faciant jurare Consules de Carmignano. . . . . octo Homines de Carmignano, & faciant jurare meliores, quos ei dederit, cognoscere de aedificiis petrarum & lignaminum factis & faciendis in Carmignano, destruendis ad utilitatem & salvamentum

X x 2

„ Ci-

(g) *Blava*; poi *Biada*, robba da macinare. In questo significato si prende anco in una parafrasi inedita dalle Favole d'Esopo fatta da un Sancte nel buon torno. Oggi solo si prende per una sorte di robba, che si dà a mangiare a' Cavalli, e ad altre bestie.

„ Civitatis Pistorii, & Pistoriensis  
 „ Populi, & Carmignani, & Car-  
 „ mignanensis Populi. Et quod in-  
 „ fra duos dies proximos ex.....  
 „ de dando meliori consilio jurave-  
 „ rint illud Consilium Pistorienti Po-  
 „ testati, vel Consulibus..... &  
 „ Consilium, quod inde dederint,  
 „ Potestas, & Consules dehinc ad  
 „ proximas Kalendas Janii exsequu-  
 „ tioni mentent.

„ §. 78. Statuimus, ut Potestas  
 „ & Consules antequam eligant ali-  
 „ quos Officiales, eligant in concio-  
 „ ne duos bonos viros, quos jurare  
 „ facient in concione, eligendos sine  
 „ fraude & dolo tres Sindigos, quos  
 „ meliores eis dederit, cognoscere  
 „ similiter de illo officio, & quos  
 „ non crediderint esse in aliqua sum-  
 „ missione & compagnia pro aliquo  
 „ officio dando, aut recipiendo; &  
 „ ut illi faciant jurare suos. & sic  
 „ semper successorem Consulatus,  
 „ vel Potestatis usque ad quinque  
 „ annos expletos. Et insuper faciat  
 „ illos Consules & Potestatem, quod  
 „ ipsi faciant jurare Sindigos, se Sin-  
 „ digos sindigare, & de omnibus  
 „ poenis, quas non tulerunt, vel  
 „ non tulerint: & illos palam in  
 „ communi Consilio Potestati & Con-  
 „ sulibus repraesentare. Quos Sindig-  
 „ gos, ut infra dicitur, jurare fa-  
 „ ciant octo diebus ante Kalendas  
 „ Januarii.

„ §. 79. Statuimus, ut si Affictua-  
 „ rii ditulerint dare affictum in a-  
 „ liquo anno usque ad Kalendas  
 „ Martii, & Domini, quibus affi-  
 „ cta redduntur, inde apud Consu-  
 „ les & Judices, aut Castaldos, vel  
 „ Potestatem, aut Rectores queri-  
 „ moniam exposuerint, & infra tri-  
 „ ginta dies proximos affictum to-  
 „ tum Dominis, quibus affictum red-

A „ dunt, Consules, aut Potestas, vel  
 „ Judices, aut Castaldi Affictariis  
 „ dare praecipiant, si Affictarios om-  
 „ nes habere potuerint. Quod si Af-  
 „ fictarii, ex quo requisiti fuerint  
 „ tribus citatoriis edictis, vel uno  
 „ peremptorio a Potestate & Consu-  
 „ libus, aut Judicibus seu Castaldis,  
 „ vel ab aliquo eorum, certo run-  
 „ tio; & ante tribunal Potestatis  
 „ vel Consulium aut Judicum, aut  
 „ ante Castaldos venire contempse-  
 „ rint, Dominus, cui affictus red-  
 „ detur, possit ingredi in possessio-  
 „ ne rei, de qua affictum reddeba-  
 „ tur, cum auctoritate Consulium,  
 „ Potestatis, aut Judicum, aut Ca-  
 „ staldorum. Et Potestas & Consu-  
 „ les aut Judices & Castaldi aucto-  
 „ rizentur ei per Nuntium suum;  
 „ & res, de qua affictum reddeba-  
 „ tur, ad Affictuarium non reverta-  
 „ tur, & inde ad unum mensum  
 „ proximum affictum detentum, Do-  
 „ mino, cui affictum reddebatur,  
 „ faciant reddi. Quod si Affictua-  
 „ rius absens fuerit, ita quod non  
 „ possit esse ante Consules, & Po-  
 „ testatem infra praedictum termi-  
 „ num, & familiae ejus fuerit de-  
 „ nuntiatum, postea Dominus, cui  
 „ affictum reddebatur, valeat ingre-  
 „ di in possessionem rei, de qua af-  
 „ fictum redditur, cum simili au-  
 „ ctoritate Potestatis & Consulium  
 „ aut Judicum & Castaldorum, ad  
 „ instar rei mobilis, ita quod si Af-  
 „ fictuarium ante unum Annum pro-  
 „ ximum reversus fuerit, & se ad  
 „ sancta Dei Evangelia purgaverit,  
 „ se non per contumaciam cessasse,  
 „ & affictum detentum Domino prius  
 „ solvat, & poenam sex Denariorum  
 „ in quolibet mense de unaquaque  
 „ Libra prius dederit, res, de qua  
 „ affictum reddebatur, absque gra-  
 „ „ vitate



„ vitate ad Affictuarium integraliter  
 „ revertatur: Et si infra triginta  
 „ dies proximos praescriptum affi-  
 „ ctum non solverit, Dominus, cui  
 „ affictum reddebatur, possit cum  
 „ simili auctoritate intrare in posses-  
 „ sionem rei, de qua affictum red-  
 „ debatur, & res ad Affictuarium  
 „ de cetero non revertatur; sed sit  
 „ in potestate Dominorum, quibus  
 „ affictum reddebatur, an velint si-  
 „ bi praedictum constitutum obser-  
 „ vari, an velint sibi recipere poe-  
 „ nam sibi de afficto solvendo pro-  
 „ missam, atque poenam de terra  
 „ non dimittenda promiserint; sed  
 „ soluto afficto medietas meliorati-  
 „ onis rei, de qua affictum redde-  
 „ batur, a Domino ad Affictuarium  
 „ revertatur.

„ §. 80. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas, & Consules dehinc ad pro-  
 „ ximas Kalendas Februarii faciant  
 „ jurare omnes Homines, qui eis  
 „ videbuntur convenientes, & omnes  
 „ Vassallos & Vassallas hominum Pi-  
 „ storii, & omnes homines & femi-  
 „ nas convenientes a XIV. anno in  
 „ antea de Pistorii districtu, se non  
 „ facere furtum, nec taliam, nec  
 „ incendium, nec vastum, nec fur-  
 „ tum alicujus rei, nec de fructi-  
 „ bus, nec de oleribus; nec de u-  
 „ vis, nec de ficibus, nec de casta-  
 „ neis, nec de lignis, nec de cau-  
 „ libus, nec de portis, nec de ali-  
 „ qua re. Et si viderit aliquam per-  
 „ sonam facere furtum, illi, cui res  
 „ fuerit, vel Nuntio Civitatis pa-  
 „ tesfaciat.

„ §. 81. Item statuimus, ut si  
 „ qua persona de Civitate Pistoria,  
 „ vel de suis Burgis aut suburbiis

A „ fuerit capta vel depraedata ab a-  
 „ liqua persona, quae non sit de  
 „ Civitate Pistoria, quod Potestas  
 „ & Consules adjuvent personam,  
 „ & havere, atque res per bonam  
 „ fidem recuperare, nisi sit capta &  
 „ depraedata pro suo furto & falsa-  
 „ mento seu latrocinio.

B „ §. 82. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas & Consules non permittant,  
 „ aliquam Decimam fieri in Civita-  
 „ te Pistoria, nec in suis Burgis.

C „ §. 83. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas & Consules faciant fieri u-  
 „ num (b) Rubium pro unaquaque  
 „ Cappellâ Civitatis Pistorii, ad  
 „ quam blava, quae datur ad mo-  
 „ lendinum portetur, ita quod ad  
 „ rubium detur, & ad rubium re-  
 „ cipiatur.

D „ §. 84. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas & Consules dehinc ad pro-  
 „ ximas Kalendas Martii faciant ju-  
 „ rare omnes Homines de Civitate  
 „ Pistorii, & de suo districtu, quem  
 „ districtum Civitas Pistoria datiat,  
 „ quod non portent, nec portari faci-  
 „ ant, nec se scienter portari per-  
 „ mittant. & quod non vendent,  
 „ nec vendi faciant, nec vendi per-  
 „ mittent alicui personae, quae sit  
 „ de aliqua Terra, vel de suo di-  
 „ strictu, quae habeat manifestam  
 „ guerram cum Civitate Pistoria.  
 „ Et quod observabunt decretum,  
 „ quod Consules & Potestas miserint  
 „ eo modo, quo decretum miserunt:  
 „ & quod non vendent blavam, nec  
 „ vendi faciant, nec vendi se scienter  
 „ permittant alicui personae,  
 „ nisi sit de Civitate Pistoria & de  
 „ suo districtu. Et in qualibet Ter-  
 „ ra de districtu Pistorii mittant  
 „ „ duos

(b) *Rubium*: sorte di misura, che contiene più staja di grano, e al presente si prati-  
 ca in Romagna. Da questo passo si riconosce, che fu usata anco da' nostri Toscani. Ma  
 la Crusca di tal voce non ne fa alcuna ricordanza.

„ duos Procuratores, quos jurare faci-  
 „ ciant, se habere curam & studium  
 „ die nocturne inveniendi omnes  
 „ personas, quae de blava aliquid  
 „ fecerint. Et si quem personam in-  
 „ venerint tunc facientem blavam,  
 „ ei tollant, nec reddant, nec reddi  
 „ faciant, nec restaurent, nec re-  
 „ staurari faciant; sed possit hoc de-  
 „ cretum mutari & relinqui cum  
 „ communi consilio.

„ §. 85. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas vel Consules faciant fieri  
 „ rationem a Camarlingo de omni-  
 „ bus rebus sibi pro Communi datis  
 „ & omnibus expensis factis in Ka-  
 „ lendis Januarii per quatuor dies.  
 „ Et statuimus, ut Camarlingus non  
 „ praebet victum neque panem ne-  
 „ que vinum nec aliud per Nuntium  
 „ dictae Civitatis alicui, nisi Pote-  
 „ stati & suae familiae; & quod  
 „ nihil alicui Pistoriensi Civi de  
 „ Communi pro victu attribuet, nisi  
 „ fortè cum Potestate pro facto Ci-  
 „ vitatis, & sine Potestate pro ne-  
 „ gotio Civitatis esset.

„ §. 86. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas non eligat latronem vel fal-  
 „ sarium, nec eligi faciat per quan-  
 „ tum noverit, in aliquo officio Ci-  
 „ vitatis.

„ §. 87. Item statuimus, ut Po-  
 „ testas faciat dare operas & obse-  
 „ quia Civitatis ab omnibus Officia-  
 „ libus Civitatis Pistorii, & a Re-  
 „ storibus Cappellarum, sicut alii  
 „ homines Pistorii debent recipere.

„ §. 88. Item statuimus, ut de  
 „ cetero qui recusaverit Consulatum  
 „ & recusaverit esse Judicem, Pote-  
 „ statem, & Castaldum, Advocatum,  
 „ & Camarlingum, ut Anno illo

A „ non sit Consiliarius Civitatis; aut  
 „ qui refutaverit, se esse Potestatem,  
 „ & recusaverit, & per sacramen-  
 „ tum teneatur, se non posse esse  
 „ Consulem vel Judicem aut Castal-  
 „ dum, ut non sit Anno illo Con-  
 „ siliarius Civitatis Pistorii. Et qui  
 „ de cetero juraverit, non sit Consiliarius Civitatis. Et qui refutaverit Consulatum, possit esse Consiliarius.

B „ (i) .....  
 „ § 89. *Ego non sum in aliqua  
 „ Campagna vel commissione aliquo in-  
 „ genio, de Civitatis Pistorii Consula-  
 „ tu, vel officio aliquo dando vel re-  
 „ cipiendo. Et ab hac die, in qua us-  
 „ que ad Kalendas Januarii proximi,  
 „ & exinde usque ad ultimum diem  
 „ Mensis Decembris proximi venturi,  
 „ per totam diem dicam & faciam &  
 „ tractabo omnes honores & utilitates  
 „ Populi Civitatis Pistorii, ejusque Bur-  
 „ giorum, & suburbiorum majorum &  
 „ minorum, secundum quod melius co-  
 „ gnovero..... Ecclesiis, Hospitalibus  
 „ nostris rationem, & laudatos usus  
 „ nostrae Civitatis observabo, si Recto-  
 „ res Ecclesiarum & Hospitalium per  
 „ me in judicio extiterint, & nisi  
 „ proclamaverint.*

D „ § 90. *Et in toto tempore mei  
 „ domini habebō in protectionem & de-  
 „ fensionem Ecclesiam Sancti Zenonis  
 „ & ejus possessiones & bona; & loca  
 „ omnia venerabilia, & Ecclesias &  
 „ eorum bona, quae sunt in Civitate  
 „ ista vel Burgis vel Suburgis, aut  
 „ infra quatuor milliaria prope Civi-  
 „ tatem Pistorii. Hoc idem faciam de  
 „ Ecclesia Sancti Salvatoris de foris,  
 „ &..... Episcopi & Crucis..... &  
 „ Sancti Barunti. (k)*

„ §. 91. Si  
 (i) Exciderunt haec aliquot paginae. Quae sequuntur, spectant ad Juramentum, sive sacramentum Potestatis. *Muratorius.*

(k) Questo *Santo Baronto* lo ritrovo notato nel Martirologio Romano colle Note del Baronto al dì 25. di Marzo. Fiorì circa l'Anno di Cristo 700. e morì in Pistoia, dove è ve-

„ §. 91. Si aliquis Praelatus Ec-  
 „ clēsię Sanci Zenonis, vel Cano-  
 „ nici Sanci Zenonis, vel Praelatus  
 „ alicujus Ecclesię, quę Ecclesię  
 „ sint in Civitate Pistoria, vel intus  
 „ quatuor milliaria prope Civitatem  
 „ Pistoriensem, vendiderit, pignora-  
 „ verit, permutaverit, aut locaverit  
 „ alicui personę immobilem alicujus  
 „ Ecclesię sine assensu sui patroni,  
 „ vel patronorum, vel sui Populi,  
 „ reddi faciam. Intellectus talis est,  
 „ quod ipsi non possint facere ali-  
 „ quid de prędictis sine voluntate  
 „ & parabola Capituli Canoniorum  
 „ Sanci Zenonis, & Potestatis Pi-  
 „ storii. Et propter Canonicos San-  
 „ cti Zenonis non possit aliquis de  
 „ prędictis facere sine consensu sui  
 „ Capituli & parabola Episcopi &  
 „ Potestatis Pistorii..... Praelati,  
 „ si qui sunt in Civitate Pistoria,  
 „ vel infra quatuor milliaria prope  
 „ Civitatem, non possit aliquid de  
 „ prędictis facere absque assensu sui  
 „ patroni, vel patronorum, & sine  
 „ assensu sui Populi, & sine assensu  
 „ Capituli..... Intellectus talis est,  
 „ quod possint facere..... majori  
 „ parte Populi. Et si quis contra  
 „ prędictam fecerit, &..... recla-  
 „ matum fuerit usque ad XI. dies  
 „ reddi faciat..... in quo erat con-  
 „ tenta, vel faciat..... per Praela-  
 „ tum Civitatis infra quindecim  
 „ proximos dies post Kalendas Ja-  
 „ nuarii.

„ §. 92. Viduis & Orfanis nostrę  
 „ Civitatis & Burgorum ejus, rati-  
 „ onem & laudatos usus nostrę  
 „ Civitatis observabo; & faciam. si  
 „ mihi reclamaverint, ut de eis mi-  
 „ hi reclamatum fuerit; & omnes  
 „ reclamaciones a personis Civitatis

A „ Pistorii vel Burgorum, aut Subur-  
 „ biorum, & omnium suburbanorum,  
 „ & hominum Pistorii & districtus,  
 „ in septis mihi delatis, in majori  
 „ Ecclesia vel ejus Comitio, aut in  
 „ Palatio Episcopi, vel in constitu-  
 „ to loco a Consulibus & Consilia-  
 „ riis, sine fraude suscipiam & su-  
 „ scipi faciam. Si mihi pignus da-  
 „ tum fuerit ad meam voluntatem,  
 „ infra triginta dies proximos con-  
 „ tinuos jure aut bono usu nostrę  
 „ Civitatis, vel ipse faciam, vel  
 „ committam Judicibus causam, nisi  
 „ consensus partium intervenerit, vel  
 „ nisi reclamator a reclamacione de-  
 „ stiterit.

B „ §. 93. Lites mihi manifestę,  
 „ quas homines nostrę Civitatis &  
 „ Burgorum ejus & suburbiorum,  
 „ inter se habent, vel in antea ha-  
 „ buerunt infra nostrum territorium,  
 „ infra quadraginta dies proximos  
 „ continuos finiam & finiri faciam,  
 „ nisi alio modo finiantur vel quie-  
 „ tentur. Excipio litem homicidię,  
 „ aut majoris membri..... centum  
 „ dies proximos, ex quo illę lites  
 „ & reclamaciones finitę fuerint,  
 „ pignora pro eis data reddam, &  
 „ reddi faciam, si mihi requisita fue-  
 „ rint, solutę poenę & districto no-  
 „ strę Curię, nisi justę causę re-  
 „ manserint.

C „ §. 94. Omnes illas sententias &  
 „ laudamenta a retro Consulibus &  
 „ Judicibus & a me aut Judicibus  
 „ meis aut amicis vel arbitris olim  
 „ datas, & quę a me, vel a Judi-  
 „ cibus meis, aut amicis, vel arbi-  
 „ tris antea datę vel factę fuerint,  
 „ de quibus mihi vel Judicibus meis  
 „ reclamatio facta fuerit in meo do-  
 „ minio, firmas & ratas tenebo &  
 „ tenebuntur.

è venerato. G'li Atti della sua Vita furono publicati da i Padri Bollandisti della Com-  
 pagna di Gesù, al suddetto giorno.

„ teneri per quantum sciero faciam;  
 „ & infra quatuor dies proximos a  
 „ reclamazione facta.... idque scire  
 „ studebo, & infra triginta dies pro-  
 „ ximos post cognitionem habitam  
 „ executioni mandabo, & conscribi  
 „ eas, & in actis publicis redigi fa-  
 „ ciam, & ab eo qui laudum.....  
 „ faciam.

„ §. 95. Et si quis sententias o-  
 „ lim datas, vel laudamenta facta  
 „ a retro Consulibus vel Judicibus,  
 „ aut quae in antea, vel a Judi-  
 „ bus meis datae vel factae fuerint  
 „ studiose fregerit, & cognitum &  
 „ indicatum mihi fuerit, viginti So-  
 „ lidos ei tollam, & damnum passo  
 „ restitui faciam. Sententiam verò  
 „ nullam feram sine accordamento  
 „ omnium Judicum nostrae Civitatis  
 „ Pistorii, vel unius eorum. Hoc i-  
 „ dem faciam & observabo de im-  
 „ missione.

„ §. 96. Item si quis post finem  
 „ vel pacem ante Consules vel Po-  
 „ testatem aut Rectores, seu vici-  
 „ nos, aut amicos, factam inter se,  
 „ studiose feriendo..... non per-  
 „ mittam illum habitare in Civita-  
 „ te Pistoria, me sciente, nec in  
 „ suis Burgis in meo dominio, nec  
 „ infra tria milliaria prope Civita-  
 „ tem, & puniam eum, sicut infra  
 „ de homicidio continetur, excepto  
 „ quàm de Casa & Turri. (l) . . .

„ .....  
 „ §. 97. Communem securitatem,  
 „ quam Populus Pistorii & Recto-  
 „ res fecerint, firmam & ratam te-  
 „ nebo & observabo, & observare  
 „ faciam pro meo posse; & simili-  
 „ ter securitatem Comitis Guidonis

A „ de Lucen..... ratam & firmam  
 „ tenebo..... quod observabo, si  
 „ nobis observaverit. Et sic faciam  
 „ jurare meam proxime succedentem  
 „ Potestatem vel Consules; & hoc  
 „ efficiatur usque ad terminum con-  
 „ stitutum: & similiter securitatem  
 „ Comitis Guidonis filii quondam  
 „ Rodulphi, & hoc usquedum vixe-  
 „ rit, donec nobis observaverit.

B „ §. 98. Vias publicas restringi,  
 „ me sciente, non permittam in Ci-  
 „ vitate Pistoria, nec in ejus Bur-  
 „ gis, nec infra duo milliaria prope  
 „ Civitatem in meo dominio; &  
 „ homines mittam, quos jurare fa-  
 „ ciam, ut aptent: & fortiam &  
 „ adjutorium eis inde dabo.

C „ §. 99. Item non permittam in  
 „ Civitate Pistoria, aliquam Turrin  
 „ murari, nec in suis Burgis ultra  
 „ mensuram Turris filiorum quon-  
 „ dam Ildibrandi Vandini, & ultra  
 „ modum determinatum, (m) ut Tur-  
 „ res desuper aequales fiant. Et ita  
 „ faciam jurare eos, qui Turres fun-  
 „ dabunt in Civitate Pistoria, vel  
 „ in suis Burgis aut suburbiis in  
 „ meo dominio.

D „ §. 100. Et si Casa alicujus Pi-  
 „ storiensis, Bargiensis, & subur-  
 „ biensis ejus fuerit rupta de aliqua  
 „ Turri in meo dominio, ab eo,  
 „ qui damnum dedit, infra triginta  
 „ dies proximos emendari faciam;  
 „ & si emendare nequiverit, ab eo,  
 „ cujus Turris fuerit, emendari fa-  
 „ ciam, si tamen mihi reclamatum  
 „ fuerit, nisi prius ejus fuerit pre-  
 „ tium, cujus casa rupta fuerit.

E „ §. 101. Et si quis taliaverit ca-  
 „ sam alicujus..... studiose, ei  
 „ dam-

(l) Exciderunt heic nonnulla. *Muratorius.*

(m) *Ut Turres de super aequales fiant.* Le Torri aveano le loro misure; e per fuggire l'invidia, non potevano passare una certa altezza. Queste non si potevano fabricare se non da' Nobili. E Siena una volta n'era piena: marca d'onore, conceduta a que' Nobili, che vittoriosi erano ritornati dalle Guerre sacre.

„ damnum emendari faciam, & XX.  
 „ Solidos ei tollam, si mihi reclama-  
 „ matum fuerit, vel ex quo sciero,  
 „ & non reddam nec reddi faciam.

„ §. 102. Si quis cum aliquo li-  
 „ tem habuerit, & ipse vel aliquis  
 „ cum eo venerit..... domum il-  
 „ lius, cum quo litem habuerit, &  
 „ damnum ei dederit, infra triginta  
 „ dies proximos, per quos requisit-  
 „ us fuero, damnum ei emendare  
 „ faciam, excepto studioso homi-  
 „ cidio.

„ §. 103. Possessiones..... nec  
 „ vendi nec pignori permittam.  
 „ Et si quis emerit, vel pignus ac-  
 „ ceperit in meo dominio, vel in  
 „ proximo retro Consulatu, retro  
 „ agere faciam, secundum quod me-  
 „ lius recognovero, salvo communi  
 „ honore nostrae Civitatis Pistorii.

„ §. 104. Et quicumque nostrae  
 „ Civitatis & nostri Districtus falsam  
 „ monetam (n) expenderit, vel fe-  
 „ cerit studiose, & cognitum mihi  
 „ fuerit, si habuerit valorem triginta  
 „ Librarum, tollam ei, vel tolli fa-  
 „ ciam, & sic secundum praedictum  
 „ modum, eum qui plus habuerit,  
 „ in plus puniam, & eum, qui mi-  
 „ nus habuerit, in minus, vel in  
 „ duplum eum peiorabo; nec red-  
 „ dam nec reddi faciam, nec restau-  
 „ rare nec restaurari faciam.

„ §. 105. Si quis nostrorum Ci-  
 „ vium alicui Concivi possessiones  
 „ vel tenere injuste abstulerit, vel  
 „ retro proximo Consulatu abstulit,  
 „ viginti Solidos ei tollam, & te-  
 „ nutam & possessiones ei restitui  
 „ faciam, nec reddam, nec reddi  
 „ faciam. Similiter faciam de eo,  
 „ qui fructus aliquos deteneret, vel  
 „ possessionem abstulerit; per quod

*Tom. X.*

A „ mihi, vel Judicibus causarum fi-  
 „ niendarum fuerit reclamatum, &  
 „ fuerit judicatum. Et habebō ad  
 „ Consilium Consules Militiae Com-  
 „ munitatis Pistorii.

„ §. 106. Si quis nostrorum Ci-  
 „ vium habet, vel habuerit in for-  
 „ tia Civitatis Pistoriae aliquam pos-  
 „ sessionem, secundum rationem bo-  
 „ norum pro me, & pro Populo  
 „ Pistorii, ei retinere jurabo, salvo  
 „ communi honore Patriae, & no-  
 „ strae Civitatis, si mihi ab eo re-  
 „ quisitum fuerit.

„ §. 107. Et si quid de Commu-  
 „ ni vel pro Communi Pistorii ad  
 „ me, vel ad alium pro me, me  
 „ sciente, pervenerit, & redditum  
 „ fuerit in manibus personae illius,  
 „ qui hoc sacramentum in arringo  
 „ palam fecerit de Communibus re-  
 „ bus servandis, observari faciam,  
 „ praeter ad portum finem conven-  
 „ tionem non recipiam, nec recipi  
 „ faciam, nec tollam, nec tolli fa-  
 „ ciam studiose aliquid de Communi  
 „ havere, nec tolli consciam ultra  
 „ Feudum mihi constitutum & soli-  
 „ tum, & sit tantum sine fraude.

„ Et nullum comandamentum nomi-  
 „ ne Sacramenti alicui Civi Pistorii  
 „ faciam pro communi honore & u-  
 „ tilitate nostrae Civitatis..... ha-  
 „ buero memoriam..... per Recto-  
 „ res Civitatis Pistoriae, vel conce-  
 „ dentiam fecero Consiliariis serien-  
 „ communiter, vel majori parti ma-  
 „ nifestabo infra triduum in Civita-  
 „ te inde.....

„ §. 108. Item quod a Consilia-  
 „ riis nostrae Civitatis Pistorii de  
 „ aliqua re per sacramentum teneri  
 „ percepero, tenebo, &..... se-  
 „ riam ponam.

Y y

„ §. 109. Et

(n) In questo luogo in tal forma parlasi della Moneta, che ben dimostra, che in tal torno Pistoia non battava Moneta.

„ §. 109. Et tenebo Populum Pistorii in pace intus & foris, ad honorem & utilitatem Civitatis Pistoriae.

„ §. 110. Et quodcumque bannum super meo sacramento misero, firmum & ratum habebo.

„ §. 111. .... Aquarium super Vias publicas in Civitate Pistoria, nec in suis Burgis haberi permittam, me sciente.

„ §. 112. Adjuvabo & conservabo Consules Civitatis Pistorii, qui modò sunt, in toto tempore eorum Consulatus de communi bono & honore & utilitate Civitatis Pistorii, & fortiam & adiutorium eis praestabo usque ad finem eorum Consulatus.

„ §. 113. Thesaurum Ecclesiae Sancti Zenonis, & Sancti Jacobi, curam & studium habebo reinveniendi & conservandi, & custodiam ad hoc imponam, ut non perdatur.

„ §. 114. Muros & foveas novas, & .... Civitatis Pistorii intra meum terminum non destruam, nec dissipari permittam. Et si quis dissipaverit, & cognitum mihi fuerit, ei reconciliare faciam, & poenam dupli ei tollam, & non reddam, nec reddi faciam.

„ §. 115. Quidquid de Prato de Plunta diminutum fuerit ab aliquo a XXX. (excipio novam Foveam Civitatis nostrae) secundum quod per sacramentum idoneorum hominum potero invenire, restitui faciam, & in toto meo dominio diminui nec deteriorari permittam, me sciente.

„ §. 116. Si quis praedictorum Judicum, aut Officialium Civitatis Pistoriae de aliquo negotio ad suum officium pertinente mihi con-

A „ filium perierit, bonà fide, & sine fraude ei dabo, & poenas malitiosae non tollam.

„ §. 117. Item si cognovero, aliquem Officialium Civitatis Pistoriae esse in manifesta fraude super officio sibi commisso, de officio illum expellam, & in meo dominio cum in officio non recipiam. Et in toto tempore mei domini non accipiam Feudum, nec aliquam conventionem factam de aliquo Feudo recipiendo ab aliquo Comite, nec ab aliqua persona.

„ §. 118. Si cognovero, aliquem Civem alterum studiose interfecisse, nec pro se defendendo fecerit, si habuerit Turrim, vel partem Turris meliorem, & Casam, faciam destruere, & illum de Civitate expellam, & per quinquennium in Civitate Pistoria cum habitare non permittam, nec in suis Burgis, nec infra tria milliaria prope Civitatem, me sciente, nisi pacificatus fuerit cum eo, cum quo litem habuerit, ante Rectores nostros.

D „ Si habuerit valorem Librarum L. Solidos L. ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam: & de C. Libris, Solidos C. & de CC. Libris, Solidos CC. & de CCC. Libris, Solidos CCC. & de CCCC. Solidos CCCC. ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam. Et si habuerint valorem X. Librarum, &

E „ usque ad XI. Libras, ei IV. Libras tollam, & non reddam, nec reddi faciam. Et si de homicidiis praedictam poenam habere nequivero de suis bonis, eum peiorabo in dualum, si potero. Et de supradictis Capitulis intersectorum non reddam, nec reddi faciam aliquod, nec restaurari faciam. Excipio illum, qui interfecerit in-

„ terse-

„ terfectorem parentum, aut filii,  
 „ vel fratris, aut agnati, vel co-  
 „ gnati, seu generi sui, unde finis  
 „ non sit facta: & illum, qui via-  
 „ diſtam pro ſuo Domino fecerit.

„ §. 119. Si quis finem vel pa-  
 „ cem de homicidio, vel graviter  
 „ feriendo ruperit, taliter eum pu-  
 „ niam, ut de homicidio.

„ §. 120 In toto meo dominio  
 „ non dabo aliquod officium Furi,  
 „ nec dari permitram, nec in toto  
 „ tempore vitae ſuae ſit Conſul, &  
 „ Conſiliarius Civitatis Piſtorii, aut  
 „ qui fratris, aut ſororis ejus nepo-  
 „ tes ſint, in aliquo officio Civita-  
 „ tis Piſtorii. Et ſic faciam jurare  
 „ meos proximos ſucceſſores Conſu-  
 „ les, vel Potestatem, & ut illi fa-  
 „ ciant jurare ſuos, & illi ſuos, &  
 „ ſic uſque ad expletum terminum  
 „ ſeptem annorum. Excipio perſo-  
 „ nam ſoldi: item illum, qui Gui-  
 „ dalottum Conſulem interfecit; non  
 „ permittam eum habitare in Civi-  
 „ tate Piſtoria, nec in toto diſtrictu  
 „ de Piſtoria, me ſciente; & hoc  
 „ faciam jurare meos proximos ſuc-  
 „ ceſſores Conſules vel Potestates,  
 „ & quod ipſi facient jurare ſuos,  
 „ & illi ſuos, & ſic uſque ad ex-  
 „ tremum vitae illius.

„ §. 121. Item ſi quis Civis de  
 „ cetero fuerit de ſuo tenere inter  
 „ Piſtorii diſtrictum expulſus, &  
 „ mihi fuerit reclamatum; citius  
 „ quàm potero, expulſum in tenere  
 „ ſuo & podere faciam reſtitui, prae-  
 „ ter inquilinum & partiarium Co-  
 „ lonum.

„ §. 122. Si quis ſeditionem in  
 „ noſtra Civitate ſtudioſe, cum frau-  
 „ de, ad detrimentum Civitatis Pi-

A „ ſtorii fecerit, eum non eligam in  
 „ meo dominio in aliquo officio.

„ §. 123. Distingam communem  
 „ Camerarium, rationem reddere ſin-  
 „ gulis Menſibus de pecunia Civita-  
 „ tis Piſtoriae, & de omnibus pi-  
 „ gnoribus datis vel acceptis & aſſi-  
 „ gnatis pro cauſis finiendis, & per  
 „ advocacionem, ut veraciter quan-  
 „ titatem, pro qua obligata fuerit,  
 „ manifeſtet coram duodecim Conſi-  
 „ liariis vel ad Commune Conſilium  
 „ fuerint. Et ſi de ea pecunia ma-  
 „ niſeſta fraude eum inveniam, pu-  
 „ blice de officio expellam, & Feu-  
 „ dum eum habere non permittam.  
 „ Et non dabo ei, nec dari faciam  
 „ ulterius Feudum quatuor Librarum,  
 „ me ſciente. Et omnia pignora,

C „ quae mihi data fuerint de Com-  
 „ muni, vel alicui perſonae, me  
 „ ſciente, ponam, vel reponi faciam  
 „ in Apothecam..... vel Eccleſiae  
 „ Sancti Zenonis, & praediſtae Ec-  
 „ cleſiae XL. Solidos pro luminariis  
 „ dabo vel dari faciam. Item infra  
 „ quatuor dies proximos poſt Kalen-  
 „ das Januarii eligam, & eligi fa-  
 „ ciam duos alios Conſiliarios, quos  
 „ faciam jurare, ut ſtatuant ratio-  
 „ nem cum Camarlingo ſine fraude  
 „ de omnibus jam diſtis expenſis in  
 „ Communi Conſilio coram Conſi-  
 „ liariis omnibus vel majori parte,  
 „ & coram Conſulibus, & qui ju-  
 „ rent, ut ſi invenerint ipſum in  
 „ manifeſta fraude, pateſt faciant. Quod  
 „ ſupra in hoc Capitulo diſtum eſt,  
 „ tunc in Anno faciam ſemel in  
 „ quatuor Menſibus in meo dominio.

E „ §. 124. Nobiles homines (o) Pi-  
 „ ſtorienſis diſtrictus, qui videbun-  
 „ tur mihi convenientes & idonei,  
 „ Y y 2 „ faciam

(o) *Nobiles homines*: s' intende della Nobiltà ſignorile, buona parte de' quali erano obbligati abitare in Città. Coſì ſi praticava in Siena. Ma queſt' uſo non denotava già, che

„ faciam jurare habiturium Civitatis  
 „ Pistoriensis sine fraude; ex quo  
 „ habiturium Civitatis Pistorii jura-  
 „ verint, eis faciam rationem, &  
 „ laudatos usus nostrae Civitatis ob-  
 „ servabo. Non reddam alicui fo-  
 „ rensium..... qui juraverint, pa-  
 „ rabolam, aut qui in anima jura-  
 „ bunt habitare in Civitate Pistoria.

„ §. 125. Quodcumque debitum  
 „ Potestas vel Consules Civitatis in  
 „ scriptis mihi reliquerint, non re-  
 „ cusabo recipere; & dehinc ad  
 „ proximum terminum persolvam,  
 „ & persolvi faciam. Et recolligam  
 „ & recolligi faciam dehinc ad Ka-  
 „ lendas Majas proximas totum il-  
 „ lud havere, quod datum fuerit  
 „ mihi in scriptis, & tollam vel  
 „ tolli faciam: & dabo & dari fa-  
 „ ciam illis hominibus, quibus mihi  
 „ in concordia Consiliariorum fuerit  
 „ assignatum a Corso Judice, & Ge-  
 „ rardino, & Pipino, & Rainaldo  
 „ Consulibus.

„ §. 126. Et intus prope ripas  
 „ novas Civitatis Pistorii a funda-  
 „ mento muri jam coepti & inci-  
 „ piendi ex omni circuitu viam duo-  
 „ decim pedum non permittam re-  
 „ stringi nec deminui, me sciente,  
 „ in toto meo dominio. Et sic fa-  
 „ ciam jurare meam proxime succe-  
 „ dentem Potestatem & Consules,  
 „ ut illi faciant jurare suos.

„ §. 127. Et faciam eligi in ar-  
 „ ringo dehinc ad proximas Kalen-  
 „ das Februarii, a duobus bonis ho-  
 „ minibus, quos jurare faciam eli-  
 „ gere meliores & potiores & fa-

A „ pientiores, quos cognoverint, qua-  
 „ tuordecim Consiliarios, ad utilita-  
 „ tem Pistoriensis Populi, & non  
 „ plures, praeter Judices & Advoca-  
 „ tos. Et illis, quos elegerint  
 „ Consiliarios, nullum intellectum  
 „ dabo, nec dari faciam, neque da-  
 „ ri permittam de aliquo Consilia-  
 „ rio eligendo. Et in quo ipsi, vel  
 „ major pars accordaverint de com-  
 „ muni honore nostrae Civitatis, e-  
 „ go cum eis concordabor & faciam,  
 „ nisi forte cum Consilarii Consi-  
 „ lium remutaverint. aut major pars.  
 „ Id enim faciam. Sed in quo inde  
 „ melius recognovero, & de com-  
 „ muni havere, ultra viginti Soli-  
 „ dos non expendam, nec expendi  
 „ faciam absque consilio praedicto-  
 „ rum Consiliariorum vel majoris  
 „ partis, & Consu..... & unus  
 „ Consiliariorum mecum erit, possim  
 „ accordare cum eis de expensis.....  
 „ petam a Consiliariis toto tempore  
 „ mei domini de rebus, quae mihi  
 „ videbuntur spectare ad communem  
 „ honorem & utilitatem nostrae Ci-  
 „ vitatis. Et faciam eos jurare, mihi  
 „ dare consilium, quoties ab eis pe-  
 „ tiero, prout melius recognoverint,  
 „ ad communem honorem & utilita-  
 „ tem Civitatis Pistorii.

„ §. 128. Item si aliquis proelium  
 „ in Civitate Pistoria, & in ejus  
 „ Burgis, aut Suburbis inceperit,  
 „ infra octo dies, ex quo sciero,  
 „ tollam ei, vel tolli faciam Solidos  
 „ centum, & non reddam, nec red-  
 „ di faciam aliquo modo. Et inve-  
 „ nire studebo, quicumque proelium

„ incepe-

che tutti i Nobili, che erano obbligati abitare in Città, fossero fra di loro di pari condizione. A me pare, che il dottissimo Monsignor Fontanini abbia pensato malamente a stimargli uguali. In Siena sono stati de' Grandi i Tolomei, i Saracini, i Cerretani, e gli Aldobrandeschi: ma non andavano fra di loro tutti del pari. Gli Aldobrandeschi erano Principi. Il titolo d' *Uultra* distingueva questi Signori dagli altri. Costoro si contentavano d' intitolarsi solamente *Nobiles*. E se erano Cavalieri, portavano il titolo di *Dominus*, o di *Messere*.



„ inceperit. Et si non habuerit unde solvat, peiorabo eum in tantum, quod valeat Solidos ducentos. Et si non habuerit unde solvat, & non potero eum peiorare, expellam eum de Civitate, & a tribus milliariis prope Civitatem eum habitare non permittam in meo dominio, me sciente.

„ §. 129. Et toto tempore mei domini habebo Custodem & Custodes, qui sint bonae famae, & boni Cives Pistorienses, & convenientes, qui custodiant Turrim de Serravalle per dies & per noctes. Et non mittam ibi aliquem Custodem, cujus possessio non valeat ultra CCC. Libras.

„ §. 130. Si aliquis Pistoriensis Civis detulerit (p) adsteritium, vel adallevantiam, spedium, vel lanceam, vel barionem, vel malatayam..... in Civitate Pistoria, vel in ejus Burgis, tollam ei, vel tolli faciam viginti Solidos, & non reddam, nec reddi faciam. Et si non potero ei tollere, peiorabo eum in XL. Solidis. Et si non habuerit, unde solvat, expellam eum de Civitate, & in toto dominio eum de Civitate Pistoria, me sciente, habitare non permittam.

„ §. 131. Et habebo duos Judices, unum de Lege, & alterum de Usu, & duos Advocatos pro causis ventilandis. Et si contigerit, me aliquid circa praedicta vel infra scripta facere, aut aliquid de illis Capitulis per ignorantiam praetermittere, priusquam inde recordatus fuero, illud infra octo

A „ dies proximos, si potero, recuperabo bonâ fide. Talis est intellectus, ut sim salvus de his, quae per ignorantiam praetermissi.

„ §. 132. Et in toto tempore mei domini habebo firmum & ratum, & tenebo quidquid in his Capitulis continetur, & in Constituto consignato per manum Deutifici Notarii.

B „ §. 133. Haec omnia meos proximos successores Consules, vel Potestatem, aut Rectores similiter jurare faciam, & ut isti faciant jurare suos, & illi suos. Et si in antea..... a me, & a majori parte Consiliariorum fuerit immutatum vel statutum, similiter jurare faciam.

C „ §. 134. Nec tenebor sacramento fidelitatis vel Compagniae alicui manifesto inimico Pistoriensis Populi, nisi tenear pro Communi Civitatis.

„ §. 135. Nec faciam Compagniam vel communionem, vel seditionem studiose, nec tenebo cum aliquo, nec cum aliquibus de Consiliariis aliquo ingenio.

D „ §. 136. Et similiter a Kalendis Januarii usque ad proximas Kalendaras Martias, Rectores Artium Civitatis Pistorii jurare faciam, ut ipsi absolvant sibi, qui pro sua Arte tenentur, ut de cetero nullâ causâ communi constringantur, & ut ipsi non possint vendere & emere res de sua Arte sine pretio statuto & ordinato, vel aliquatenus sibi imposito. Et quod non possint adjurare laborare. Citius quàm potero acquirere faciam nomine pro-

E „ prie-

(p) Si aliquis Pistoriensis Civis detulerit adsteritium, vel adallevantiam, foedum, vel lanceam, vel barionem, vel malatayam: scimo, che queste voci siano d'armi da offesa. Fuora del termine della Lancia, sono tutte voci tralasciate dal Padre d'Aquino nel suo Vocabolario Militare.

„ prietatis, vel nomine permutatio-  
 „ nis cum Ecclesia Sancti Zenonis,  
 „ totam Terram, quae est infra fo-  
 „ veas novas Castellum de Serravalle  
 „ infra meum territorium. Et hoc  
 „ si potero.

„ §. 137. Item faciam, quod pro-  
 „ xime mea succedens Potestas aut  
 „ Consules jurabunt, quod ipsi fa-  
 „ cient custodire Castrum de Bargi  
 „ ad communem honorem, & utili-  
 „ tatem Civitatis Pistorii, & Beati  
 „ Zenonis; & quod ipsi non ponant  
 „ aliquam custodiam in Turri de  
 „ Bargi, nisi pro Communi Pistorii;  
 „ & quod ipsi facient jurare suos  
 „ proximos successores Consules vel  
 „ Potestatem, & illi suos: & sic in  
 „ antea usque in perpetuum. Et si  
 „ contigerit, quod velint praedictam  
 „ custodiam alii dare, non possint  
 „ alii dare, nisi Ciottolo, & ejus  
 „ heredibus, & illorum juramento,  
 „ nisi pro Communi Pistorii.

„ §. 138. Ego non tollam, nec  
 „ tolli faciam Ciottolo de Bargi suas  
 „ rationes de Bargi: immo juvabo  
 „ eum tenere suas rationes de Bar-  
 „ gi. Et hoc idem faciam Rainaldo,  
 „ & Verho, & Ramaldino, & suo  
 „ fratri, & nepotibus. Et si raptae  
 „ & toltae eis fuerint, juvabo recu-  
 „ perare, & recuperata retinere per  
 „ bonam fidem, sine fraude, donec  
 „ observaverint nobis.

„ §. 139. Si autem Ciottolus (q)  
 „ fuerit damnificatus ultra centum  
 „ Solidos in Curte de Bargi pro hac  
 „ guerra, quousque haec guerra du-  
 „ raverit, aut in vasto messium, in  
 „ vineis, aut in arsurum caesarum,

A „ aut in praeda animalium, emen-  
 „ dabo exinde sibi, & emendari faci-  
 „ am in Libris XX. Et si fuerit  
 „ damnificatus ultra Libras XX. ni-  
 „ hil sibi restaurabo, nec restaurari  
 „ faciam ultra XX. Libras. Et hoc  
 „ idem faciam ei si fuerit damni-  
 „ catus minus centum Solidis, quod  
 „ non teneat ei aliquid emendare.

B „ Si autem fuerit damnificatus in  
 „ armis & equis, hoc idem faciam,  
 „ quod aliis Lombardis Stagiensibus.

„ §. 140. Item faciam dehinc ad  
 „ proximas Kalendas Junii, tres Pon-  
 „ tes murari in Turri in Castro de  
 „ Bargi, super his, quos Consules  
 „ fieri fecerunt, ad mensuram Pon-  
 „ tis Campanilis Ecclesiae Sancti Ze-  
 „ nonis, quam collegerunt Magistri  
 „ cum bona calcina sine fraude. Et  
 „ faciam meam proxime succedentem  
 „ Potestatem jurare super his in eâ-  
 „ dem Turri tres alios Pontes, &  
 „ ut illi faciant jurare suos, & illi  
 „ suos, & sic in antea semper, do-  
 „ nec praedicta Turris fuerit mura-  
 „ ta super tria & quadraginta bra-  
 „ chia.

D „ §. 141. Et si qua persona de  
 „ Civitate Pistoria, Burgis, aut Su-  
 „ burbiis aliquam aliam personam,  
 „ quae habeat litem homicidii, vel  
 „ aliquam aliam litem, infra guer-  
 „ ram in personam graviter offende-  
 „ rit, vel offendi fecerit, praeter-  
 „ quam pro guerra Civitatis, ex quo  
 „ de domo sua exierit, usquedum  
 „ in propriam domum remeaverit,  
 „ aut in eundo, aut in redeundo vel  
 „ stando, tollam ei quinquaginta Li-  
 „ bras, & non reddam, nec reddi  
 „ faciam

(q) Ciottolo da Barga stimo che fusse un Lombardo, o Nobile di Barga, quale se riceve danno da gli nemici, vuole il Comune di Pistoia menargli buono infino a venti Lire de' danni, che potesse patire nella presente guerra, come il Comune osservava aliis Lombardis Stagiensibus. Questa parola mi suppongo, che significhi qualche luogo nel territorio di Pistoia. No' altri avevamo i Lombardi, chiamati de' Sterfi, che vado pensando che fusse qualche luogo fra Poggibonfi e Staggia.

„ faciam nec sibi, nec alicui pro eo,  
 „ nec restaurari faciam aliquo modo.  
 „ Et si non habuerit, unde tollam,  
 „ pejorabo eum in tantumdem infra  
 „ unum Mensem proximum. Et si  
 „ non habuerit tantum, pejorabo  
 „ eum in quantum habuerit, & exin-  
 „ de usque ad viginti annos proximi-  
 „ mos non permittam eum habitare  
 „ in Civitate Pistoria nec Burgis,  
 „ nec in suo districtu ad meum posse.  
 „ Et ita faciam jurare meam  
 „ proxime succedentem Potestatem  
 „ vel Consules, & ut illi suos faciant  
 „ jurare, & sic usque ad ex-  
 „ pletos XX. annos. Item si quis de  
 „ Civitate Pistoria, Burgis & Su-  
 „ burbiis de cetero corporaliter ad  
 „ sancta Dei Evangelia juraverit, se  
 „ non facere finem nec rationem de  
 „ aliqua offensa sibi facta ab aliqua  
 „ persona de Civitate Pistoria, Bur-  
 „ gis, aut Suburbiis, ex quo sciero,  
 „ usque ad unum proximum Men-  
 „ sem viginti Libras ei tollam, nec  
 „ reddam nec reddi faciam aliquo  
 „ modo. Et si non habuerit, unde  
 „ tollam, pejorabo eum in tantum-  
 „ dem. Et si non habuerit tantum,  
 „ pejorabo eum, in quantum habue-  
 „ rit. Et eum, me sciente, non  
 „ permittam habitare in Civitate Pi-  
 „ storiam, nec in suis Burgis aut Su-  
 „ burbiis. Et ita faciam jurare meos  
 „ proximos successores vel Potesta-  
 „ tem, & ut illi faciant jurare suos,  
 „ & sic semper usque ad quinque  
 „ Annos expletos.  
 „ §. 142. Nullum permittam du-  
 „ catum praestare alicui foretano,  
 „ nisi illis, quibus Consules vel Po-  
 „ restas imposuerint pro Communi,  
 „ a Civitate Pistoria ad Castrum

„ Sambucam, & ad Plebem de Se-  
 „ jano, & usque ad Plebem de Lam-  
 „ porecchio, & usque ad flumen  
 „ Nebulae, & usque Montemurlum,  
 „ & usque ad Ecclesiam Sancti Mar-  
 „ tini de Campo.  
 „ §. 143. Item ego deinceps non  
 „ emendabo nec emendari faciam de  
 „ equis, qui de cetero morientur,  
 „ ultra viginti Libras pro equo,  
 „ quorum octo fieri debent de Da-  
 „ tio foretano. Et ego in meo do-  
 „ minio eligam duos Arbitros, quos  
 „ jurare faciam ante Festum Sancti  
 „ Andreae, qui arbitrentur de omni-  
 „ bus equis Civium Pistorii, Bur-  
 „ gorum, & Suburbiorum, & illo-  
 „ rum, qui per Potestatem Pistorii  
 „ constringantur. Et de equis tan-  
 „ tum macagnatis, de quibus mili-  
 „ tes in bello non possunt se juvare,  
 „ & de omnibus armis perditis in  
 „ meo dominio. Et sicut ipsi Arbi-  
 „ tri fuerint arbitrati de equis mor-  
 „ tuis, & de tantum macagnatis,  
 „ ut supra dicitur, teneam emendare,  
 „ vel facere emendari in meo domi-  
 „ nio, ita quod non emendem ultra  
 „ XX. Libras de equo. De omnibus  
 „ armis perditis ita faciam emenda-  
 „ ri, vel emendabo in meo domi-  
 „ nio, sicut ipsi fuerint arbitrati.  
 „ Et talis est intellectus, quod non  
 „ teneam emendare equos & arma  
 „ illis hominibus, qui fecerint con-  
 „ tra sacramenta & constituta Pote-  
 „ statis. Et faciam ego jurare Ar-  
 „ bitros per bonam fidem sine fraude.  
 „ §. 144. Securitatem, quam Te-  
 „ dadius Infrangilasta, Turchius, &  
 „ Nazarius, & Guittencinus fecerint  
 „ cum Guidone (r) Aurgundione,  
 „ firmam & ratam tenebo & obser-  
 „ vabo.

(r) cum Guidone Aurgundione: dubito che non vi sia isbaalio, e debba dire Burgundione. La Famiglia Burgundia, come s'è detto, fin del 1035. era molto nota in Toscana.

„ vabo, & sic faciam jurare meos,  
 „ & sic usque ad terminum consti-  
 „ tutum expletum, donec nobis ob-  
 „ servaverint.

„ §. 145. Securitatem & Pacem  
 „ Monticatinensium firmam & ratam  
 „ in meo dominio habebō & obser-  
 „ vabo, sicut scripta est per omnia;  
 „ & sic faciam jurare meam proxime  
 „ succedentem Potestatem, vel  
 „ Consules, & ut illi faciant jurare  
 „ suos, & illi suos, & sic in antea  
 „ usque ad expletum constitutum  
 „ terminum.

„ §. 146. Securitatem, quam Ar-  
 „ rendibilis Parmisianus, Gubianus  
 „ Trajedi, & Prejete Consules fe-  
 „ cerunt cum Ciottolo de Bargi,  
 „ firmam & ratam habebō, & ob-  
 „ servabo in meo dominio, & sicut  
 „ scripta est per omnia. Et sic fa-  
 „ ciam jurare meam proxime succe-  
 „ dentem Potestatem & Consules,  
 „ & ut illi faciant jurare suos, &  
 „ illi suos, & sic in antea, donec  
 „ Ciottolus & ejus filii & homines  
 „ de Bargi nobis observaverint, si-  
 „ cut juraverunt per omnia.

„ §. 147. Quicumque nostrae Ci-  
 „ vitatis juraverint deinceps se non  
 „ esse Advocatum (f) nostrae Curiae  
 „ pro Civitate, vel Castaldum, seu  
 „ Camarlingum, vel Consulem, in  
 „ meo dominio non permittam, pla-  
 „ citari in nostra Curia, & Libras  
 „ IV. ei tollam, nec reddam, nec  
 „ reddi faciam. Et si non potero  
 „ habere Advocatos Legis, eligam

A „ & mittam duos Advocatos ex usu  
 „ vel de usu.

„ §. 148. Item duo Castaldi pa-  
 „ lam in Arringo eligantur, quo-  
 „ rum unus quilibet habeat Feudum  
 „ IV. Librarum, & non plus, prae-  
 „ ter res usitatas, quae dantur (t)  
 „ in Pascis sine fraude. Qui omnes  
 „ jurent in communi Consilio, se-  
 „ cundum quod Consiliarii omnes,  
 „ vel major pars consilium dederint  
 „ de officio Castaldi..... Et insu-  
 „ per habebō unum Camarlingum,  
 „ qui faciat expensas deforis pro  
 „ Communi.

B „ §. 149. Item faciam jurare Ca-  
 „ staldos, quod non mittant, nec  
 „ mitti faciant operarios, & ita Po-  
 „ testas mittat, & inde non habeant,  
 „ nisi duos Nuntios, ut faciant ju-  
 „ rare Magnarios, & suos familia-  
 „ res a XIV. in antea, quod non  
 „ tollent fraudulententer, nec fraudabunt  
 „ blavam aliquo ingenio, nec  
 „ farinam, quam acceperint pro ma-  
 „ cinare. Et si invenerint aliquem  
 „ ex Magnariis vel de suis familia-  
 „ ribus de farina vel blava, quam  
 „ acceperint, vel accipi fecerint,  
 „ puniam eos ut de furto.

C „ §. 150. Item si aliquis Civis  
 „ Pistorii fuerit mihi accusatus, quod  
 „ aliquam menam teneat cum aliqua  
 „ Civitate, vel Castro, aut Comite,  
 „ vel Capitaneo. pro Communi Pi-  
 „ storii, absque licentia mea, cen-  
 „ tum Solidos ei tollam, nec red-  
 „ dam, nec reddi faciam. Et si non  
 „ potc-

(f) *Advocatus* in questo luogo sta per difensore del Comune. E questi si riconoscono nel Giudicato fatto nel 1162. Cotali Avvocati erano di due sorte. Si chiamavano *Advocati Legis*, e questi erano i Legisti e Dottori di Legge. Altri poi si chiamavano *ex usu*, ovvero *de usu*, ed erano i Protettori del Comune, come sarebbero per \* ezeuplo gli Ambasciatori, ovvero Inviati. Nel mentovato Giudicato mi suppongo che di Pistoia ne fossero gli Avvocati e Dottori di Legge: e tali furono Maienetto Giolla da Pistoia, Ildobrandino di Guido da Pistoia, e Astancollo da Pistoia.

(t) *quae dantur in Pascis*: dubiterei che non volesse dire *ne' desinari*, cioè *in pasfis*. O pure vuol dire *al tempo della Pasqua*.

potero sibi tollere, pejorabo eum  
in tantumdem: nec restaurabo,  
nec restaurari faciam. Et jurare  
ipsum cogam, ut non teneat in  
meo dominio aliquam menam.

§. 151. Item non incipiam guer-  
ram pro Communi vel per Com-  
mune, nec incipi faciam, nec per-  
mittam incipi, unde Cives emant  
arma vel equos, nisi communicato  
Consilio centam Civium Pistorii  
omnium, vel majoris partis, ha-  
bito sub sacramento electorum in  
concione a quatuor hominibus  
bonae famae, viginti quinque per  
quamlibet Portam, qui teneantur  
eligere meliores, quos cognove-  
rint, ad utilitatem Civitatis Pi-  
storii, & cum communi Consilio  
omnium Consiliatorum Civitatis  
Pistorii, vel majoris partis.

§. 152. Item si contigerit, me  
facere Pacem, faciam communi-  
cato Consilio omnium Consiliato-  
rum, vel majoris partis, & prae-  
dictorum centum hominum, &  
aliorum centum hominum electo-  
rum in communi Consilio om-  
nium, vel majoris partis, & Re-  
ctorum Cappellarum, & Rectorum  
Artium Civitatis Pistorii. Et pos-  
sint facere vindictam de illis ho-  
minibus nostri districtus, qui non  
fuerint ad commandamentum Ci-  
vitatatis Pistorii, sine consilio prae-  
dictorum.

§. 153. Item non tollam nec  
tollam faciam, nec imponam nec  
imponi faciam Asbergum, vel Pan-  
thieram, nec aliquid loco eorum,  
ad dandum militibus, alicui per-  
sonae de Civitate Pistoria & Bur-

Tom. X.

(u) *Gonfalonarius* vuol dire capo della Milizia urbana. Perciò qui si dice *Gonfalone-  
rius* & *Rektor Militum*.

(x) *unus plus de Popularibus quàm de Majoribus*. Da queste parole si riconosce,  
che la Plebe Pistoiese incominciava ad esser superiore alla Nobiltà. Così accadè a noi  
nel 1276, ovvero nel 1277. La Plebe cacciò dal supremo Magistrato tutta la Nobiltà.

A  
gis, qui non videantur mihi, ut  
bene possit dare. Et si mihi vide-  
tur, quod bene possit dare, impo-  
nam & tollam, & non permittam  
nec pretio nec precibus, nec amo-  
re, si necessarium fuerit Civitati.  
Et non tollam nec tolli faciam,  
nec imponam, nec imponi faciam  
Asbergum nec Panthieram, nec  
aliquid loco eorum, ad dandum  
militibus, alicui Civi Pistoriensi,  
qui videantur valentes homines in  
armis. Item non dabo nec dari  
faciam Asbergum & Panthieram  
nec Roncionem, nec aliquid loco  
eorum, alicui Civi Pistorii, ha-  
benti valens ultra D. Libras, ex-  
ceptis Casis, & Casolinis, & Tur-  
ribus, & Apothecis, de quibus  
non accipiatur pensio ultra XL.  
Solidos; nisi sit Gonfalonarius (u)  
& Rector Militum; nisi habenti  
valens ultra D. Libras; & quin-  
gentas solummodo, possit dare pro  
Communi Asbergum vel Ronthi-  
num, si & non utrumque. Simi-  
liter habentes valens a D. Libris  
infra, possint dare pro Communi  
Asbergum & Ronthinum similiter.  
Item non ero in consilio nec in  
facto, nec in assensu, quod sint  
Consules in Civitate Pistoria, nisi  
sit (x) unus plus de Popularibus,  
quàm de Majoribus. Et sic faciam  
jurare eos, qui elegerint Consu-  
les, quod totum supra dictum est  
de Pace & Guerra, Ronthinis, &  
Asbergis, quibus debeat dari, &  
quibus non. Et de Consulibus in  
Consulatu eligendis semper unus  
plus de Popularibus, quàm de  
Majoribus observabo, & faciam in

C

D

Z z

meo

„ meo dominio absque deformatione.  
 „ Et sic absque ulla immutatione  
 „ & deformatione faciam jurare meos  
 „ proximos successores Consules vel  
 „ Potestatem, & ut illi faciant jura-  
 „ re suos, & illi suos, & sic semper  
 „ per successionem Consulatus usque  
 „ ad XVI. annos expletos. Et hoc  
 „ totum faciam jurare meos Consi-  
 „ liarios.

„ §. 154. Item non ero in mea  
 „ propria causa, nec ventilabo ali-  
 „ quam propriam meam causam tem-  
 „ pore mei domini, nisi ut Lex  
 „ dicat, nisi fortè expulsus essem  
 „ de tenere meo, & nisi ego aliquem  
 „ expellerem de tenere, vel nisi de  
 „ pactis factis, & conventionibus  
 „ mihi vel a me.

„ §. 155. Medietatem verò Gui-  
 „ dae, quae remansit apud Cominu-  
 „ ne, non vendam nec pignorabo,  
 „ nec aliquo modo alienabo nec ex  
 „ toto nec ex parte in meo domi-  
 „ nio. Hoc idem faciam de Molen-  
 „ dino de Serravalle & afficto &  
 „ pensionibus, quod affictum & pen-  
 „ siones, sicut a principio fuit im-  
 „ positum, dehinc ad proximum  
 „ mensem Octobris recolligam, &  
 „ faciam recolligere, & dabo in cu-  
 „ stodia Turris de Serravalle, si to-  
 „ tum fuerit ibi necessarium. Et fa-  
 „ ciam stare ferratum de foris ostium  
 „ praedictae Turris die noctuque  
 „ continue, nisi fortè quando Cu-  
 „ stodes intraverint & exierint. Et  
 „ claves praedicti ostii jam dictae  
 „ Turris, Pistoriae faciam apud Com-  
 „ munem Camerarium teneri & be-  
 „ ne custodiri semper, nisi quando  
 „ Custodes exierint vel intraverint.  
 „ Et faciam in praedicta Turri per  
 „ totum annum tot victualia haberi  
 „ & teneri, quae ad minus per to-  
 „ tum unum mensem sufficiant am-

A „ babus custodiis. Et Custodes praec-  
 „ dictae Turris eligam bonos, & bo-  
 „ nae famae Cives.

„ §. 156. Item non faciam finem,  
 „ nec pacem, nec treguam cum Ca-  
 „ lameccensibus, nisi ea prius red-  
 „ dantur, & nisi se in nostras ma-  
 „ nus remittent absque aliqua con-  
 „ ditione & intellectu, quod num-  
 „ quam possit excogitari; & si ad  
 „ proximum Festum Innocentium ad  
 „ commandamentum Corsi, Gerardi,  
 „ Pipini, & Rainaldi Consulium Pi-  
 „ storii non fuerint..... Calamec-  
 „ cam, postea quocumque modo ad  
 „ me devenerit, destruam & destrui  
 „ faciam; & in illo Podio, in quo  
 „ nunc est Calamecca, nec ipsum,  
 „ nec homines de Calamecca ulte-  
 „ rius esse permittam. Et ita faciam  
 „ jurare meam proxime succedentem  
 „ Potestatem vel Consules, & ut il-  
 „ li faciant jurare suos, & illi suos,  
 „ & sic per successionem Consulatus  
 „ usque in perpetuum, nisi reman-  
 „ rit communi Consilio omnium Con-  
 „ siliariorum vel majoris partis.

D „ §. 157. Item si tulero Datium,  
 „ ego non tollam nec imponam,  
 „ nec tolli faciam Datium ultra III.  
 „ Solidos per focum, paupere cum  
 „ divite coaequato, nisi communica-  
 „ to Consilio centum hominum Ci-  
 „ vitatis Pistorii omnium, vel ma-  
 „ joris partis.

E „ §. 158. Item faciam rationem  
 „ omnibus suburbanis tamquam Ci-  
 „ vibus, excepto quod de Datio;  
 „ & tollam Datium, si tulero om-  
 „ nibus nostri districtus, qui non  
 „ sunt soliti dare Datium occasione  
 „ militiae, vel aliqua alià praeroga-  
 „ tivâ non juraverint corporaliter ad  
 „ Euangelia Dei. Si non juraverit  
 „ in proxime praeterito anno, eret  
 „ & tenebit equos & arma, quando  
 „ Cives

„ Cives pro Communi emerint; tunc  
 „ enim tollam eis, sicut & Civibus.  
 „ Si qua reclamatio fuerit facta mi-  
 „ hi, vel meis Judicibus aut Castal-  
 „ dis de aliqua persona nostri distri-  
 „ ctus, cujuscumque gradus vel con-  
 „ ditionis sit, & ipsa persona intra  
 „ triduum, semel viso Civitatis Nun-  
 „ tio, ad justitiam faciendam non ve-  
 „ nerit, omnes expensas, quas re-  
 „ clamator vel Civitas pro ea fece-  
 „ rit, eas cogam refarcire, & postea  
 „ sub sacramento eam constringam,  
 „ ut ad rationem remaneat cum re-  
 „ clamatore usque ad finem.

„ §. 159. Item si quis nostri di-  
 „ strictus impediverit aliquam perso-  
 „ nam euntem sub ducatu Civitatis  
 „ nostrae, & illam personam, & e-  
 „ jus merces intra tres dies proxi-  
 „ mos non restituerit, aut si de illa  
 „ pecunia ultra V. Solidos, vel de  
 „ illa merce deterioraverit invitâ per-  
 „ sonâ, cui illa pecunia & merces  
 „ fuerit: expellam eam de Civitate  
 „ nostra, & quantum in me erit,  
 „ infra tria milliaria prope Civita-  
 „ tem, nec in Civitate, nec in Bur-  
 „ gis per quinquennium habitare,  
 „ me sciente non permittam; & X.  
 „ Libras ei tollam, nec reddam,  
 „ nec reddi faciam, nec restituam,  
 „ nec restitui faciam; & totam pe-  
 „ cuniam, vel illius valens vel mer-  
 „ ces, vel illius valens eum cogam  
 „ restituere. Et si non habet, unde  
 „ poenam solvat, peiorabo eum in  
 „ tantumdem, si potero; & singulis  
 „ Kalendis faciam mihi reddere ra-  
 „ tionem ab illis, qui guidam pro  
 „ Civitate fecerint, de pecunia, quae  
 „ pro guida ad eum pervenerit.

A „ §. 160. Et si quis contra bannum  
 „ & mandatum meum iverit, & de-  
 „ prehensus fuerit, aut ibi aliquid  
 „ tunc amiserit, nihil de Communi  
 „ ultra X. Solidos pro eo expendam.  
 „ §. 161. Nullum Privilegium a-  
 „ licui nostri districtus, olim factum  
 „ de Datio non dando observabo, ut  
 „ Datium ei non tollam. Excipio  
 „ heredes illius, qui interfecit San-  
 „ nam, & qui Libium Turchicum,  
 „ & Guastavillanum a captione; &  
 „ illum, qui amisit pedem ad Mon-  
 „ tecatini de Muncigno in Civitatis  
 „ servitio. Nec in antea aliquem in-  
 „ de privilegiabo absque communi  
 „ Consilio omnium Consiliariorum,  
 „ vel majoris partis. Item dehinc ad  
 „ proximas Kalendas Januarii.....  
 „ Infrangilastam, & ejus socios, si  
 „ non juraverint, ut non murent  
 „ Turrim eorum ultra modum Tur-  
 „ ris filiorum quondam Ildibrandi.  
 „ §. 162. Habebo in communi  
 „ Consilio omnes Consules Negotia-  
 „ torum, quorum uni cuilibet dabo  
 „ XX. Solidos, decem pro eorum  
 „ Consulatu, & decem pro Consilio.  
 „ Et non permittam domum  
 „ fieri, nec aliquod aedificium circa  
 „ Dunchionem Turris de Serravalle  
 „ ex aliqua parte. Sic similiter Por-  
 „ ta de Castellina (y) usque ad do-  
 „ mum Communis Civitatis de Ser-  
 „ ravalle. Nec ipsam domum, nec  
 „ aliam communem vendam, nec a-  
 „ lienabo aliquo modo.  
 „ §. 163. Passagium, quod tolli-  
 „ tur apud Montemurlum, faciam  
 „ remanere, ut non tollatur, & in  
 „ meo dominio ibi tolli non per-  
 „ mittam.

Z z z

„ §. 164 Item

(y) usque ad domum Communis Civitatis de Serravalle. Il nome di Civitas si prende in più sensi; o per luogo capo di Provincia, o per luogo che ha il Vescovo, o per luogo di cinto di mura, o per Fortezza. Qui altro non vuol dire che Fortezza, e di lì è venuto a noi il termine di Cittadella. Nel primo caso si usava al tempo de' Romani, come osserva il Letteratissimo Padre Arduino nelle Note a Plinio.

„ §. 164. Item eligam quinque ex  
 „ Consiliariis nostris in mense Octo-  
 „ bris, cum quorum consilio Breve  
 „ & Constitutum pertractetur, & an-  
 „ te Festum Omnium Sanctorum com-  
 „ pleatur. Quos jurare faciam per-  
 „ tractare Breve & Constitutum Con-  
 „ sulum, vel Potestatis ante Festum  
 „ Omnium Sanctorum: & faciant  
 „ scribi per bonam fidem, sine frau-  
 „ de ad communem honorem & uti-  
 „ litatem Civitatis nostrae: & quod  
 „ non scribingent in Brevi nec in Con-  
 „ stituto, nec addent nec deminuent  
 „ aliquid, quod sit contra Sacramen-  
 „ tum Potestatis.

„ §. 165. Securitatem & pacem,  
 „ quam Bernardus Adimari fecit cum  
 „ filiis & nepotibus Gualandini, ob-  
 „ servabo, sicut scripta est per om-  
 „ nia. Et sic faciam jurare meam  
 „ proxime succedentem Potestatem,  
 „ & illa faciet jurare suam, & sic  
 „ semper usque ad constitutum ter-  
 „ minum. Hoc idem faciam, & ob-  
 „ servabo Balduino. Item si homici-  
 „ da non habeat pacem, si non  
 „ habuerit Turrim, vel partem Tur-  
 „ ris, & non..... non valeat  
 „ ultra L. Libras, de centum Libris  
 „ tollam ei X. Libras; & de ducentum  
 „ tollam ei, vel tolli faciam  
 „ XX. Libras; & de trecentum Li-  
 „ bris, XXX. Libras; & de qua-  
 „ tuorcentum Libris, XL. Libras;  
 „ & de quingentis Libris, L. Li-  
 „ bras. Et si non habuerit ultra  
 „ triginta Libras, tollam ei omne  
 „ id, quod habuerit, & eum de Ci-  
 „ vitate expellam, & in Civitate,  
 „ nec infra tria milliaria prope Ci-  
 „ vitatem deinde habitare non per-

„ mittam. Et si habuerit unam Tur-  
 „ rim vel medietatem Turris destrui  
 „ faciam omni auctoritate suam par-  
 „ tem. Et omnia praedicta observa-  
 „ bo & faciam in meo dominio, &  
 „ legam, & legi faciam singulis Men-  
 „ sibus coram me: & faciam exem-  
 „ plari hoc Breve & Constitutum  
 „ per manum Notarii Communis Ca-  
 „ merae, ut non addatur, & nec de-  
 „ minuatur dehinc ad Annos septem  
 „ proximos.

„ Ego Gerardus sacri Palatii No-  
 „ tarius & Tabellio, omnia praedi-  
 „ cta fideliter conscripsi & comple-  
 „ vi, manusque meae signum ap-  
 „ posui.

## NUM. I.

*Dal Caleffo dell' Assunta, fol. 592.*

Anno 1145.

„ **I**N nomine Patris & Filii & Spi-  
 „ ritus Sancti. Amen. Coram Se-  
 „ nensi Populo. Cum Senensis exer-  
 „ citus esset in Plano Abbatiae San-  
 „ cti Salvatoris, presentibus *Comite*  
 „ *Paltonerio* (1) cum equitibus suis,  
 „ & Bertuldo cum equitatu suo, *Ab-*  
 „ *bas Rainerius*, qui Caipho voca-  
 „ tur, juravit, quod nullum malum  
 „ meritum redderet pro omni dam-  
 „ pno & injuria illata Abbatiae ab  
 „ illo exercitu, hominibus habitan-  
 „ tibus in Civitate Senensi & in Bur-  
 „ gis ejus, & in omnibus eorum adju-  
 „ toribus: & quod salvaret habita-  
 „ tores Senensis Civitatis & Burgo-  
 „ rum ejus, & defenderet contra

„ omnes

(1) Da questo Contratto fatto nel 1145. si riconosce, che il Conte Paltonieri, con tuttochè fusse Conte o Governatore per l'Imperadore, operava per il Popolo Senese, e non per l'Impero: & essendo Radicofani lontano da Siena trenta miglia, si vede, quanto presto i Senesi incominciarono a dilatare il loro Imperio.



„ omnes homines ubicumque possent,  
 „ & eos, qui cum eis erunt, & co-  
 „ rum bona. Et quod daret Castellum  
 „ (2) Radicophani Civibus Senen-  
 „ sibus, & eis qui cum eis erunt  
 „ ad recuperandum contra omnes ho-  
 „ mines. Et quod daret Castellum  
 „ Radicophani Populo Senensi ad  
 „ guerram faciendam contra omnes  
 „ homines, excepto contra Sancti  
 „ Salvatoris Abbatem in sua propria  
 „ lite, non suscepta super se propter  
 „ alium, si Senensis Populus dein-  
 „ ceptus non abstulerit Abbati aliquod  
 „ Castrum vel Arcem. Et quod a-  
 „ modo in antea..... per Senen-  
 „ sem Episcopum, & Populum Senen-  
 „ sem illam partem Castellum Ra-  
 „ dicophani & Curtis ejus, quam  
 „ Comes Manente donavit & tradi-  
 „ dit Senensi Episcopo & Populo.  
 „ Hoc idem juramentum fecerunt Ro-  
 „ landinus Bigi & Scarlactinus frater  
 „ ejus, & Rolandinus filius Rolan-  
 „ dini, & Gaicciardus ejus frater,  
 „ & Ardoinus Bajocci, & Albertus  
 „ Balbi, & Ranuccinus Portonarius,  
 „ & Pepolo de Lanura, & Compa-  
 „ gnia, & Tuscanellus, Rolanduccius  
 „ Burgine, Domenicus de Civitella,  
 „ Gerardus Berizelli, Majorellus,  
 „ Martinus Ruode, Petrus Lombardus.  
 „ Insuper juraverunt Abbas,

A „ & ii omnes, quod facerent jurare  
 „ alios omnes idem predictum jura-  
 „ mentum, si possent; aut si alii  
 „ per eos facere hoc juramentum no-  
 „ luerint, juraverunt observare quod-  
 „ cumque comandamentum Senenses  
 „ Consules eis facerent contra illos.  
 „ Hec omnia predicta juraverunt ob-  
 „ servare per bonam fidem.  
 B „ Factum est hoc Anno Incarna-  
 „ tionis Dominicæ Millesimo Cen-  
 „ tesimo Quadragesimo Quinto, men-  
 „ se Julio.

## NUM. II.

C Dal Cartulario dell' Abbadia della Be-  
 vardenga, fol. 3. Anno 1037.

„ **D**Um in Dei nomine, in Co-  
 „ mitatu Senense, locus prope  
 „ Burgo, qui dicitur Arbia (3) in  
 „ judicio residebat Dominus Herman-  
 „ nus Colonensis Archiepiscopus, &  
 „ Archicancellarius sacri Palatii, u-  
 „ na cum Bertolfus Comes, Missi  
 D „ Domni Conradi invictissimi Impera-  
 „ toris ad singulorum omnium justitias  
 „ faciendas ac deliberandas: re-  
 „ sidentibus cum eo qui supra, Be-  
 „ rizo (4) nunc Comes, filius bone

„ memo-

(2) *Radicophani*. Di questa Terra ne parla a lungo in una Orazione MSta fatta in difesa di se stesso Alessandro Guglielmi: e avendone questi fatte due Orazioni giudiciali, Claudio Tolomei le desiderava vedere, come iscrive in una Lettera al medesimo. Anco ragiona di Radicofani il dotto Padre Boretta nella sua Corografia d'Italia. Stimo che *Radicofani* significhi un luogo posto alle radici d'un Monte chiamato Cofano, per essere formato a guisa d'un' Arca.

(3) *Il Burgo d'Arbia* oggi si chiama *Ponte d'Arbia* in riguardo al Ponte, che v'è: e trovasi nella Strada Romana del Contado Senese.

(4) *Beviz*: Stimo che fusse Conte, cioè Governatore di Siena, come anco suo Padre; e penso che ci fossero della Famiglia Ugurgieri. *Bevizzo* si dice *Conte*, ma non si dice di qual Luogo; io però mi penso, che facilmente si ricavi dal Luogo nel quale è fatto lo Strumento; ma in riguardo dell' ignoranza de' Notai questa regola, che per se stessa sarebbe certissima, dubito, che qualche volta sia fallace.

„ memorie Bernardi, qui (5) fuit  
 „ Comes, & Johannes (6) venerabilis  
 „ ejusdem Senensis Ecclesie Episcopus,  
 „ & alius Johannes Lucensis Episcopus,  
 „ & Wido Clusnensis Episcopus, & Rai-  
 „ neri Comes filius bone memorie  
 „ Widoni, qui fuit Comes, & Ghe-  
 „ rardus, & Albertus, & Ubaldus,  
 „ & Gesbertus, & Farolfus, Judici-  
 „ bus Domni Imperatoris, & Lam-  
 „ bertus, & Petrus Notarii Domni  
 „ Imperatoris, & Raineri (7), &  
 „ Walfredi germani filiis bone me-  
 „ morie item Gualfredi, qui fuit  
 „ Comes, & alio Raineri, & Guat-  
 „ zolino germani filiis bone memo-  
 „ rie Walfredi, qui fuit Comes, &  
 „ Rainerii de Rosino filio bone me-  
 „ morie item Rainerii, & Ugonem  
 „ filius bone memorie Ubaldi, &  
 „ Petro filius bone memorie Viven-  
 „ zi Comes, &..... filius bone  
 „ memorie Suppono, & Raimundo  
 „ filius bone memorie Rainerii.....  
 „ & reliqui plures. Ibiq; in eorum  
 „ veniens presentis *Donnus Ubertus*  
 „ venerabilis *Abbas ex Monasterio San-*  
 „ *cti Salvatoris*, sito in campo ubi  
 „ qui dicitur *Fontebona*, una cum  
 „ Wido Notario, Advocato suo, &  
 „ ostendebant ibi in eodem iudicio  
 „ monumentum unum, idest Docu-  
 „ mentum de predicta Ecclesia &

A „ Monasterio, in quo continebatur,  
 „ omnibus Casis, Castris, & Eccle-  
 „ siis, seu Terris, & rebus domni-  
 „ catis, massaritiis, simulque Servis,  
 „ & Ancillis, moviliis & immovi-  
 „ libus, omnia & in omnibus. Et  
 „ insuper ibi continebatur cuncte &  
 „ integra res illa, que est in voca-  
 „ bulo Clatina, cum Ecclesia Sancti  
 B „ Petri ibidem posita, & omnes res  
 „ & substantias, sicuti bone memo-  
 „ rie Winigi, qui fuit Comes, fi-  
 „ lius bone memorie Reghinari, una  
 „ insimul cum Richilda ejus conju-  
 „ ge in predicta Ecclesia & Mona-  
 „ sterio per ipsum Dominum pro eo-  
 „ rum anime redemptione donaverunt  
 „ atque concesserunt in ipsum san-  
 C „ ctum ac venerabilem locum. Mo-  
 „ nimentum ipsum ostensum, & ab  
 „ ordine relectum: interrogatus est  
 „ ipse predictus Ubertus Abbas, una  
 „ cum predicto Advocato suo ab his  
 „ Judicibus & Auditores, pro quo  
 „ monumento ipso ibi in iudicio o-  
 „ stensissent. Qui dixerunt: *Vere mo-*  
 „ *nimentum ipsum in iudicio vestris*  
 D „ *ostensimus presentis, ut omnibus vo-*  
 „ *bis cognitum sit, ut integra.....*  
 „ *in predicto loco Clatina, una cum*  
 „ *predicta Ecclesia Sancti Petri ibidem*  
 „ *posita, que in predicto monumento le-*  
 „ *gitur, ut ipse predictus Winigi Co-*  
 „ *mes,*

(5) qui fuit Comes: Mi credo, che altro dire non voglia questa formola nel presente Giudicato, se non che fu Governatore: e di questi modi di dire ne i nostri Strumenti molti se ne ritrovano.

(6) E' da notare, che secondo i Capitolari de' Re di Francia, ne i Giudicati era ordinato dall'Imperadore Carlo Magno, che tra gli altri v' andassero il Conte del luogo, e il Vescovo. Ecco quello che si legge: *Ut omnis Episcopus, Abbas, & Comes excepta infirmitate, vel nostrâ jussione, nullam excusationem habeat, quin ad Placitum Missorum nostrorum veniat, aut talem Vicarium suum mittat, qui in omni causa pro illo possit reddere rationem.* Si osservi, come i Conti delle Città precedevano al Vescovo del proprio Luogo, e nulla in questo fatto in que' tempi i Vescovi se ne lamentavano.

(7) In una Lettera di Bellisario Bulgarini, rapportata nel Tom. III. delle Pompe Sancesi, Lib. MSto, si apporta un Contratto del 1003. del Cartulario dell'Abbadia della Berardenga, nel quale leggesi: *In nomine Sancte & individue Trinitatis. Manifesti sumus nos Raineri & Berardo germanis Saligi filii bone memorie item Berardi, qui fuit Saligo ex genere Francorum.* Da ciò taluno potrebbe forse ravvisare l'origine de i Rinieri, che in un con gli altri giudicarono in questa Sentenza.

„ mes, una insimul cum predicta Ra-  
 „ childa ejus conjuge in predicta Eccle-  
 „ sia & Monasterio per ipsum documen-  
 „ tum dederunt atque concederunt jure  
 „ proprietario nomine. Et cum tali-  
 „ ter retulerunt ipse predictus Uber-  
 „ tus Abbas jam dicto suo Ad-  
 „ vocato ceperunt dicere & recla-  
 „ mare: Jam plures vices nos reclama-  
 „ ti sumus ad vos Dominus Hermannus  
 „ Archiepiscopus, & Dominus Bertulfus  
 „ Comes super Rainerius filius bone  
 „ memorie Ghiberti, & super Ildebran-  
 „ do & Wido & Enricus germanis fi-  
 „ liis bone memorie Hlalfredi, eò quod  
 „ malo ordine, & contra legem ipsa  
 „ predicta Ecclesia & Monasterio di-  
 „ scessit de integra predicta Curte,  
 „ & res illa de Clatina, & de pre-  
 „ dicta Ecclesia Sancti Petri ibi posita,  
 „ quod sunt sub jure de predicta Eccle-  
 „ sia & Monasterio Sancti Salvatoris.  
 „ Unde ipsa predicta Ecclesia & Mo-  
 „ nasterio legibus, & per ipsum pre-  
 „ dictum documentum investita fuit ad  
 „ suam proprietatem. Et vos predictus  
 „ Dominus Hermannus Archiepiscopus,  
 „ & Bertolfus Comes ad predictum Ra-  
 „ nerium, & a predictis germanis,  
 „ multos direxistis Missos: nullo modo  
 „ ad vestrum potestatis habere Placitum.  
 „ Unde nos querimus, ut vos de ipsa  
 „ superscripta Curte & res illa, &  
 „ de predicta Ecclesia Sancti Petri in  
 „ elemosina Domni Conradi Imperato-  
 „ ris, nostramque mercedem investiatis.  
 „ Cum ipse predictus Ubertus Ab-  
 „ bas cum Advocato suo taliter re-  
 „ tulissent, tunc ipse Dominus Her-  
 „ mannus Archiepiscopus. & dictus  
 „ Bertolfus Comes, & Judices, qui  
 „ ibi aderant, recordati sunt, & di-  
 „ xerunt, quod ipse jam dictus U-  
 „ bertus Abbas cum predictis Advo-  
 „ cato suo per plures vices reclama-  
 „ re vidissent, & eos nullo modo

A „ ad nostrum Placitum habere po-  
 „ tuerimus. Tunc ipse Hermannus  
 „ Archiepiscopus, & predictus Ber-  
 „ tolfus Comes fecerunt predictus  
 „ Rainerius, & Wido, & Enrico,  
 „ & Ildibrando per ipsum Placitum  
 „ intus & foris querere & vocifera-  
 „ re: & eos nullo modo habere po-  
 „ tuit, & ibi eos minime invene-  
 „ runt. Tunc ipse jam dictus Her-  
 „ mannus Archiepiscopus per fustem,  
 „ quem in suas tenebat manus, ipse  
 „ predictus Ubertus Abbas, una cum  
 „ predicto Advocato suo de integra  
 „ predicta Curte, & res illa de jam  
 „ dicta Ecclesia ad salva querela in-  
 „ vestiebant. Et insuper misit ban-  
 „ num Domni Imperatoris super ip-  
 „ sas predictas res, & super ipsa  
 „ predicta Ecclesia, simulque & su-  
 „ per ipse Abbas in auro optimo  
 „ Libras centum, ut nullus quisli-  
 „ bet homo, magna parvaque perso-  
 „ na ipse predictus Abbas, suosque  
 „ successores de ipsa jam dicta Cur-  
 „ te, & res illa, & de superscripta  
 „ Ecclesia, sine legali judicio disve-  
 „ stire audeat. Quique verò fecerit,  
 „ sciat se compositurum predictæ Li-  
 „ bras auri pro medietate pro Ca-  
 „ mera Domni Imperatoris, & me-  
 „ dietate a pars predictæ Ecclesie &  
 „ Monasterii, & ad ejus Abbatem,  
 „ qui pro tempore ibidem fuerit.  
 „ Unde hanc notitiam pro securita-  
 „ te eidem Ecclesie & Monasterio,  
 „ & illius Abbati, qui pro tempore  
 „ ibidem fuerit, factum est. ostensio-  
 „ ne eidem Ecclesie & Monasterio  
 „ ostendendam fieri jssimus.  
 „ Quidem & ego Lambertus No-  
 „ tarius, & jussione de superscripto  
 „ Hermannus Archiepiscopus & Mis-  
 „ so, & Judicum amonitione scripsit  
 „ in Anno Domni Conradi invictis-  
 „ simi Imperatoris, Anno Imperii  
 „ ejus

„ ejus, Deo propitio, Undecimo,  
 „ V. Nonas Madii, Indiſtione V.  
 „ Hermannus Dei gratia Colonienſis  
 „ Archiepiſcopus, & ſacri Palatii Ar-  
 „ chicancellarius ſubſcripſi.  
 „ Johannes Epiſcopus interfui & ſub-  
 „ ſcripſi.  
 „ Ego Gerardus, gratia Dei, Ro-  
 „ mani Judex Imperatoris interfui  
 „ & ſubſcripſi.  
 „ Ego Vitalis Judex ſacri Palatii  
 „ interfui & ſubſcripſi.  
 „ Lambertus Notarius ibi fui, &  
 „ anc notitia ſubſcripſi.

### NUM. III.

Dal Tomo III. de i Memoriali di Caſa  
 Piccolomini, fol. 205. Anno 1055.

„ **D**Um in Dei nomine in Comi-  
 „ tatu Florentino, prope flu-  
 „ vium Arni in loco, qui nomina-  
 „ tur Omiclo, in judicio reſidebat  
 „ Domnus Gunterius Cancellarius &  
 „ Miſſus Domni Imperatoris ad ju-  
 „ ſtitias faciendas, & aſſentent cum  
 „ eo Bonusfilius, Otto, Atto, Wi-  
 „ bertus, Bargundius, Walcaulus,  
 „ Tolbertus, Judices ſacri Palatii,

A „ & reliqui plures: ibique in eo  
 „ rum veniens preſentia Lanfrancus  
 „ Advocatus Monafterii Sancti Bar-  
 „ tholomei, ſito in loco, qui voca-  
 „ tur Curtis Maimberti, & cepit di-  
 „ cere: Jam plures vices me reclamavi  
 „ ad vos Domnus Gunterius Cancellaria-  
 „ rius & Miſſus Domni Imperatoris  
 „ ſuper beneficium, & exponere, ut  
 B „ ſupra, Rainerium & filios Guille,  
 „ qui Portum predicti (8) Monafterii  
 „ malo ordine detinent, & contra le-  
 „ gem contendunt & contradicunt, no-  
 „ minatiſe medietate de Curte una,  
 „ quae vocatur Seſtinga cum caſis, Cap-  
 „ pellis, ſeu territoriis, omnibuſque  
 „ rebus, quae ad ipſam medietatem de  
 „ jam dicta Curte & Capella pertinen-  
 C „ tur. Nam alia medietate de jam di-  
 „ cta Corte & Capella, ſive rebus omni-  
 „ bus ad parte ſupraſcripti Monafterii  
 „ ad proprietatem pertinet. Et ſic  
 „ medietate de Corte una, quae nuncu-  
 „ patur (9) Columnata, cum Eccleſiis,  
 „ caſis, territoriis, & omnibus rebus,  
 „ quae ad ipſam medietatem de predi-  
 „ cta Corte & Eccleſiis pertinent. Re-  
 D „ liqua namque medietas ipſius Cortis  
 „ ad proprietatem ipſius Monafterii de-  
 „ tinent. Et ſic medietatem de Cor-  
 „ te, quae nuncupatur (10) Valle cum  
 „ Turre & Caſtello & Eccleſia ibi con-  
 „ ſiſtente,

(8) Monafterii di San Bartolomeo, Abbazia oggi de i Frati Agutiſtiani nel Territorio Groſſetano: dal che ſi vede, che anco fuora del Territorio andavano a farſi fare ragione. Queſto Giudicato ſi ritrova anco nell' Archivio de i Frati di Santo Auguſtino, al num. 1684. ma è molto differente da queſto medefimo ch' io qui ho traſcritto, perchè non vi ſono nominati Colonnara, Valli, Caſalappi &c. come nel preſente. Noi crediamo, che i Monaci riconoſcendo, che non vi potevano avere più azione, però le laſciarono nella loro copia.

(9) Columnata: queſto Luogo oggi ſi chiama Colonna. Nel tempo antico chiamavaſi Colonia. Eſſo è nel territorio di Groſſeto, e non nello Stato Romano, come ha penſato l'erudito Padre Berretta. Colonnata dovette eſſere concheſſa una volta a i Monaci di Santo Anaſtaſio: perciò in una loro Bolla ſi riſervano le ragioni che hanno nel luogo, che ſi chiama Civitas Colorum, errore del Copiſta, che doveva leggere Colonorum. In queſto Luogo patirono diverſi Martiri, come ſi può oſſervare nel Martirologio ſtam-  
 pato a Lucca con le note del dotto Fiorentino. Ivi ſi ritirò molta Nobiltà, e ſi chiamavano i Lambardi, o Nobili di Colonna, uno de' quali mi giova credere che fuſſe Ranieri figliuolo di Villa, contro del quale fu intentato e promulgato queſto Giudicato.

(10) Valli oggi è dello Stato di Piombino. Prima l'avevano i Todini, Famiglia Magnatizia, che una volta era in Maſſa. Il Veſcovo di Maſſa vi pretende avere ragioni. Al preſente non è altro che una bandita.

„ *sistente, & cum casis, territorii, &*  
 „ *omnibus rebus, que ad ipsam medie-*  
 „ *tatem de jam dicto Castello & Tur-*  
 „ *re & Curte pertinent: aliam nam-*  
 „ *que medietatem ad suis Cortis ad*  
 „ *proprietatem ipse Monasterium deti-*  
 „ *net. Et sive medietatem de Corte,*  
 „ *que nominatur (11) Portitione, cum*  
 „ *casus, Cappellis, seu territorii, &*  
 „ *Lacu a Piscaria & Portu, omnibu-*  
 „ *sque ad ipsam medietatem de predi-*  
 „ *cto Corte tam in terris, quam in*  
 „ *aquis pertinere videntur. Reliqua*  
 „ *vero pars media ipsius Cortis ad*  
 „ *proprietatem ipsum Monasterium de-*  
 „ *tinet. Sed & de Castello (12) Casa-*  
 „ *lappi septem Merlo de predicto Ca-*  
 „ *stello, cum suis pertinentiis, que de-*  
 „ *tinet (13) Tedici. Et Pojo, qui vo-*  
 „ *catur (14) Capana murata: totum*  
 „ *in integrum cum suis pertinentiis.*  
 „ *Et alia Corte Aslato cum medietate*  
 „ *de Ecclesia Sancti Michaëlis, que vo-*  
 „ *catur in Nottula cum septem Mase.*  
 „ *Sed & alia Corte, que nominatur*  
 „ *Serimano, cum sua pertinentia, &*  
 Tom. X.

A „ *Ecclesia Sancti Andree cum sua per-*  
 „ *tinentia. Unde quero ad vos Dominus*  
 „ *Cancellarius & Missus, ut vos pro-*  
 „ *pter Deum, & remedium anime Dom-*  
 „ *ni Imperatoris, ac vestre mercedis,*  
 „ *ut investiatis me ad pars predicti*  
 „ *Monasterii de his omnibus rebus ad*  
 „ *salva querela, quousque ipse Bonifa-*  
 „ *cus & Raginerius, & Eppo ad ve-*  
 B „ *strum Placitum veniant, & ad pre-*  
 „ *dictum Monasterium iustitiam faciant.*  
 „ *Cum ipse Lanfrancus taliter retu-*  
 „ *lisset, tunc Dominus Gunterius Can-*  
 „ *cellarius & Missus, per fustem,*  
 „ *quem sua tenebat manu, investi-*  
 „ *vit Lanfrancum Avocatum ad pars*  
 „ *predicti Monasterii de suprascri-*  
 „ *ptis Curtibus, & rebus omnibus,*  
 C „ *sicut supra denominavimus, ad sal-*  
 „ *va querela, quoadusque predicti*  
 „ *Bonifatius & Eppo & Rainerius*  
 „ *ad Placitum veniant, & ad pre-*  
 „ *dictum Monasterium iustitiam fa-*  
 „ *ciant. Et insuper misit bannum*  
 „ *ex parte Domni Imperatoris, ut*  
 „ *nullus quilibet eundem Lanfran-*  
 A a a „ *cum*

(11) *Portitione*: errore a mio credere de' Copisti. Devesi leggere *Castilione*, *Castiglione*, quale altro non credo che sia, che Castiglione della Pescaia. Questo Luogo è passato in diverse mani. Prima doveva essere di questi Monaci, concessoli forse dalla pietà de' Conti Aldobrandeschi, Famiglia molto potente e ricchissima, secondochè racconta San Pier Damiano. Da questi Monaci dovette passare ne i Frati Guglielmiti, e con tratto di tempo venne in potere d'un nostro Piccolomini, al quale e dal Papa, e da Casa Medici fu confiscato tutto il suo; e fecero accordo, come apparisce al Libro de' Morti d'una Chiesa Fiorentina, che quello che costui aveva nello Stato Papalino, fusse del Papa; e quello ch'era nel Dominio Fiorentino o Senese, s'appartenesse alla Casa Medici: e però questa al presente è padrona di questo Luogo.

(12) *Casalappi* è nel Contado di Volterra, che mi penso che dir voglia *Casa di Lapo*: e anco al presente è posseduto dalla Famiglia Gherardeschi, capo della quale doveva essere Gherardo.

(13) Il Capitano della Rena a fol. 171. della Serie de i Marchesi di Toscana, dice, che in uno Strumento del 998. tra gli altri v' intervenne *Tedice Conte di Volterra, figliuolo d'Va buona memoria di Gherardo*, che io credo di quelli della Gherardesca. *Tedice* in Lingua vulgare credo, che sia corrotto da Teodorico. Ma a dire lo vero, il *Tedice* nominato in questo Giudicato, non credo che sia il Conte, ma bensì uno dell' istessa Famiglia; perchè evvi rassa distanza di tempo trà questi a quegli. E se fusse *Tedice* il Conte o Governatore di Volterra, si doveva dire: *Qui fuit Comes*.

(14) In questo Strumento si leggono alcune voci prette Italiane, entrate nella bassa Lingua Larina, come fra l'altre sono *Pojo*, che viene da *Podium*, e poi *Poggio*: come anco *Capana murata*: così pure *septem Merlo de predicto Castello*: e in o'tre la voce *Corte*, ed altre.

„ cum Avocatum predicti Monasterii de iis omnibus rebus disvestire, molestare, vel inquietare audeat sine legali iudicio. Qui vero presumpserit, centum Libras auri se compositurum sciat, medietatem Camere Regis, & medietatem parti predicti Monasterii. Et (15) hac Notitia, qualiter acta est Causa, fieri amonuerunt.

„ Quidem & ego Aldo Notarius Sacri Palatii ex iussione superscripti Cancellarii, & Missi, seu iudicum ammonitione scripsi, Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Quinquagesimo Quinto, Imperii vero Domini Secundi Heinrici, Deo propitio, Nono, XIV. die Mensis Junii, Indictione Octava.

„ Ego Gunterius Cancellarius confirmavi.

„ Bonusfilius, Judex sacri Palatii interfuit.

„ Atto Judex & Missus Domini Imperatoris interfuit.

„ Ego Atto Judex sacri Palatii interfui.

„ Ego Wibertus Judex sacri Palatii interfui.

„ Ego Burgundius (16) Judex sacri Palatii interfui.

A „ Walcaulus Judex sacri Palatii „ interfui.

## NUM. I V.

Dall' Archivio de' Signori Bichi, segnato B. Anno 1163.

B „ **I**N nomine Sanctae & individuae „ Trinitatis. Ego Rainaldus, Dei „ gratia, sanctae Colonienfis Ecclesiae „ Electus, Italiae Archicancellarius, & „ Imperatoriae Majestatis Legatus. Om- „ nibus vobis tam legentibus, quam „ audientibus notum fieri volumus, „ quod cum effemus \* aquod Mona- „ sterium Sancti Antimi pro iustitia „ facienda, ipsum Monasterium infe- „ statione pravorum hominum dila- „ pidatum, & fere ad nihilum reda- „ ctum invenimus. Praesentibus au- „ tem nobiscum apud Montem Lu- „ cinum (17) Aicardo Parmensi Epi- „ scopo, & Galgano Vulterrensi Episco- „ po, ac Henrico Marchione filio U- „ guccionis Marchionis, atque Guido- „ ne filio Guidonis Marchionis, necnon „ Idibrandino Comite Palatino, Idi- „ brandino Cacciaguerre de Sciano, „ Opizino Comite de Orgia, Simibaldo „ de

(15) Deve anco osservarsi, che la congiunzione *Et* non è mai scritta con la mezza zeta, come s' incominciò a praticare in circa al 1200. Dal che si può inferire, che queste copie non sono assai antiche.

(16) *Burgundius*. Di questo Avvocato ne scrissi al Letteratissimo Padre Abbate Grandi, che stimava, che dal Senese venisse ad abitare in Pisa questa Famiglia, com' egli dice a fol. 101. della sua Lettera intorno alle Pandette. Ma considerata meglio la faccenda, stimo, che cid non sia vero. L'uno si chiama *Burgundius*, e l'altro *Burgundione*; sicchè non sono gli stessi nomi. L'altra ragione si è che *Burgundione* Padre di Giovanni non poteva essere l'Avvocato nostro, essendovi da Giovanni al nostro *Burgundo* Avvocato una distanza di più di cento Anni: sicchè questo *Burgundo*, che dovevasi essere fermato nel Contado Senese, mi vado immaginando, che sia differente dal *Burgundione* Pisano. Di Giovanni di *Burgundione* ne fa ricordanza l'Oudin nella Storia delli Scrittori Ecclesiastici.

(17) *Monte Lucino* era luogo vicino a Montalcino. In uno spoglio di contratti evvene uno fatto fra i Sanesi & i Montalcinesi, in cui si legge † *Instrumentum Donationis sanctae de quarta parte Montis Lucino, & appendiarum, Anno 212*. Vi si deve intendere il Millesimo, cioè 1212.

„ de Canpilli, Uguicione Lombardo,  
 „ Ugone Panzonis, Bonoadcorso de  
 „ Pifa, Tancredo Advocato Lucen-  
 „ sium, Mainetto Giolle de Pistoja,  
 „ Ildibrandino Guidonis de Pistoja  
 „ de Portapittida, Baldovino Ugo-  
 „ nis Judex de Florentia, Malavol-  
 „ ta Philippi de Sena, Pipino de  
 „ Prata, Rustichello Gerardi Vice-  
 „ comitis de Alliano, Astancollo de  
 „ Pistoja, Gisello de Montemurli,  
 „ praesentibus: *Guido Abbas* praedi-  
 „ cti Monasterii cum suis Monacis  
 „ nobis conquestus est, quod medie-  
 „ tas medietatis suae Curtis de (18)  
 „ Castellione de Piscaria, quae a  
 „ Lambardis de Buriano sibi fuerat  
 „ ablata, & per temporum curricu-  
 „ la a supradictis Lambardis injuste  
 „ detenta. Habito igitur nostrae Cur-  
 „ riae Sapientum Consilio, auctori-  
 „ tate *Domini nostri* gloriosissimi *Im-*  
 „ *peratoris Frederici* & nostra, talem  
 „ promulgavimus sententiam: ut om-  
 „ ni praescriptione temporum reje-  
 „ ctà, medietas, unde querimoniam  
 „ accepimus, sicut *Imperator Carolus*  
 „ antefato Monasterio dedit, & *Lo-*  
 „ *dovicus* per fines & terminos assi-  
 „ gnavit, in integrum jam dicto Mo-  
 „ nasterio per *Guilielmum Comitem Se-*  
 „ *nensem*, & Agensem Advocatum  
 „ restitueretur, firmiter sub obtentu  
 „ gratiae Domini nostri Imperatoris,  
 „ & sub sacramento fidelitatis jam  
 „ dictis subreptoribus praecipientes,  
 „ ut nullam in praedictam medietate-  
 „ tem offensionem de cetero ingere-  
 „ re praesumant, nec amodo praedi-

„ etiam Ecclesiam inquietent. Simi-  
 „ liter & de Turri statuimus, adji-  
 „ cientes etiam *Comiti Ildibrandino*  
 „ per sacramentum, quo Domino Im-  
 „ peratori, & nobis tenetur, quod  
 „ si quis hoc transgredi voluerit,  
 „ praenominatum Monasterium pro  
 „ posse defendat. Si quis autem haec  
 „ violare praesumpserit, merito Im-  
 „ perialem gratiam & nostram amit-  
 „ tens, centum Librarum auri poe-  
 „ nà mulctetur, quarum medietas  
 „ Imperiali Camerae, & medietas  
 „ suprascriptae Ecclesiae deveniat.  
 „ Ut igitur hoc Imperialis Coronae,  
 „ ac nostrae auctoritatis Praeceptum  
 „ omnibus Seculis inconvulsum & in-  
 „ violatum permaneat, primi nostri  
 „ Sigilli impressione praesentem pagi-  
 „ nam roborari jussimus & insigniri.  
 „ „ Data Senis in Kalendis Augusti,  
 „ Anno Dominicae Incarnationis Do-  
 „ mini nostri Jesu Christi Millesimo  
 „ Centesimo Sexagesimo Tertio, In-  
 „ dictione XI. Imperante Domino  
 „ Frederigo Romanorum Imperatore  
 „ invictissimo. Anno Regni ejus XI.  
 „ Imperii VIII. In Dei nomine fe-  
 „ liciter. Amen.

## NUM. V.

*Al Castello vecchio, fol. 25 Anno 1180.*

„ Anno Dominicae Incarnationis  
 „ Millimo Centesimo Octua-  
 „ gesimo, Indictione XII. Ego (19)  
 „ A a a 2 „ Cbri-

(18) Da questo Contratto si riconosce, che *Castiglione della Pescaia* era de i Monaci, che di poi con l'Abbadia di Santo Antmo divenne in potere de' Guglielmiti.

(19) Questo Legato dell'Imperadore cede ai Sanesi ogni ragione dell'Imperadore, *quam Imperator habet in Castro Sancti Quirici, et suburbio ejusdem.* E nel contratto fatto tra i Sanesi e l'Imperadore Arrigo nel 1186, che si ritrova nel Duomo alla fine del Libro segnato 101. leggesi: *Resignabunt & restituent omnia Castra & Possessiones suas, & specialiter Castrum Sancti Quirici.* Da questo passo si riconosce, che il più potente in pre-

„ Christianus Magontinus Archiepiscopus, Germaniae Archicancellarius, & Imperialis Aulae per Italiam Legatus, dono & concedo vobis Senensibus Consulibus, & totius Civitatis Populo, omnes consuetudines & beneficia, quae quondam habere consuevistis in Comitatu vestro ante mei in Italiam ingressum, vel postea: & eam rationem similiter, quam Imperator habet in Castro Sancti Quirici, vel suburbio ejusdem: atque rationem, quam Imperator habet in medietate Castri Montieli: & totam rationem Imperatoris Portae Civitatis vestrae, salvo jure pignoris eorum, qui Portam in praesenti retinent. Nec non tactis sacrosanctis Evangeliiis juramento assero, quod citius quam potero, Serenissimo Imperatori nostro Frederigo Privilegium confirmationis vestrae Monetae, ad laudem & totius Civitatis honorem, faciam sine fraude componere, ut ex Imperiali auctoritate, atque plenissima concessione mea ab hac die in antea libere habeatis omnia superius praetextata, & possideatis sine omni mea, vel cujuslibet Imperii Legati lite vel contradictione. Pro qua donatione & concessione a vobis recipio CCCC. Libras Denariorum; quarum C. in praesenti dabitur Nuntio Curradi (20) Marchionis, reliquas CCC.

A „ per meam liberationem dabitur cui-  
 „ cunque praefato Marchioni placuerit.  
 „ Acta sunt haec in Castro Montis Fiasconi coram Ugone de Valentiano, & Transmundo ejusdem Castri, Benedicto Senensi, & Boso, & Petro Lombardis, testibus ductis.  
 „ Ego Scopulus Notarius omnia fuperius praefata redegei atque complevi.

## NUM. VI.

Dallo Spedale di Santa Maria della Scala, nella Sacca segnata num. 727.  
 Anno 1205.

C „ **I**N nomine Domini. Amen. Cum occasione Comitatus controversiam de Castello Montispulciano pateretur Senensis Civitatis, dictis quibusdam, dictum Castellum non esse de Comitatu Senensi: sicque lis inde speraretur moveri; deliberato consilio Dominus Bartolomeus (21) Senensis Potestas cum aliis Nobilibus Senensibus adivit locum Sancti Quirici de Novenna, in quo Dominus Episcopus Vulterrano Prior Societatis de Thuscia, & Dominus Ugo Veneguerre pro Civitate Florentiae, „ & Do-

fa le Leggi sopra l'inferiore. In secondo luogo si deve riflettere, che obbligandosi i Senesi a patti assai svantaggiosi, fu segno ch'egli non diedero quella sconfitta così grande alle genti Imperiali, come vantano gli Storici Senesi; e che tale non fosse, basta vedere il Libretto, che è nell'Archivio del nostro Duomo. In questo leggesi: Anno Domini 1186. Obsedit Rex Henricus, qui postea fuit Imperator, Civitatem Senensem.

(20) Il Marchese Corrado primo, che fu Marchese di Toscana, trattandosi d'una Città, che era nel Marchesato di Toscana. La qual cosa essendo vera, manca nel ruolo de i Marchesi di Toscana del Capitano della Rena.

(21) Misere Bartolomeo Podestà di Siena era de i Machoni, e si doveva dire Bartolomeo di Renaldino de' Machoni. Questi è quello che fece quella bella Prefazione in Lingua Latina al Caleffo Vecchio, che si può chiamare un Cartulario appartenente alla Città di Siena.



„ & Dominus Rustichellus pro Civi-  
 „ tate Lucensi, & Dominus Maizus  
 „ pro Civitate Senensi, & Dominus  
 „ Gluttus pro Civitate Perusii, &  
 „ Dominus Affaltus pro Civitate A-  
 „ retina, Rectores ejusdem Societa-  
 „ tis convenerant. Cumque ibi co-  
 „ ram eis Testes inducere vellet,  
 „ & per eos ostenderet, quod dictum  
 „ Castellum est & fuit de Comitatu  
 „ Senensi, praedicto Domino Ugoni  
 „ Reftori pro Civitate Florentiae,  
 „ & Jannibello, qui aderat cum eo,  
 „ & dicto Domino Affalto Reftori  
 „ pro Civitate Aretina, & Domino  
 „ Stephano, qui aderat cum eo: per  
 „ Rinaldum Ranerii Ruggerottum Ju-  
 „ dicem, Rinaldinum tunc Consul-  
 „ lem Mercatorum Senensium, atque  
 „ Thomafium (22) Nobiles Viros  
 „ Senenses, dictus Bartolomeus nun-  
 „ tiari fecit, ut ad dictos testes au-  
 „ diendos interessent cum praefato  
 „ Episcopo, & aliis Reftoribus So-  
 „ cietatis Thufciae. Quibus se hoc  
 „ facturos non recusantibus, memo-  
 „ rata Senensis Potestas intus Ple-  
 „ bem Sancti Quirici per dictos tes-  
 „ tes convenire fecit; ibique in praesentia  
 „ Domini Episcopi, & praedictorum  
 „ Domini Rustichelli, & Domini  
 „ Glutti, & Domini Maizi, ut eos una  
 „ cum dicto Ruggerotto Judice examina-  
 „ rem, & eorum dicta in publicam scripturam

A „ reducerem, mihi Christophano Ju-  
 „ dice commisit atque mandavit.  
 „ In Anno Domini Millesimo Du-  
 „ centesimo Quinto, die Nonas A-  
 „ prilis, Indictione Octava, coram  
 „ Rinaldo Ildibrandini Cacciaguer-  
 „ re (23), Guido Cacciacomitis, Ra-  
 „ nerio Cacciaguerre, & Ugone Cac-  
 „ ciacomitis, & Tancredo Comitum  
 „ Manentis, Piero de Cupa Peru-  
 „ siae Civitatis, & Tenacciolo ne-  
 „ pote Tenaccii Ostolini de Luca,  
 „ & Magistro Forti, Filippo (24) Ma-  
 „ lavolte, Uberto Gilii, Rinaldo  
 „ Ranerii, & Tomasio praedictis,  
 „ Falcone Rustichini, Johanne Pa-  
 „ pe, & Orlando Rogerii, & Gra-  
 „ tiano de Sancto Quirico, & aliis  
 „ pluribus testibus ad haec rogatis.  
 „ Sic igitur testes, quos praedicta  
 „ Senensis Potestas introduxit tunc  
 „ in praesentia dicti Domini Epi-  
 „ scopi Vulterrani, & Domini Ru-  
 „ stichelli, & Domini Glutti, &  
 „ Domini Maizi, & coram supradi-  
 „ ctis testibus una cum dicto Rug-  
 „ gerotto Judice, de praedictae rei  
 „ veritate dicenda, sicut moris est,  
 „ jurare feci. Quorum dicta talia  
 „ fuerunt.  
 „ Ubertus Gualandelli de Burgo  
 „ Sancti Quirici, juratus dicit, quod  
 „ vidit, jam sunt quinquaginta An-  
 „ ni, *Comitem Paltonerium*, (25) qui  
 „ erat *Comes Comitatus Senensis*, ha-  
 „ .. here

(22) In questo tempo apertamente si vede, che la Città di Siena era governata da' Nobili: e tanto importano quelle parole: *Nobiles Viros Senarum*. E in questo è più giusto Orlando Malevolti, che Giugurta Tommasi. In questo Strumento non v'è alcuno della Plebe Sanese, perchè non gli sarebbe dato il titolo di Nobile: Segno assai manifesto, che la Plebe in quel tempo non dominava.

(23) Fra i testimoni vi sono molti de' Cacciaguerra, come Rinaldo d' Ildibrandino di Cacciaguerra, Guido di Cacciaconte, Ranieri di Cacciaguerra, Ugoe di Cacciaconte Signore d' Asciano, e Tancredi del Conte Manente, Signore di Sarteano d' l' istessa Conforteria de' Cacciaguerra. E tutti questi stimo che sieno de' i Conti Berardeschi, oggi Ugurgieri.

(24) Della medesima Conforteria stimo, che sia *Filippo di Malavolta*, oggi Malavolti, stati Protettori di Colti buoni Monasterio de' Vallombrosani.

(25) Il *Conte Paltonieri*: figliuolo di questo era Filippo, che Celso Cittadini con ragione crede, che fusse della Famiglia Ugurgieri. E Filippo si trova nominato in uno

„ bere & tenere Montepulcianum pro  
 „ suo Castello, & pro suo proprio  
 „ allodio. Et vidit, quod domina-  
 „ batur, & sicut sibi placebat, &  
 „ sicut boni homines faciunt de sua  
 „ Terra. Item dicit, quod vidit *Co-*  
 „ *mitem Gulielmum*, (26) qui erat  
 „ *Comes Comitatus Senensis pro Impe-*  
 „ *ratore Frederigo*, habere & tenere  
 „ Montepulcianum pro Comitatu Se-  
 „ nensi, & dominabatur ei, sicut in  
 „ alio Comitatu Senensi. Item di-  
 „ cit, quod vidit *Comitem Goffolinum*,  
 „ qui erat Nuntius Imperatoris Fre-  
 „ derigi, & *Comes Comitatus Senensis*,  
 „ habere & tenere Montepulcianum  
 „ pro Comitatu Senensi, & domina-  
 „ batur ei, sicut alii Comitatu Sen-  
 „ nensi. Item dicit, quod vidit *Co-*  
 „ *mitem Macharium* (27), qui erat  
 „ Nuntius Imperatoris Frederigi, &  
 „ *Comes Comitatus Senensis*, habere  
 „ & tenere Montepulcianum pro Co-  
 „ mitatu Senensi: & dominabatur  
 „ ei, sicut alii Comitatu Senensi.  
 „ Et vidit, quod dictus Comes Ma-  
 „ charius fecit venire homines de  
 „ Montepulciano apud Sanctum Qui-  
 „ ricum, & constrinxit eos in tan-  
 „ tum, quod ipsi se recomperaverunt  
 „ ab eo. Item dicit, quod vidit *Ar-*  
 „ *rigum Cappellanum*, qui erat Nun-  
 „ tius Imperatoris Frederigi, & erat  
 „ *Comes Comitatus Senarum*, habere  
 „ & tenere Montepulcianum pro Co-  
 „ mitatu Senensi; & dominabatur  
 „ ei, sicut alii Comitatu Senensi.  
 „ Item dicit, quod vidit *Everardum*  
 „ *de Lutri*, qui erat Nuntius Impe-  
 „ ratoris Henrigi, & erat *Comes Co-*

A „ *mitatus Senarum*, habere & tenere  
 „ Montepulcianum pro Comitatu Se-  
 „ narum, & dominabatur ei, sicut  
 „ alii Comitatu Senensi. Item vidit  
 „ *Gualterium de Ranebac*, qui erat  
 „ Nuntius Imperatoris Henrigi, &  
 „ erat *Comes Comitatus Senensis*, ha-  
 „ bere & tenere Montepulcianum pro  
 „ Comitatu Senensi, & ei dominari,  
 B „ sicut alii Comitatu Senensi. Item  
 „ dicit, quod vidit *Lambecchianum*,  
 „ qui erat Nuntius Imperatoris Hen-  
 „ rigi, & erat *Comes Comitatus Se-*  
 „ *nenfis*, habere & tenere Monte-  
 „ pulcianum pro Comitatu Senensi;  
 „ & dominabatur ei sicut alii Comi-  
 „ tati Senensi. Item dicit, quod vi-  
 „ dit *Oddum de Barchistena*, qui erat  
 C „ Nuntius Imperatoris Henrigi, & e-  
 „ rat *Comes Comitatus Senensis*, habere  
 „ & tenere Montepulcianum pro Co-  
 „ mitatu Senensi: & dominabatur ei,  
 „ sicut alii Comitatu Senensi. Item  
 „ dicit, quod vidit *Ugonem de Guar-*  
 „ *masia*, qui erat *Mariscalcus Domini*  
 „ *Philippi Ducis Thusciae*, habere &  
 „ tenere Montepulcianum pro Co-  
 „ mitatu Senensi; & dominabatur  
 D „ illi, sicut alii Comitatu Senensi.  
 „ Bernardinus Nestacasa de San-  
 „ cto Quirico juramento dicit idem  
 „ per omnia, quae Ubertus: & plus,  
 „ quod bladum & vinum, quod erat  
 „ receptum, & quae recepta erat  
 „ pro Campania & efficto de Curte  
 „ & Castello Montepulciani, fecit  
 E „ deferri & reduci apud Sanctum  
 „ Quiricum in Cassaro pro *Lambec-*  
 „ *chino*, & ejus mandato, qui erat  
 „ *Comes Comitatus Senensis*; & quod  
 „ Mon-

Strumento del 1213. come si vede al foglio 13. del Primo Tomo de i Memoriali Piccolominei.

(26) Il Conte Guglielmo è nominato Conte Saneſe in un Giudicato fatto nell' Anno 1163. come si vede nell' Archivio de i Signori Conti Bichi.

(27) Al tempo del Conte Macario, che fu intorno al 1167. i Saneſi facevano guerra da loro stessi. Ivi si legge, *quod vidit Montepulcianenses facere hostem ad Agellum, quod est inter Montepulcianum & Radicefanum, pro Senensibus.*

„ Montepulcianenses faciebant & fecerunt hostem ad Montalcinum pro Senensibus, & pro Comitatu Senarum, sicut alii Contadini.

„ Cacciutus de Sancto Quirico juramento dicit idem per omnia, quae Ubertus Gualandelli: & tanto plus, quod hostem & cavalcantam faciebant pro dictis Comitibus illi de Montepulciano, sicut illi de Sancto Quirico: & firmat de tempore quadraginta annorum.

„ Orlandinus Clerici de Sancto Quirico juramento dicit idem quod Ubertus praedictus: & tanto plus dicit, quod saepe vidit deferri de blada Campariae Montispulciani ad Teutonicos stantes apud Sanctum Quiricum, sicut Nuntii deferentes dicebant.

„ Gherius de Sancto Quirico juramento dicit idem quod Ubertus Gualandelli, excepto quod de Comite Paltonerio, de quo dicit secundum suam conscientiam.

„ Albertus Baccalerii juramento dicit, quod vidit Bertoldum cum uxore sua stare apud Montepulcianum pro Balitore pro illis Comitibus, qui erant Comites Comitatus Senensis.

„ Maffeus Litii de Sancto Quirico juramento dicit, quod vidit Comitem Guilielnum, qui erat Comes Comitatus Senensis, habere & tenere Montepulcianum pro Comitatu Senensi; & vidit eum ibi stare, & Montepulciano dominari,

A „ sicut ei placebat, & sicut in alio Comitatu Senensi. Et vidit Guasum de Montepulciano, qui erat Balitor ipsius Comitis, venire apud Sanctum Quiricum, & deferre ei Bladam, & alia necessaria apud Sanctum Quiricum; & idem dicit de Comite Golfolino. Item dicit, quod vidit Arrigum, qui erat Comes de Chiuso, & nullo modo se intromittebat de Montepulciano, & nullam jurisdictionem ibi habebat. Item dicit, quod vidit Arrigum Fassum (28), & Ormannum de Catena, qui erant Comites Aritii, & nullam jurisdictionem habebant in Montepulciano. Sed illi Comites, qui erant Comitatus Senensis, tenebant Montepulcianum pro Comitatu Senensi, & dominabantur Montepulciano, sicut in alio Comitatu Senensi. Et hoc vidit pro Comitibus Comitatus Senensis, scilicet Arrigum Capellanum, Comitem Macarium, Comitem Everardum, Comitem Gualterium de Raneshac, Comitem Lambertinum, Comitem Oddum de Barchestena, & Ugonem de Guarnafia. Et dicit, quod vidit omnes istos tenere Montepulcianum pro Comitatu Senensi; & quod haec videre coepit, sunt triginta & sex Anni elapsi.

D „ Testes de Monte Follonico. Perrettus juratus dicit, quod vidit Comitem Paltonerium, qui erat (29) Contadinus, & Comes Comitatus Senensis,

E „

(28) Arrigo Fasso si dice Cittadino Sanese. In uno spoglio di Strumenti, che è nello Spedale, leggesi: *Instrumentum juramenti praestiti ab Henrico Fasso de salvando & custodiendo Senenses, & de habitando in Civitate Senarum, & tenere factum Pacis & Societatis Thulciae sub Anno Domini MCLXXXVII. Mense Junii Indictione XV. Publicatum manu Guidonis Notarii Domini Imperatoris.* In quest' Anno il Capitano della Rena lo fa Vicario Imperiale.

(29) Del Conte Paltonieri si dice, che era Contadinus, & Comes Comitatus Senensis. Contadinus vuol dire Signore di qualche Luogo del Contado Sanese, altrimenti questa Nobiltà era divisa in Urbani, e Salvatici. Salvatico era lo stesso, che Contadino.

„ *nerfs*, habere & tenere Montepul-  
 „ cianum pro suo Castello & suo  
 „ proprio allodio, & facere inde,  
 „ sicut Dominus facit de suo Castell-  
 „ lo. Et vidit ipsum ibi habitare  
 „ & stare, sicut Dominus habitat &  
 „ stat in suo Castro. Et recordatur  
 „ de sexaginta Annis, quod hoc vi-  
 „ dit. Et vidit Centium, & Gerar-  
 „ dum Pieri pro suis Campariis sta-  
 „ re ibi & Castaldis. Item vidit om-  
 „ nes Comites, qui tenuerunt Com-  
 „ itatum Senensem, tenere Mon-  
 „ tepulcianum pro Comitatu Senensi  
 „ usque ad tempora, quibus recesser-  
 „ unt. Et nominatim *Comitem Gui-*  
 „ *lielnum*, & *Comitem Golsolinum*,  
 „ & *Macharium*, & *Overardum*, &  
 „ *Lambecchinum*, & *Gualterium de Ra-*  
 „ *nesbac*, qui iudicabant illos de  
 „ Montepulciano, sicut volebant. Et  
 „ vidit, quod Montepulcianenses fe-  
 „ cerunt hostem pro Senensibus ad  
 „ Montalcinum, sicut alii de Co-  
 „ mitatu Senensi.  
 „ Ildibrandinus Guardati juramen-  
 „ to dicit, quod vidit *Comitem Pal-*  
 „ *tonerium*, qui erat *Comes Comita-*  
 „ *tus Senensis*, & vidit ipsum habe-  
 „ re & tenere Montepulcianum pro  
 „ suo proprio Castello & suo pro-  
 „ prio allodio, & facere inde, sicut  
 „ Dominus facit de suo Castello: &  
 „ habere inde Bandum & Dadium,  
 „ sicut Dominus habet de suo Ca-  
 „ stello: & ibi habitare & stare. Et  
 „ *Marchesellus Petri* & *Mazzolus fi-*  
 „ *lius ejus* erant ibi pro suis Castal-

A „ dis. Item dicit, quod vidit omnes  
 „ Comites Teutonicos, qui tenuerunt  
 „ Comitatum Senensem, tenere  
 „ Montepulcianum pro Comitatu Se-  
 „ nensi, usquequo in Comitatu fue-  
 „ runt. Et recordatur de tempore  
 „ quadraginta Annorum, quod haec  
 „ vidit a principio: & vidit Gua-  
 „ schum de Montepulciano stare ibi  
 „ pro Teutonicis, & colligere Da-  
 „ tium & Prendimentum & Campa-  
 „ rias, & fructus de Donicariis pro  
 „ Comitibus Comitatus Senensis, sci-  
 „ licet pro *Comite Gulielmo*, & *Ma-*  
 „ *chario*. Et de hoste facta ad Mon-  
 „ talcinum dicit idem quod Perret-  
 „ tus.  
 „ Garzone Aldobrandinelli jura-  
 „ mento dicit idem, quod dictus Il-  
 „ dibrandinus.  
 „ Ildibrandinus Puccii Tecii jura-  
 „ mento dicit de auditu idem, quod  
 „ Garzone.  
 „ Stivallinus juramento dicit, quod  
 „ vidit *Comitem Paltonerium* domina-  
 „ ri Montepulciano, sicut in suo Ca-  
 „ stello, & Comes erat *Comitatus Se-*  
 „ *nenfis*. Et dicit, quod *Comes Gui-*  
 „ *lielmus*, & omnes alii *Comites Teu-*  
 „ *tonici* supradicti, fuerunt *Comites*  
 „ *Comitatus Senensis*, & tenuerunt Se-  
 „ nensem Comitatum, & habuerunt  
 „ & tenuerunt Montepulcianum pro  
 „ Comitatu Senensi usque ad tem-  
 „ pus, quo recesserunt. Et vidit,  
 „ quod Montepulcianenses bis fece-  
 „ runt hostem ad Montalcinum, si-  
 „ cut alii de Comitatu Senensi.

„ Si-

In questo significato la Crusca non ne fa ricordanza. Questi Accademici citano un passo di Giovanni Villani non molto giustamente: meglio nella Stampa di Milano Lib. VIII. Cap. XII. *I Grandi per se a cavalli coverti, con lor seguito di Contadini, e con altri Masnadieri a piè in grande quantitate.* In questo passo a mio credere sono distinti i Contadini da i Grandi della Città, che tutti militavano a cavallo, e i Masnadieri erano gente ordinaria, che militavano a piedi. Questa parola *Contadino* dalla Lingua Volgare è patjata nella bassa Latinità d'Italia, però non conosciuta dal celebre Duceange nel suo Glossario. Di questo passo di Giovanni Villano il dotto Anonimo si è scordato di farne osservazione.

„ Simeon Montis Follonicae ju-  
 „ ratus dicit quod vidit *Comitem Pal-*  
 „ *tonerium* habere & tenere Monte-  
 „ pulcianum: & omnes Comites Teu-  
 „ tonicos, qui tenuerunt Comitatum  
 „ Senensem, vidit tenere Montepul-  
 „ cianum pro Comitatu Senensi, si-  
 „ cut alios de Comitatu Senensi.

„ Gezzus juratus dicit, quod vi-  
 „ dit *Arrigum Cappellanum*, & om-  
 „ nes alios Teutonicos, quod tenuerunt  
 „ Comitatum Senensem, & *Ma-*  
 „ *charium*, & *Lambecchinum*, & *E-*  
 „ *verardum*, & *Renardum*, & *Gual-*  
 „ *terium*, tenere Montepulcianum  
 „ pro Comitatu Senensi, sicut tene-  
 „ bant Monticchiellum, & Montem  
 „ de Follonica, & Sanctum Quiri-  
 „ cum. Et vidit, quod Montepul-  
 „ cianenses bis fecerunt hostem ad  
 „ Montemalcinum, sicut alii de Co-  
 „ mitatu Senarum.

„ Guido Guittanella juratus dicit,  
 „ quod vidit *Comitem Paltonerium*,  
 „ & dicit, quod, ut vidit, erat *Co-*  
 „ *mes* & *Contadinus Comitatus Senen-*  
 „ *sis*, quia faciebat hostem & caval-  
 „ catam pro Comitatu Senensi, &  
 „ pro Civitate Senensi, sicut tunc  
 „ communiter & publice audiebat  
 „ dici, priusquam Cacciacomis, &  
 „ alii Comites de Scianenga. Et vi-  
 „ dit ipsum Comitem habere & te-  
 „ nere Montepulcianum pro suo, &  
 „ eum ibi stare & habitare & face-  
 „ re, sicut faciebat in Torraneri.  
 „ Et habebat de Montepulciano *Da-*  
 „ *tium* & *Bandum* & *Prendimentum*  
 „ & *Camparia*, sicut volebat. Item  
 „ dicit, quod postquam Comes Pal-  
 „ tonerius amisit Montepulcianum,  
 „ Comes *Gulielmus*, & *Overardus*, &  
 „ *Gualterius de Ranesebac*, qui fue-  
 „ runt *Comites Comitatus Senensis*, ut  
 „ vidit, tenebant Castellum de Mon-  
 „ tepulciano, tenendo ibi Castaldos

Tom. X.

A „ per se, & nominatim *Gualchum*  
 „ de Montepulciano; & colligendo  
 „ inde *Datum*, *Prendimentum*, &  
 „ *Campariam*; & ducendo eos ad  
 „ hostem, & nominatim ad Montem  
 „ Sanctae Mariae. Et dominabatur  
 „ ei pro Comitatu Senensi, sicut a-  
 „ liis Castellis de eodem Comitatu.  
 „ Et haec se vidisse dicit, & jam  
 „ sunt quadraginta Anni, quod coe-  
 „ pit de his videre. Et scit, & vi-  
 „ dit, Montepulcianenses fecisse ho-  
 „ stem pro Senensibus, & pro Co-  
 „ mitatu Senarum apud Montalci-  
 „ num, sicut alios de Comitatu Se-  
 „ nensi.

B „ Ranerius de Malacarta juratus  
 „ dicit, quod vidit *Golfolinum*, & a-  
 „ lios dictos, qui fuerunt Comites  
 „ Comitatus Senensis, & tenuerunt  
 „ Montepulcianum pro Comitatu Se-  
 „ nensi.

C „ Testes de CorSIGNANO. Johannes  
 „ Sollus juratus dicit, quod vidit,  
 „ *Comitem Paltonerium*, qui erat *Co-*  
 „ *mes*, & *Contadinus Comitatus Se-*  
 „ *nenfis*, habere & tenere Montepul-  
 „ cianum pro suo proprio Castello.  
 „ Et ducebat homines de Montepul-  
 „ ciano, ubi volebat, & ad hostem  
 „ super CorSIGNANUM, & ad Tintin-  
 „ nanum duxit. Et dicit, quod sunt  
 „ quadraginta Anni, quod ita tenuit  
 „ Paltonerius Montepulcianum pro  
 „ suo proprio Castello. Item dicit,  
 „ quod vidit discordiam de Monte-  
 „ pulciano inter *Gulielmum Comitem*,  
 „ qui erat *Comes Comitatus Senensis*,  
 „ & Teutonicum, qui erat *Comes*  
 „ *de Chiuso*. Et sic fuit finita illa  
 „ discordia, quod Montepulcianum  
 „ remansit Comiti Gulielmo pro Co-  
 „ mitatu Senensi. Et postea semper  
 „ vidit omnes Teutonicos supradic-  
 „ tos, qui tenuerunt Comitatum,  
 „ tenere Montepulcianum pro Co-

B b b

„ mita-

„ mitatu Senensi: & quod Montepulcianenses fecerunt hostem ad Montalcinum, & ad Sarteanum, sicut alii de Comitatu Senensi.  
 „ Petrus Sollus juratus dicit idem per omnia, quae Johannes Sollus.  
 „ Marcus Ranucci juratus dicit idem per omnia, quod Johannes Sollus, praeterquam quod non recordatur de discordia, quae fuit inter Comitem Gulielmum & Comitem de Chiuso.  
 „ Albertinus Bonizi juratus dicit, quod vidit *Comitem Macharium*, qui erat *Comes Comitatus Senensis*, habere & tenere Montepulcianum. Et faciebat inde colligi de pane & vino: & dominabatur ibi. Et vidit omnes Teutonicos tenere Montepulcianum, & facere Montepulcianenses Hostem & Cavalcata Senensibus, & sicut alios de Comitatu Senensi ad Montalcinum, & ad Sarteanum.  
 „ Ranuccius Romanelli juratus dicit, quod *Comes Paltoverius* erat Dominus de Montepulciano, & dominabatur ibi. Et Teutonicos supradictos vidit tenere Montepulcianum, sicut alia *Castella* de Comitatu Senensi.  
 „ Nerus Titus juratus dicit idem per omnia, quae Johannes Sollus. Et ipse attulit salmam vini de curatura *Montis Pulciani* ad *Macharium* stantem tunc ad *Santum Quiricum*; & excepto quod dicit de triginta octo Annis. Et hoc plus dicit, quod vidit Montepulcianenses facere Hostem ad Agellum, qui est inter Montepresim & Radicosanum, pro Senensibus, & sicut alios de Comitatu Senensi.  
 „ Donus Fortini juratus dicit, quod *Macharius* erat *Comes pro Comitatu Senensi*; & tenebat Montem Poli-

„ tianum pro Comitatu Senensi; sicut fidem habet.  
 „ Johannes Berizzi juratus dicit, quod vidit omnes supradictos Teutonicos, de quibus dixit Perertus, habere & tenere Montepulcianum, & bannire & debannire ipsum pro Comitatu Senensi. Et vidit eos dominari Montepulciano, sicut aliis de Comitatu Senensi. Et Hostem vidit eos facere ad Montalcinum pro Comitatu Senensi, & sicut alios de Comitatu.  
 „ Johannes Bajardus juratus dicit idem per omnia, quod Johannes Sollus, excepto quod de discordia, de qua non recordatur.  
 „ Testes de Montecchiello. Vaccarius juratus dicit, quod vidit *Comitem Paltoverium*, qui erat *Comes & Contadinus Comitatus Senensis*, habere & tenere Montepulcianum, & stare ibi, sicut in suo proprio Castello: & cum eo ibi stetit. Et dominabatur ibi, sicut in suo proprio Castello, & habitabat ibi, sicut Dominus sui *Casfri*. Item dicit, quod vidit *Comitem Gulielmum*, qui erat *Comes Comitatus Senensis*, & *Arrigum*, qui erat *Comes de Chiuso*: & *Comes Gulielmus* dicebat, quod Montepulcianum erat de Comitatu Senensi. & *Comes Arrigus* de Chiuso dicebat quod Montepulcianum erat de Chiuso. Et sic fuit finita discordia, quod Montepulcianum remansit pro Comitatu Senensi *Comiti Gulielmo*, & propterea dominabatur illi, sicut alii Comitatu Senensi, & pro Comitatu Senensi. Et ita dicit de omnibus Teutonicis, qui habuerunt Comitatum Senensem: scilicet quod tenuerunt Montepulcianum pro Comitatu Senensi, & illi dominabantur.

„ bantur. Et jam sunt triginta sex  
 „ Anni & plus, quod haec vidit fie-  
 „ ri, & de his; & quod Montepul-  
 „ cianenses fecerunt Hostem ad Mont-  
 „ talcinum, sicut alii de Comitatu  
 „ Senensi dicunt.

„ Magio Vergarius juratus dicit i-  
 „ dem per omnia, quod Vacharius,  
 „ excepto quod nescit, qualiter illa  
 „ discordia fuit sopita. Sed dicit,  
 „ quod omnes alios post *Comitem Gu-*  
 „ *lielmu*, qui fuerunt Comites pro  
 „ Comitatu Senensi, scilicet *Golfoli-*  
 „ *num*, *Macarium*, *Renaldum*, *Ove-*  
 „ *rardum*, & *Lambecchinum*, & *Od-*  
 „ *dum de Barchestena*, vidit habere  
 „ & tenere Montepulcianum, & do-  
 „ minari ei, sicut dicit Vacharius.  
 „ Et plus dixit de tempore, scilicet  
 „ de quadraginta Annis. Et idem  
 „ dicit de Hoste facta ad Montalci-  
 „ num.

„ Maggiolus juratus dicit idem,  
 „ quod Vacharius, & tanto plus,  
 „ quod fuit Balitor pro *Gualterio de*  
 „ *Renesbac*, *Lambecchino*. & *Oddo de*  
 „ *Barchestena*, & pro Marefcalco. Et  
 „ de tempore quinquaginta Annorum  
 „ dicit, se coepisse haec videre.

„ Jacopus Ranuccini juratus di-  
 „ cit, quod vidit *Macharium*, *Renar-*  
 „ *dum*, *Overardum*, *Gualterium*, *Lam-*  
 „ *becchinum*, & *Oddonem*, qui fuerunt  
 „ Comites Comitatus Senensis, habere  
 „ & tenere Montepulcianum per Co-  
 „ mitatum Senensem; & pro eis Ba-  
 „ litores ibi stare. Et cum Overar-  
 „ do ibi fuit. Et isti fuerunt Balit-  
 „ tores, scilicet Overardus de Ra-  
 „ dicofani, & filius Guaschi, & ma-  
 „ ritus Ghebolae in Montepulciano,  
 „ ut vidit, & de ricompramento,  
 „ quod Montepulcianenses fecerunt a  
 „ Machario dicit idem, quod Uber-  
 „ tus Gualandelli.

A „ Nero juratus dicit idem, quod  
 „ Jacopus, excepto quod non dicit  
 „ de ricompramento, & excepto,  
 „ quod non dicit de filio Guaschi.  
 „ Et vidit facere Montepulcianenses  
 „ Hostem pro Overardo ad Chiusum  
 „ & ad Torritam, & pro Senensi-  
 „ bus ad Montalcinum. Et constrin-  
 „ gebantur a Teutonicis, sicut alii  
 „ de Comitatu Senensi.

B „ Tribaldus juratus dicit idem,  
 „ quod Magio Vergarius, & tanto  
 „ plus, quod vidit Montepulcianen-  
 „ ses facere Hostem ad Torritam pro  
 „ Teutonicis.

C „ Supradictos Testes, quos una  
 „ cum praedicto Ruggerotto Judice,  
 „ de mandato dictae Potestatis Se-  
 „ nensis ego Christophanus Judex  
 „ examinavi; sequenti die post su-  
 „ pradicta publicavi, scilicet publice  
 „ legi in praesentia praefati Domini  
 „ Vulterrani Episcopi, & Domini  
 „ Glutti, & Domini Maizzi prae-  
 „ dictorum, & coram Ranaldo Il-  
 „ dibrandini, Guido Cacciacontis,  
 „ Ranerio Cacciaguerrae, Ugo Cac-  
 „ ciacontis, & Tancredo, & Ber-  
 „ nardino Comitibus Manentis, Jaco-  
 „ po Ildebrandini, Joseph Grughe-  
 „ rio Milite Guidi Cacciacontis,  
 „ Ranerio Peri de Chiusure, Terra-  
 „ ciolo supradicto. Uberto Gilli,  
 „ Renaldino Rectore tunc Mercatorum  
 „ Senensium, Rainaldo Raner-  
 „ rii, Tomascio Brunetti, Falcho-  
 „ ne Rustichini, & Tancredo Septa-  
 „ lio, & coram pluribus testibus ad  
 „ haec rogatis, in quadam domo  
 „ Orlandini Clerici post dictam Ple-  
 „ bem Sancti Quirici.

E „ Ego Dietas uti Notarius, om-  
 „ nia quae superius continentur, vi-  
 „ di & legi in Chartulario Commu-  
 „ nis Senensis, publicato manu Chri-  
 „ stophani Judicis & Notarii, &  
 „ B b b 2 „ secun-

secundum quod ibi continetur, diligenter auscultavi cum Viviano Notario coram infra scriptis testibus, & hic nihil addito, vel diminuto, praeter signum & subscriptionem meam fideliter scripsi, & manu propria signavi, in Anno Domini MCCXXXIX. Indictione II. die IV. Kalendas Junii. Testes sunt isti. Tomafius Ajuti, Lutteringus Johannis, & Buonignore Bianchi.

## NUM. VII.

Al Caleffo dell' Assunta, fol. 102.  
Anno 1197.

**I**N nomine Domini. Amen. Nos Cacciacomus (30), Cacciaguerra, Guido Cacciacomitis, & Rainaldus Ildobrandini juramus ad sancta Dei Evangelia, quod deinceps in perpetuum erimus Cives Senenses, & salvabimus & custodiemus omnes personas Civitatis Senarum & Burgorum & Suburbiorum ejus, & eorum (31.) avere, & qui cum ipsis erunt in perpetuum, ubicumque poterimus. Et nos Cacciacomus, Cacciaguerra, & Rainaldus habitabimus singulis annis intra muros Civitatis Senarum per tres menses continuos in pace & tres in guerra. Et ego Guido Cacciacomitis habitabo sin-

A „ gulis annis intra muros Civitatis  
„ Senarum per duos continuos menses in pace, & duos in guerra.  
„ Et juramus comandamentum & comandamenta, quod & quae & quanta Senenses Consules, vel Rector (32) eorum, qui pro tempore fuerint, pro honore & facto Communis Senensis, vel Consules  
B „ Placiti pro justitia facienda nomine sacramenti per se, vel suum Nuntium, vel Lictoris fecerint, audiemus & observabimus, & audire & observare non cessabimus studiose. Et consilium & consilia, quod & quae & quanta a nobis nomine sacramenti pro honore & facto Senarum petierint, secundum  
C „ quod nobis melius visum fuerit pro Comuni Senarum, eis dabimus, & data non subtrahemus. Et credentiam & credentias, quam vel quas nobis imposuerint, vel quae cum eis nobis impositae fuerint, sicut impositae fuerunt, tenebimus: nec ad damnitatem Communis Senarum, vel illius, qui  
D „ credentiam dixerit, pandemus. Et bonum item, & non malum faciemus toti Comuni Senarum. Et franchitiam tenebimus, sicut in Brevi Consulium per singula Capitula. Et legationem, quae nobis imposita fuerit, portabimus & tractabimus, sicut per omnia in Brevi Consulium continetur.  
E „ Et usque ad proximas Kalendas Julias habebimus datas quingentas „ Libras

(30) Questo è uno Strumento de i Cacciacomiti, Signori di molte Terre, e fra l'altre d'Asciano, e di Sarteano. Questi Signori stimo che sieno un ramo dei i Signori Conti Berardeschi, e stimo che portassero tal nome, per essere stati d'aiuto a cacciare i Conti di qualche Città Toscana.

(31) *Avere*: parola Toscana, derivata dal Latino *habere*, e intrusa nella bassa Latinità.

(32) *Rector*: significa in questo luogo il Capo de' Consoli, e perciò ne' Contratti è nominato spesso siate solo un Console, che doveva essere il Capo e il Rettore de' medesimi. Veggasi Giovanni Villani Lib. V. Cap. 32. il quale parlando de' Consoli dice: *Ma gli Antichi nostri non facevano menzione di tutti i nomi, ma dell'uno di loro di maggiore stato e fama, dicendo: al tempo di cotale Console, e de' suoi Compagni.*



„ Libras Senenses, & in vineis, &  
 „ terris. Et faciemus dari singulis an-  
 „ nis Ecclesiae Majori de Sena (33),  
 „ in Festo Sanctae Mariae de Au-  
 „ gusto, unum Cereum sex librarum  
 „ pro Monte Sanctae Mariae, &  
 „ unum octo librarum pro Chusure,  
 „ & unum sex librarum pro Rapo-  
 „ lano, & unum melium Cereum  
 „ pro Petrono, & unum sex libra-  
 „ rum pro Asinalonga, & unum  
 „ sex librarum pro Montegisi, &  
 „ unum quatuor librarum pro Tur-  
 „ ze ad Castellum, & unum qua-  
 „ tuor librarum pro Podio Sanctae  
 „ Ceciliae. (34)

„ Actum est Senis in Curia Con-  
 „ sulum ante Ecclesiam Sancti Pere-  
 „ grini, coram Guinifio Donofdei,  
 „ Renaldo Raineri, Tommasio Bru-  
 „ nepti, Gualfo Cauli, Uberto Gi-  
 „ lii, Cancellario Guerruzzii, &  
 „ Fratellano, & Stordanno, & co-  
 „ ram Consulibus Altoito, Stradi-  
 „ gotto, Jacob Idibrandi, Aringaz-  
 „ zio, & Maconcino, & magno Po-  
 „ pulo Senarum, Anno Domini Mil-  
 „ lesimo Centesimo Nonagesimo se-  
 „ ptimo. die XII. Kalendas Martii,  
 „ Indictione Prima.

„ Ego Bandinus Iudex & Nota-  
 „ rius totum, quod superius legitur,  
 „ mandato praedictorum Comitum  
 „ scripsi, & in publicam formam  
 „ redegi.

„ Ego Jacobus Notarius totum,  
 „ quod supra legitur in autentico  
 „ Instrumento a Bandino Iudice &  
 „ Notario composito scriptum inve-  
 „ ni, & vidi, & legi, & scripsi,  
 „ & ipsius Iudicis & Notarii signo  
 „ obmisso, fideliter exemplavi, ni-

A „ hi addens vel diminuens seu prae-  
 „ mittens fraudolenter, secundum  
 „ conscientiam meam.

## NUM. VIII.

Anno 1193.

B „ **C**elestinus Episcopus, servus ser-  
 „ vorum Dei, dilectis filiis  
 „ Incontrato, & Fratribus Hospita-  
 „ lis ante Majorem Senarum Eccle-  
 „ siam positi, salutem & Apostoli-  
 „ cam benedictionem. In eo sumus  
 „ loco, licet immeriti constituti,  
 „ ut devotionem fidelium de bono  
 „ debeamus in melius monitis &  
 „ hortationibus in Domino roborare,  
 „ & eorum justis desideriis & peti-  
 „ tionibus nostri Apostolatus favo-  
 „ rem benignius impertiri. Sane  
 „ quia Senenses Canonici possessiones  
 „ ipsius Hospitalis ex majori parte  
 „ pro sue voluntatis arbitrio, sicut  
 „ dicitur, inutiliter alienarunt, &  
 „ ad hoc zelo cupiditatis indulti ip-  
 „ sum opus pietatis a vobis & aliis  
 „ in Domino laudabiliter & mode-  
 „ rate confectum in elemosinis &  
 „ aliis beneficiis, quae illic largien-  
 „ te Domino conferuntur, molestare,  
 „ & Instrumentum compositioni-  
 „ nis de utriusque partis consensu e-  
 „ ditum & approbatum infringere,  
 „ & vos nituntur eorum obedientiae  
 „ subjugare: vestri, & ipsius Hospi-  
 „ tals indemnitati volentes nunc &  
 „ in posterum providere, praesenti  
 „ vobis paginam duximus indulgen-  
 „ dum, quatenus Canonicis ipsis vel  
 „ eorum

(33) Ecclesiae Majori de Sena; e non dice de Senis, come in tal tempo si scriveva. La ragione si è, che la nostra Chiesa Maggiore è posta nel Terzo di Città, il qual Terzo si diceva nel numero del meno Sena.

(34) In questo Strumento si mancano Asciano e Sarteano, perchè in tal torno Asciano e Sarteano non erano più di questi Signori Cacciacconti.

„ eorum successoribus, vos vel suc-  
 „ cessores vestri, salvo tenore Instru-  
 „ menti per manus Raymundi Judi-  
 „ cis, & Notarii Senensis confecti,  
 „ & ab utraque parte recepti & ap-  
 „ probati, in nullo teneamini quo-  
 „ modolibet respondere. Quod uti-  
 „ que, sicut rationabiliter factum est,  
 „ & ab utraque parte approbatum,  
 „ atque receptum, ratum & firmum  
 „ habentes, vobis & successoribus  
 „ vestris, decedente ipsius Hospitalis  
 „ Rectore, idoneam ibi personam e-  
 „ ligendi & instituendi, sublato ap-  
 „ pellationis & contradictionis ob-  
 „ staculo, plenam concedimus pote-  
 „ statem, qui secundum Deum fra-  
 „ tribus praeesse debeat, & receptio-  
 „ ni & sustentationi Peregrinorum  
 „ & Pauperum, & commissae sibi  
 „ domus meliorationi intendere no-  
 „ verit, & ipsam piis studiis & bo-  
 „ nis rebus ampliare. Nulli ergo  
 „ omnino hominum liceat hanc pa-  
 „ ginam indulgentiae nostrae infringere,  
 „ vel ei ausu temerario con-

A „ traire. Si quis autem hoc attem-  
 „ ptare praesumpserit, indignationem  
 „ omnipotentis Dei, & Beatorum Pe-  
 „ tri & Pauli Apostolorum ejus se  
 „ noverit in ursurum.  
 „ Datum Laterani XV. Kalendas  
 „ Julii, Pontificatus nostri Anno  
 „ Tertio.

B

## NUM. IX.

Anno 1194.

C „ **I**N nomine Domini. Amen. Cum  
 „ causa verteret inter Archidre-  
 „ sbyterum Rusticum, nomine Ca-  
 „ nonicae Sanctae Mariae agentem,  
 „ & Incontratum, nomine Hospita-  
 „ lis (35) siti ante (36) gradus eju-  
 „ sdem Ecclesie, agentem & contra-  
 „ dicentem super facto Hospitalis,  
 „ nobis Ugoni de Insula (37), &  
 „ Bernardo Sancti Eugenii Abbati-  
 „ bus a Summo Pontifice Caelestino  
 „ prae-

(35) La fondazione di questo Spedale è antica. Comunemente si dice, che fuisse eretto dal Beato Sorore intorno al 900. Mostrano un santo Corpo, che dicono essere del medesimo. Altri poi per le seguenti ragioni non ammettono quest' antichità, e dicono, che fra gli Strumenti de' nostri Vescovi non apparisce quest' antichità. Bonfiglio Vescovo di Siena in uno Strumento fatto a' Canonaci, posto al num. 984. dice, che concede loro: *Hospitale, quod habetis ante gradus Majoris Ecclesiae, a vobis constructum*: le quali parole non denotano lungo tempo. Nello Spedale, ove si sono conservate con diligenza le antiche Scritture sì del luogo, com' anco del Comune di Siena, non evvi mai nominato questo Spedale, se non dopo il 1100. In oltre, come ho detto nel Diario del Gigli, la nostra Chiesa Maggiore in quel luogo, dov' è al presente, non è fondata se non dopo questo tempo. In quanto al Corpo Santo, che mostrano, dubitano, che sia d' un altro Corpo Santo. Comunque ciò sia, certo si è, che questo Spedale è assai ricco, mercè la bontà de' nostri Maggiori: ed è arricchito di molti Privilegi, concessi da i Papi, e da i Principi. Ed è cosa singolare, che una volta la maggior parte delle Maestranze da questo santo Luogo uscivano; ed il presente Signor Rettore, secondo la condizione de i tempi, tenta con molta lode di rimettere in su questi Lavori.

(36) Questo Spedale si chiamava *Hospitale ante gradus Majoris Ecclesiae*. Ma intorno a i tempi di Papa Bonifazio VIII. fu incominciato a chiamarsi *lo Spedale della Scala*. E di qui si vede, quanto sognasse il Padre Gregorio Lombardelli intorno all' origine di questa Scala nella Vita del Beato Sorore.

(37) *Ugone dell' Isola* noi crediamo, che sia Abbate dell' Isola, che è nello Stato Sarnese verso Poggibonzi. Questa Chiesa fu fondata dalla Contessa Ava, volgarmente chiamata Matilda. La genealogia di suo Marito si truova nel Monastero di Santo Eugenio, fatta intorno al 1200.

„ praefata causa est delegata, con-  
 „ cordiâ aut iudicio terminanda. Quae  
 „ talis erat. Dicebat enim Archi-  
 „ presbyter, praedictum Hospitale  
 „ esse Canonicae, & Incontratum  
 „ possessionem Hospitalis..... &  
 „ esse suam voluntatem tenere. I-  
 „ deoque possessionem praedicti Ho-  
 „ spitalis sibi restitui petebat. Et  
 „ dicebat, institutionem & destitu-  
 „ tionem dicti Hospitalis ad se per-  
 „ tinere. Incontratus verò in con-  
 „ trarium renitens dicebat, se esse  
 „ Hospitalarium legitime institutum,  
 „ & plenam administrationem habe-  
 „ re. Insuper & restitutionem pos-  
 „ sessionum a Canonicis alienatarum,  
 „ aut tantumdem de propriis Cano-  
 „ nicæ petebat, sicut in Praecepto  
 „ Domini Papae continebatur, eis  
 „ districte facto, ad usum & sub-  
 „ stentationem Pauperum. Nos verò  
 „ praefati Abbates praeeptum sum-  
 „ mi Pontificis sequentes, ad no-  
 „ stram praesentiam partibus saepe  
 „ saepius vocatis, quae hinc inde  
 „ tam de facto, quam de jure per-  
 „ pendebantur, cum Domino Bono-  
 „ ne Iudice, de consensu partium  
 „ nostro Aessore instituto, diligen-  
 „ ter audivimus. Sed cum praefata  
 „ causa in longum protraheretur,  
 „ & partes sumptibus & expensis ni-  
 „ mis gravarentur, & quid esset e-  
 „ ventus litis dubitaretur: quorum-  
 „ dam exhortatione, & rogatu pro-  
 „ borum Virorum, sub poena cen-  
 „ tum Librarum, praedictam causam  
 „ nostro pleno arbitrio terminandam  
 „ commiserunt. Nos itaque diutius  
 „ deliberantes, & indagare inspicien-  
 „ tes, habito consilio \* praedisti no-

„ stri Aessoris & aliorum pruden-  
 „ tium: visis etiam utriusque partis  
 „ Instrumentis, & inspecto Privile-  
 „ gi, & Literarum Domini Papae  
 „ tenore, & auditis confessionibus  
 „ & allegationibus utriusque partis,  
 „ ex auctoritate Domini Papae, &  
 „ ex commessione nobis facta, arbi-  
 „ tramur, laudamus, definimus, &  
 „ pronuntiamus, proprietatem prae-  
 „ dicti Hospitalis esse Canonicae  
 „ Sanctae Mariae. Item arbitramur,  
 „ laudamus, definimus, & pronun-  
 „ tiamus, ut Incontratus sit Hospi-  
 „ tarius, & Rector Hospitalis, &  
 „ plenam habeat administrationem,  
 „ & libere administret, & obedi-  
 „ tiam Archipresbytero promittat,  
 „ & Archipresbyter eum de Hospi-  
 „ tali & administratione ejusdem in-  
 „ vestiât. Item arbitramur, lauda-  
 „ mus, definimus, & pronuntiamus,  
 „ quod Incontratus Oblatos & O-  
 „ blatas, quos voluerit, & utilitati  
 „ Hospitalis expedire viderit, ad  
 „ conversionem venire volentes reci-  
 „ piat. Item arbitramur, laudamus,  
 „ definimus, & pronuntiamus, quod  
 „ decedente Rectore Hospitalis, fa-  
 „ milia ejusdem Hospitalis idoneam  
 „ personam, quae secundum Deum  
 „ Fratribus (38) praeesse debeat, in  
 „ Rectorem eligat. Qua electione  
 „ facta, eam Archipresbytero, vel  
 „ Rectori Canonicae, qui ibi pro  
 „ tempore fuerit, repraesentabitur,  
 „ quam Archipresbyter, vel Rector  
 „ Canonicae sine dilatione confir-  
 „ ment. Quo facto ipse, qui electus  
 „ fuerit Rector Hospitalis ejusdem,  
 „ Archipresbytero & Rectori Cano-  
 „ nicæ obedientiam promittat. Et  
 „ „ Archi-

(38) *Fratribus*: Frati dell' Ospedale: questi erano Oblati, come erano anco costoro in tutte le Chiese, e non erano Religiosi, come si può vedere negli antichissimi Statuti dell' Ospedale, scritti tra il 1266. e 1282. in Lingua Vulgare, e parimenti in quelli rinovellati dal Beato Agostino Novello.

„ Archipresbyter, vel Rector Canonicæ eum de Hospitali & administratione ejusdem investiant. Et  
 „ si Archipresbyter, vel Rector noluerint obedientiam recipere, & investituram sibi dare, nihilominus sit Rector, & administret. Item arbitramur, laudamus, definimus, & pronuntiamus, quod Archipresbyter, vel Rector Canonicæ, nihil obtentu obedientiæ Rectori Hospitalis præcipiat, quod sit contra honorem & utilitatem Hospitalis emolumento Canonicæ. Et si præceperit, non teneatur obedire in hoc. Item arbitramur, laudamus, definimus, & pronuntiamus, quod nec Incontratus, nec sui successores de cetero aliquo tempore possessiones terrarum & vincarum a Canonicis alienatas, quæ dicebantur quondam fuisse Hospitalis, quoquo modo repetant, vel aliquid nomine earum possessionum. Insuper quoque arbitramur, laudamus, definimus, & pronuntiamus, quod non liceat Archipresbytero, vel Rectori Canonicæ, vel Canonicis, aliquid de bonis prædicti Xenodochii vendere, obligare, tollere, molestare, vel auferre, seu quoquo modo alienare, nisi causa meliorationis, sicut continetur in Instrumento per manum Ranerii Judicis facto. Præterea quoque arbitramur, laudamus, definimus, & pronuntiamus, quod Rector Hospitalis, & tota familia ejusdem Hospitalis, sani, & infirmi, & omnes Peregrini, vel Pauperes, accipiant Poenitentiam a Rectore Canonicæ, vel ab alio Sacerdote, qui ad hoc constitutus fuerit a Rectore Canonicæ. Item laudamus, & arbitramur, & definimus, & pro-

A „ nuntiamus, Sepulturas Rectoris Hospitalis, & totius Familiæ, & Hospitum, esse Canonicæ. Insuper arbitramur, laudamus, & pronuntiamus, quod si quæ delicta, vel excessus manifesti fuerint, quos Rector Hospitalis per se emendare & corrigere non possit, ipse Rector Hospitalis adeat Rectorem Canonicæ, & simul excessus corrigant. Item arbitramur, & pronuntiamus, quod prædictæ partes dicta omnia & singula Capitula sicut superius scripta sunt, sub poena centum Librarum observent. Et si aliqua partium contra aliquod prædictorum Capitulorum aliquo tempore venire temptaverit, prædictam poenam centum Librarum alteri parti hoc observanti persolvat: & poenâ datâ arbitrium in suo robore permaneat.

C „ Datum Senis in Ecclesia Sancti Desiderii in præsentia Stradigotti Ugolini, Magistri Rolandi, Ildebrandini Flore, Christophori Ranerii, Dainesis Judicum, & Ranucci, & Forensis, Martini, & Frederigi Foriccioli, & Oliverii Nobilis, & aliorum quamplurium, Anno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo Quarto, die V. Nonas Martii, Indictione XIII.

D „ Ego Stradigottus Judex, totum, ut supra legitur, mandato prædictorum Abbatum, & prædicti Judicis & Assessoris, & mandato ambarum partium scripsi, & in publicam formam redegi.

## NUM. X.

Da gli Strumenti del Signor Principe  
Chigi. Anno 1071.

IN nomine Sanctae & indivi-  
duae Trinitatis. Manifesti su-  
mus nos Berardus filius quondam  
Winisi (39), qui fuit Salico, &  
Supha (40) Jugalibus, filia quon-  
dam Rapiti, qui professa sum Le-  
ge vivere Romanà, sed nunc pro  
ipso viro meo Lege vivere videor  
Saliga. Ipso namque Jugale meo  
mihi consentiente & subter \* confir-  
mante praediximus, propterea per  
Tom. X.

A „ hunc scriptum promissionis & fi-  
„ pulationis atque transactionis pro-  
„ mittimus, atque obligamus nos fu-  
„ praescriptorum Jugalibus contra te  
„ Arnulfum quondam Fantini, qui  
„ fuit Judex, pro Miffo tuo Rusti-  
„ chello, filius quondam Roizo: quod  
„ neque ego Bernardus neque Supha  
„ uxor mea, aut nostri heredes, nec  
B „ nostri (41) homines, quos pote-  
„ stare possumus, nec alios per no-  
„ strum consilium, debeamus contra-  
„ dicere ad faciendum Castrum in  
„ Pojo illo, qui vocatur Monfclau-  
„ rus, neque opera, quae tibi facta  
„ fuerunt, per ullum ingenium, nec  
„ bona Canonicae Sanctae Ecclesiae,  
„ quae est aedificata Senà (42) in  
„ honorem Sanctae Mariae, dimi-  
C c c „ nuere

(39) Berardo, o Bernardo di Winigi vivea nel 1070. Era figliuolo di Winigi, e que-  
sti figliuolo di Ranieri d'altro Ranieri di Berardo di Winigi, che nel 831. era Conte o  
Governatore di Siena, figliuolo di Reghinari. Questo Albero è approvato da Bellisario  
Bulgarini in una Lettera scritta al Padre Isidoro Ugurgieri e registrata al Tomo III,  
delle Pompe inedite del detto Ugurgieri. Ma quello, che più importa, il tutto si può  
giustificare dal Cartulario di quest'Abbadia della Berardenga. Ne i Contratti del Du-  
omo si legge, che Berardo, che viveva nel 1070. discenda da Bernardino, e da questo  
Rafannello e Ugo, come si può vedere al Contratto del Duomo, num. 561. dell'Anno  
1126. Ugo mi giova credere, che sia Ugo di Valcortese, dal quale vengono i Signori  
Ricasoli di Firenze. Al foglio 95. si legge: *Carta quam fecit Ugo de Valcortese de Terra  
de Arbia*. Da Berardo sono venuti li Conti Berardeschi, e da Ugo, o Ugolino di Rug-  
gieri, che vivea nel 1170. ne viene la presente Famiglia degli Ugurgieri.

(40) Supha viveva Lege Romanà. L'uso di vivere con questa Legge, era particolare  
degli Ecclesiastici, li quali, tuttochè fossero figliuoli di Padre, che vivea Lege Salicà, o  
Longobardà, nulladimeno essendo Ecclesiastici, prendevano Legge Romana. Dubito an-  
co, che come fossero sudditi di qualche Chiesa, vivessero Lege Romanà. I Conti di  
Tintinnano professavano questa Legge, ed erano a mio avviso de i Nobili di Radicofa-  
ni, perchè in gran parte Radicofani era sottoposto agli Ecclesiastici. Segno di ciò basta  
vedere le sottoscrizioni, che sono nell'Instrumento fra Papa Eugenio III. e Ranieri Ab-  
bate di San Salvatore del Monte Amiata, nel quale l'Abbate concede in Feudo al  
Papa la parte di Radicofani, che godevano i Monaci, e fra quelli per la parte de i  
Monaci, che danno il consenso, evvi *Obicio Tiniosi Comes de Tintinnano*, che presero il  
cognome de i Casacconti, e si fecero Cittadini Sanesi. Devo anco osservare, che non e-  
rano molti, che vivessero Lege Longobardà: ma la maggior parte vivevano Lege Salicà,  
vivere con queste Leggi credo, che non ne fusse l'uso più là, che intorno al 1200. nel  
qual tempo le Città d'Italia si posero in piena Libertà, e ciascheduna delle medesime  
formò Statuti, i quali ogni Suddito fu obbligato seguire.

(41) *Nostri homines*. Vuol dire i Servi, qual' uso ne i nostri Paesi qualche poco du-  
rà infino al 1400. Veggasi sopra di ciò il dottissimo Lorenzo Pignorio nel suo Trattato  
de i Servi. Come anco si può vedere il ragionamento sopra le Masnade, che erano Ser-  
vi nati nella Massa, o nel Manso, come va esaminando il dotto Monsignor Fontanini.

(42) *Senà* in questo tempo, cheche si dica in contrario il Letteratissimo Padre Be-  
retta, si diceva nel numero del meno. In un' altro Strumento del Signor Principe Chi-  
gi

„ nuere nec rapere, nec tollere, nec  
 „ contradicere, nec ullo modo in-  
 „ quietare ultra quinque Soldos (43)  
 „ in Anno rugi de Lucenf. . . . .  
 „ fuerimus, vel aliquis ex nostris ho-  
 „ minibus, quos potestare possumus,  
 „ si nobis requisitum fuerit . . . . .  
 „ nisi infra quinque dies, quo no-  
 „ bis requisitum fuerit, emendabi-  
 „ mus, vel emendare faciemus. Et  
 „ si sic observabo ego Bernardus &  
 „ Supha uxor mea & nostri heredes,  
 „ sic postea Cartula ipsa, quam nos  
 „ fecimus de Curte & Castello de  
 „ Pancule pro hac causa inanis &  
 „ vacua, & in se nullum obtineat  
 „ robur. Et si haec non observabi-  
 „ mus, ego Bernardus & uxor mea  
 „ Supha, nostrique heredes, sit ipsa  
 „ Cartula firma & bona. Et faciat  
 „ ipse Arnulfus, in quem ipsam Car-  
 „ tulam fecimus, & suis heredibus  
 „ de jam dicta Curte & Castello &  
 „ Pancole a parti de suprascripta Ca-  
 „ nonica Sanctae Mariae juris pro-  
 „ prietario nomine quidquid volue-  
 „ rit, ita ut firmam jam dictam Ca-  
 „ nonicam de jam dicta Curte &  
 „ Castello sine omni calumpnia. Et

A „ per haec omnia confirmandum ac-  
 „ cepimus nos, qui supra Jugalibus,  
 „ Launichilt bursam cum denariis da  
 „ Ruffichello (44) Clericus filio Roi-  
 „ zi, Missus eidem Arnulfi ad vice  
 „ sua, ut hoc nostrum factam fir-  
 „ mum permaneat atque persistat. Et  
 „ pergamena cum atramentario de  
 „ terra levavimus, & tibi Rolando  
 B „ Notarius ad scribendum tradidi-  
 „ mus, & scribere rogavimus, in  
 „ quo subter confirmatis a testibus  
 „ optulimus roborandam.  
 „ Actum Sene (45) intus Castello  
 „ de Collelungo, intus casa nostra  
 „ Dominicata & factum est hoc in  
 „ Anno ab Incarnatione Domini ne-  
 „ stri Jesu Christi Millesimo Septua-  
 C „ gesimo Primo, Mense Martio, In-  
 „ dictione Nona.  
 „ Signum manuum suprascripto-  
 „ rum Jugalibus, qui hoc scriptum  
 „ promissionis, sicut supra legitur,  
 „ scribere rogaverunt.  
 „ Signum manuum suprascripti Ber-  
 „ nardi, qui ad suprascripta uxore  
 „ sua haec omnia consensit.  
 D „ Signum manuum Raynerii filius  
 „ Wadonis Vicecomes, & Salgo &  
 „ Wido-

gi dell' Anno 1072. si legge: *Actum Sene*. In altro del 1072. che è nel mentovato Car-  
 tulario dell' Abbadia, si è scritto: *Actum Sene, locus infra Casa nostra Dominicata, quae est  
 intus Castello nostro de Monte Aperto*. Nel Privilegio di Winigi fatto nell' Anno 881. ab-  
 biamo chiaramente: *Actum Sene*. In altro dell' Anno 1121. leggessi: *Actum Sene*: e infi-  
 niti altri si potrebbero raccogliere, se facesse di bisogno. E questo Winigi nel 1071. do-  
 na anco Monte Chiaro, del quale si fa precisa menzione nel presente Documento, a i  
 Canonici; nel qual luogo i medesimi Canonici vi godono, come si può vedere nell' Ar-  
 chivio del Duomo in un Contratto dell' Anno suddetto 1071.

(43) *Ultra quinque Soldos*. La parola *Soldo* è entrata dalla Lingua Volgare nella bas-  
 sa Lingua Latina. De i Soldi e Denari ne parlano eccellentemente il Padre Abbate  
 Don Guido Grandi nella Lettera intorno alle Pandette, e il gentilissimo Padre Don  
 Virginio Valsecchi in altra Lettera intitolata *de veteribus Pisanae Civitatis Constitutis*.

(44) *Da Ruffichello*: parola pretta volgare. E' da norarsi, che queste parole volgari  
 sono entrate nella Lingua Latina assai più ne i Contratti Toscani, che d' altre parti d'  
 Italia. Dal che a bastanza si riconosce, che i primi fra gl' Italiani a ripulire la nostra  
 Lingua, sono stati li Toscani.

(45) *Actum Sene intus Castello de Collelungo*. Collelungo era un Castello vicino a  
 Pancole. *Actum Sene*, vuol dire nel territorio di Siena. Simili modi di dire si truovano  
 nel Martirologio Romano: dal che si vede, che l' ultima compilazione fatta ne i tempi  
 antichi non sia antichissima; e a noi giova credere, che sia fra i tempi di Carlo Magno  
 e il Mille. Avanti ne i Libri Latini non si trova questo modo di dire.

„ Widonis filio suo, & Nicholae fi-  
 „ lius Domingi, & Bonfignore filii  
 „ Adami, & Gerardo filio Gulferani,  
 „ & Romanelli filio Duranti,  
 „ & Ingi filio Petroni Clericus, &  
 „ Rainerio filio Maizi Medici, ro-  
 „ gati testes.  
 „ Rolandus Notarius post tradita  
 „ complevi & dedi.

## N U M. X I.

Anno 1072.

„ **I**N nomine Sanctae & individuae  
 „ Trinitatis. Anno ab Incarna-  
 „ tione Domini Jesu Christi Mille-  
 „ simo Septuagesimo Secundo, Sexto  
 „ decimo Kalendas Martii, Indictio-  
 „ ne XI..... Bernardinus, & Ar-  
 „ dingo (46) germanis filiis Rahi-  
 „ nerii (47) Comes: ipso namque  
 „ Genitore nostro nobis, quorum su-  
 „ pra, germanis consentiente, & su-  
 „ pter confirmante, praesentes prae-  
 „ sentibus diximus. Propterea per  
 „ hunc scriptum promissionis & con-  
 „ venientiae nostrae, & per nostram

A „ bonam, exspontaneaue voluntas,  
 „ promittimus, spondimus, adque o-  
 „ bligamus in Contratu Lambertus  
 „ Archipresbiter de Ordine & Cano-  
 „ nica Sanctae Mariae Senensis Ec-  
 „ clesiae, & cunctis tuis, posterisque  
 „ successoribus, ut dummodo in an-  
 „ tea unquam modo tempore non  
 „ habeamus licentiam nec potesta-  
 B „ tem, neque nobis germanis, ne-  
 „ que nostris heredibus, contra te  
 „ jam dicto Archipresbitero, neque  
 „ contra tuis, posterisque successori-  
 „ bus agere aut causare, tollere, aut  
 „ contendere, seu supra agere vel  
 „ minuere, aut in qualibet litis cau-  
 „ sationis indicere per nos, vel per  
 „ nostram summittentem personam,  
 C „ aut per qualibet nostro ingenio,  
 „ nominative de omnibus illis casis,  
 „ hortis, terrineis, & donnicatis,  
 „ & vineis, seu & sylvis, seu &  
 „ medietatem de Curtem de Oprena,  
 „ & de Sanctari (48) de Acta, ad-  
 „ que ad Lacu de Verranu de.....  
 „ omnibus illis rebus, sicut hodie  
 „ jam dicto Genitor noster una cum  
 D „ Genitrice nostra per Cartula offer-  
 „ sionis emisit in jam dictam Cano-  
 „ nicam Sanctae Mariae, omnia in  
 C e c z „ in-

(46) *Ardingo*. Mi penso, che questo Ardingo abbia dato il nome a gli Ardengheschi, che di molte Terre sono stati padroni, come fra l'altre sono Civitella, Torri, Gello, Montorfaio, Pari, ed altri luoghi, come si vede allo Spedale in uno ipoglio di Contratti del Comune di Siena.

(47) *Rahinerii*. Ranieri Conte: quì è in dubbio, se Ranieri fuisse Conte di dignità, o veramente Conte, cioè Governatore. Il non essere i suoi figliuoli nominati Conti, mi fa dubitare, che Ranieri fuisse Governatore; ed essendo questo Strumento fatto nel Senese, è da dubitare, che Ranieri fuisse Governatore di Siena. I Conti di dignità sono di due forti: gli uni sono di Luoghi concessi per beneficenza de' Principi, e questi si ritrovano assai in antico. Altri sono nati dalla temenza, che i Signori di Contado avevano della potenza delle Città, che s'erano poste in Libertà: perciò introduvero di mettere sotto la protezione dell'Imperadore tutti i loro Beni, come fecero i Conti Alberti, Famiglia molto potente in Toscana, che si fecero dichiarare dall'Imperadore Federigo I. Conti, cioè perpetui Governatori di tutti i loro Beni; nel qual Privilegio, che è nell'Archivio di Massa, sono questi Luoghi nominati. Questa sorte di Conti sono in gran numero, particolarmente nello Stato Senese, che è assai grande. Ma questi vennero assai tardi, e di questi avanti l'Imperio di Federigo Primo credo che se ne trovino pochi, o nessuno.

(48) *De Sanctari de Acta*. Credo che vi sia qualche errore del Copista. Io non intendendo quel, che vogliono dire.

„ integrum, sicuti in praefata Car-  
 „ tula scriptum est, & in ea rele-  
 „ gitur, nullam nos suprascriptorum  
 „ germanis, neque nostris heredibus  
 „ contra jam dictum Archipresbiterum,  
 „ neque contra suis, posteri-  
 „ sque suis successoribus, neque con-  
 „ tra pars de praefata Canonica, ne-  
 „ que de praefatis omnibus rebus ali-  
 „ liquam intentione aut causatione  
 „ vel donnicatas studialiter vobis ex-  
 „ inde faciamus, set adjuutores vo-  
 „ bis simus aut erimus ad retinendum  
 „ & defensandum contra omnes ho-  
 „ mines, qui vobis tolluerint, aut  
 „ contempserint, unde non potuerim-  
 „ us per rectam fidem. Et si ali-  
 „ quando tempore in aliquo vobis  
 „ exinde intentionaverimus, aut tol-  
 „ li vel contendi, aut supragi que-  
 „ sierimus, nos, vel ille, qui cum  
 „ quolibet contra factum veniad,  
 „ eundem datam aut traditam abea-  
 „ mus, aut in antea faciamus, &  
 „ omni tempore vobis & pars de  
 „ praedicta Canonica quaerere, ha-  
 „ bere, & tenere non permiserimus,  
 „ & in omnia, qualiter super legi-  
 „ tur, non steterimus, & non opser-  
 „ vaverimus, tunc spondimus adque  
 „ promittimus suprascriptorum ger-  
 „ manis una cum nostris heredibus  
 „ tibi Lamberti Archipresbitero, &  
 „ ad tuis, posterisque successoribus,  
 „ & contra pars de praefata Canoni-  
 „ cam, componere penam numerum  
 „ de bono argentum Libras centum,  
 „ quia inter nobis taliter convenit.  
 „ Et pro eo omnia, ut supra legi-  
 „ tur, confirmandum, Launichild  
 „ integrum accepimus nos suprascri-  
 „ pti germanis da te jam dicto Lam-  
 „ bertum Archipresbitero, bursciam  
 „ cum denario pro Solidos duocen-  
 „ tum, ut haec nostra promissio,  
 „ qualiter supra legitur, omnia fir-

A „ ma & stabilem permaneat adque  
 „ persistat. Haec enim promissio,  
 „ qualiter supra legitur, Wido No-  
 „ tarius tradidimus, & scribere ro-  
 „ gavimus.  
 „ Actam Sena, locus intus Ca-  
 „ stello de Sancto Quirico.  
 „ Signum manuum suprascripto-  
 „ rum germanis, qui hunc scriptum,  
 „ qualiter supra legitur, & signum  
 „ manibus eorum scribere rogave-  
 „ runt.  
 „ Signum manus jam dicti Ray-  
 „ nerii Comitum, qui ad praedictis  
 „ filiis suis consensu & licentiam  
 „ dedi.  
 „ Signum manuum Rabbi filii  
 „ quondam Rollandi, & Raynerii  
 „ filii Lulli, & Teunti, & Rusale-  
 „ cli, rogati testes.  
 „ Ego qui supra Wido Notarius  
 „ post tradita complevi & dedi.

## N U M. X I I.

D *Dall' Archivio dell' Opera del Duomo,  
num. 572. Anno 1074.*

„ **I**N nomine Sanctae & individuae  
 „ Trinitatis. Anni ab Incarna-  
 „ tione Domini nostri Jesu Christi  
 „ Millesimo Septuagesimo Quarto,  
 „ Mense Aprilis, Indictione XII.  
 „ Manifestus sum ego Lamberto Ar-  
 „ chipresbitero & Custos de Cano-  
 „ nica Sanctae Mariae Senensi Epi-  
 „ scopio, qualiter abeo ad regen-  
 „ dum & custodiendum Casis, Cur-  
 „ tis, seu sortis, terris, & rebus  
 „ ibidem pertinentibus. Modò verò  
 „ per consensu Fratrum Canonico-  
 „ rum nostrae ejusdem Canonicae  
 „ per unum scriptum, & nostra con-  
 „ venientia, apensionis nomine dare  
 „ & con-



„ & confirmare previdi vobis Ber  
 „ nardi filii quondam Winisi, &  
 „ Bertae matri tuae, (49) idest in-  
 „ tegra Curte, & Ecclesias... quae  
 „ dicitur in Cancio, quae est me-  
 „ dietatem de supra scripta Caroni-  
 „ ca, cum omnibus pertinentiis &  
 „ adjacentiis earum suarum, quan-  
 „ tum ad supra scripta medietate de  
 „ praedicta Curte & Ecclesiis, & re-  
 „ bus suis pertinentes, & res cum  
 „ Curtis, ortis, casis, vineis, fil-  
 „ vis, ripis, pratis, & pascuis, cul-  
 „ tis rebus, vel incultis, per singu-  
 „ lis locis & vocabulis, moviliis  
 „ & immobilibus, omnia & in om-  
 „ nibus, quantum ad supra scripta  
 „ medietate de praedicta Curte &  
 „ Ecclesia, rebus supra scriptis, &  
 „ ubicumque de ejus pertinentia, &  
 „ cum omnia supra se & super se  
 „ abentis, seu dare & confirmare  
 „ providi vobis Bernardi, & supra-  
 „ dictae Bertae, sunt integris casis,  
 „ & vineis, fortis & rebus massari-  
 „ ciis, cum Ecclesias Sancti Petri,  
 „ quae sunt posito in loco & voca-  
 „ bulo Barqua, sicuti vos supra scri-  
 „ pti Bernardo & Berta per cartula  
 „ venditionis..... in supra scripta  
 „ Canonica Sanctae Mariae, ut fa-  
 „ ciat exinde tu, qui supra Berta,  
 „ & jam dicto Bernardo, & filiis  
 „ masculinis..... de supra scripto  
 „ Bernardo secundum Lege quicquid  
 „ voluerit, libellario nomine de su-  
 „ pra scripto. Antepono uno modio-  
 „ rum de terra cum silvas super se  
 „ abentes in loco & vocabulo Cu-  
 „ niolo B. decem & nove sistrara de  
 „ terra arabilis, que pertinere de  
 „ sorte, que jam detinuit Carbon-  
 „ cello..... que posita in loco &  
 „ vocabulo Vico. Nam aliis omni-

A „ bus supra scriptis casis tuis & vi-  
 „ neis, & jam dictis Ecclesiis; sicut  
 „ superius legitur, excepto quo su-  
 „ perius anteposui, omnia in inte-  
 „ grum, sicut super legitur, tibi  
 „ qui supra Bernardi & Berta.....  
 „ & ad filiis tuis masculis, qui su-  
 „ pra Bernardi, qui de uxore abue-  
 „ rit, damus & confirmamus ad a-  
 „ bendum, tenendum, laborandum,  
 „ laborare faciendum, & usufruen-  
 „ dum, ut melioretur & non pejo-  
 „ retur. Et pro omnia, qui supra  
 „ legitur, detis & persolvatis per  
 „ te, qui supra Bernardi & Berta,  
 „ aut per unum qui supra de vos,  
 „ & pro tuis filiis masculinis, qui  
 „ supra Bernardi, aut per vestros  
 „ Missos mihi, qui supra, Lamberti  
 „ Archipresbitero, & ad meis poste-  
 „ ris successoribus, aut a Ministeria-  
 „ le nostro a prefata Canonica per  
 „ singulos annos infra Mense De-  
 „ cember de denariis de Luca Soli-  
 „ dos sex boni expendibilis, & non  
 „ amplius pro nulla alia conditione,  
 „ vel per qualibet superfruaam vobis  
 „ nulla superimponatur, moviliis &  
 „ fruges & laboratione, que infra-  
 „ scriptis vineis, fortis, & rebus  
 „ massariis, & Ecclesiis rebus sun-  
 „ pertinentes..... aut abueritis in  
 „ ..... Berte & Bernardi & ad tuis  
 „ filiis masculinis fit protestatione  
 „ faciendu quod volueritis. Et sic  
 „ promitto ego qui supra Lamberto  
 „ Archipresbitero una cum meis suc-  
 „ cessoribus ipsius de Canonica am-  
 „ plius violenter superimposuerimus,  
 „ aut si nos vobis tollere vel sutrai  
 „ quesierimus pro quovis ingenio,  
 „ tunc componamus vobis pena nu-  
 „ meru de bono arientum Libras  
 „ quinquainta. Et per ideo promit-  
 „ „ timus

(49) Da questo Strumento si riconosce, che la nostra Chiesa era sotto la protezione di questi Signori Francesi.

„ timus nos suprascripta Berta &  
 „ Bernardo una cum meis filii ma-  
 „ sculini, qui de legitimo coicio (50)  
 „ nati sunt, tibi, qui supra, Lam-  
 „ berti Archipresbitero, & ad tuis  
 „ fucefori quosviam, qualiter vos,  
 „ sicut superius decrevisti, facere &  
 „ adimplere neglexerimus per quovis  
 „ ingenio, tunc componemus nos si-  
 „ mili pena de bono arientu Libras  
 „ quinquainta, quia inter nos taliter  
 „ convenit. Quam verò duobus li-  
 „ belli uno tenore factos, qualiter  
 „ supra legitur, Ildibrandi Notarius  
 „ scrivere rogavi.

Acta in Loco a Monte Aperto  
 „ territorio Senese.

„ ✠ Ego Lambertus Archipresbi-  
 „ ter a me facto subscripsi.

„ Ego Letus Presbiter subscripsi.

„ Ego Johannes Presbiter subscripsi.

„ Signum manibus Ildibrandi filii  
 „ quondam Rustighi, & Berti.....  
 „ filii Ardimanni & .... filii, roga-  
 „ ti testes.

„ Ego Ildibrando Notarius post  
 „ tradita complevi & dedi.

A

B

C

D

## NUM. XIII.

Dal detto Archivio dell'Opera, al num.  
 751. Anno 1079.

„ **I**N nomine Sanctae & individuae  
 „ Trinitatis. Anno ab Incarna-  
 „ tione Domini nostri Jesu Christi  
 „ Millesimo Septuagesimo Nono Ka-  
 „ lendis Martii, Indictione XI. feli-  
 „ citer. Ideo ego in Dei nomine  
 „ Rainerio (51) Comitem filio quon-  
 „ dam Ardingi, qui fuit Comitem,  
 „ & Bertam Jugalibus filia quondam  
 „ Raineri, qui fuit de Sciscano, qua-  
 „ liter professi sumus ex nationem  
 „ meam Legem vivere videor (52)  
 „ Langobarda: ipso namque Jugalem  
 „ & Mundualdo meo michi consen-  
 „ tientem, & supter confirmantem,  
 „ & juxta eandem Legem nostra sic  
 „ interrogatas sum ego Berta a.....  
 „ de Nobbiano, ut si aliquam vio-  
 „ lentia passa fuisset ab ipso supra-  
 „ scripto Viro meo, vel ad quali-  
 „ bet..... & ego ejus presentiam  
 „ & testium, certam facio professio-  
 „ nem

(50) coicio viene dal Latino coitu.

(51) E' un altro Strumento de' Signori Ardengheschi. Ranieri vi si nomina Conte, figliuolo del già Ardingo, qui fuit Comes. Osservansi molte voci con piegatura Italiana, come Rainerio filio da Guinisi filio Raineri, & da Berta conjuga sua. A mio credere qui fuit Comes voleva dire, che fu Governatore; e di questi se ne trovano molti. Eccevene uno. Fra' Contratti del Duomo, al num. 575. dell' Anno 1087. si legge: Vineo Ugalini & Raineri Comitibus, filiis bone memorie Raineri, qui fuit Comes. Al num. 581. dell' Anno 1073. abbiamo: Gisla Comitissa, que fuit uxor bone memorie Raineri, qui fuit Comes. Al foglio 227. del Libro delle Coppe, che si ritrova nell' Archivio di Montepulciano, dell' Anno 1035. si è scritto: Manifesti sumus nos Rainerius & Petrus, qui Pepo est clamatus, & Farolfus germani Comites filii bone memorie Winigildi, qui fuit Comes. In questo luogo qui fuit Comes, non credo veramente, che dir voglia, che fu Governatore; ma solo, che era Conte, come i figliuoli.

(52) Questi Signori vivevano Legge Langobarda: dal che si riconosce, che costoro non erano di sangue Francese. E' anco da notare, che i nostri Antichi scrivevano vivere Legge Langobarda, e non Longobarda. La regola si è, che ne i Contratti antichi sempre si legge Langobarda per A, e non per O Longobarda. E se si legge Longobarda, è segno che sono copie fatte in tempi più bassi. E ciò facevano, perchè in quei tempi amavano una pronunzia più gutturale, come è l' A, e non già l' O. E non è già la ragione, che apporta il detto Marchese Maffei nella sua scienza Cavalleresca.

„ nem & manifestationem, quod nul-  
 „ lam passa violentia ad quempiam  
 „ hominem, nec ab ipso Jugalem  
 „ & Mundualdo meo, nisi tantum  
 „ meam bonam & nostra volunta-  
 „ tem. Comuniter nostrique Jugali-  
 „ bus offeritor & offertores ac dona-  
 „ tores in Canonicam..... Senensis  
 „ Ecclesie & Episcopio, ubi modò  
 „ Donnus Lambertus Archipresbiter  
 „ preeffe videtur: Quisquis in san-  
 „ ctis ac venerabilibus locis de suis  
 „ aliquid contulerit rebus, juxta A-  
 „ ctori suo..... cendoplum acci-  
 „ piens; insuper & quod melius,  
 „ vitam possidebit eterna. Ideoque  
 „ nos, qui supra, Jugalibus, & a-  
 „ more Raineri dilecto filio nostro  
 „ donamus & offerimus in prefata  
 „ Canonicam, & ad Lambertum Ar-  
 „ chipresbiterum, qui modo preeff,  
 „ & ad illos Cleros, qui modo in-  
 „ tus prefata Canonica sunt, & in  
 „ antea erunt eo ordine, qualiter ic  
 „ suprus legitur, idest integram me-  
 „ dietatem de oc, quod nos abemus  
 „ & possidemus per nostram proprie-  
 „ tatem de Curtem illa nostra, que  
 „ dicitur Oprena, & Sancta Restitu-  
 „ ta..... medietatem de Ecclesiis  
 „ infra ipsam Curtem positis, cum  
 „ medietatem de casis, sortis, &  
 „ donnicatis..... vineis, adque sil-  
 „ vis, & olivetis, quercetis, perti-  
 „ nentibus ad prefata nostra medie-  
 „ tatem de suprascriptis rebus.....  
 „ seu donamus, adque adjudicavi-  
 „ mus, & offerimus in prefata Ca-  
 „ nonica Sancte Marie integram no-  
 „ stram medietatem de Curtem de  
 „ Sancto Quirico, que est in loco,  
 „ qui dicitur al Cagio, & de Ec-  
 „ clesia..... positam, cum omni e-  
 „ jus pertinentia, & appiacionia  
 „ sua, sicut ad suprascriptam medie-  
 „ tate..... & Ecclesia, & res illa

„ juris nostra sunt pertinentibus, cum  
 „ casis & donnicatis & rebus mas-  
 „ sariciis, ortis, terris, & vineis,  
 „ silvis rivis, pratis & pascuis cul-  
 „ tis vel incultis..... & in omni-  
 „ bus quantum ad integram supra-  
 „ scripam de suprascripta Curte &  
 „ de predicta Ecclesia..... perti-  
 „ nentibus vel aspicientibus per sin-  
 „ gula loca & vocabula, ubi ubi in-  
 „ venit esse, sicut..... Raine-  
 „ rio Comite per Cartula venditio-  
 „ nis advenit da Rainerio filio Gual-  
 „ fredi, qui suis..... sicut mihi si-  
 „ militer per Cartula venditionis  
 „ adquisivit da Guinisi filio Raineri,  
 „ & da Berta conjugue sua, omnis  
 „ in integrum, sicut in ipsa Cartula  
 „ legitur..... & complere in inte-  
 „ gram. Similiter donamus in pre-  
 „ fata Canonica integro Servo uno....  
 „ famulo nostro, nomen Vetulo,  
 „ cum omnes rationem, que de ejus  
 „ persona..... in antea, & cum  
 „ omni peculiare suo. Que autem  
 „ suprascripta medietatem de supra-  
 „ scriptis Curtis & rebus cum casis,  
 „ terris, & vineis, & rebus massar-  
 „ ricies, que ad predicta Curte de  
 „ Uprena, & de Sancta Restituta,  
 „ & de Sancto Quirico sunt perti-  
 „ nentibus, cum Curtis, ortis, ter-  
 „ ris, & vineis, silvis, rivis, pra-  
 „ tis, & pascuis, cultis vel incul-  
 „ tis, mobilibus, & cum omni ac-  
 „ cessiones & ingressorias earum, seu  
 „ cum interioribus & inferioribus ea-  
 „ rum, omnia in integrum, sicut  
 „ superius legitur, ab anc die in pre-  
 „ fata Canonica pro remedium ani-  
 „ me nostre, quorum supra Jugali-  
 „ bus, & pro amore jam d'cto Ra-  
 „ neri, filio nostro, quomodo in  
 „ prefata Canonica damus & tradi-  
 „ mus ad standum & ibi manendum  
 „ una cum aliis Confratribus, qui  
 „ modo

„ modo intra predicta Canonica sunt,  
 „ & in antea fuerint, jam dictis  
 „ omnibus rebus, ut supra legitur,  
 „ donamus, cedimus, confirmamus,  
 „ & per presentem Cartula offer-  
 „ tionis ibidem ad abendum, confir-  
 „ mandum. Facientes exinde ipse  
 „ Archipresbiter una cum Fratibus  
 „ suis Sacerdotes & Cleros, qui mo-  
 „ do intus prefata Canonica sunt or-  
 „ dinati, & regulariter vivunt, vel  
 „ qui pro tempore ordinati fuerint,  
 „ & Deum servierint, ad presenti  
 „ die jure proprietario nomine quic-  
 „ quid voluerint sine omni nostra  
 „ Jugalibus, & de nostris heredibus  
 „ contraditione, nomine predicto-  
 „ rum, aut ullus de heredibus no-  
 „ stris, qui contra anc Cartula of-  
 „ fersionis nostre ire quandoque ten-  
 „ taverimus, aut eam infringere,  
 „ vel jam dictis rebus, qualiter su-  
 „ pra legitur, de superscripta Canc-  
 „ nica tollere aut suptragere quesie-  
 „ rimus, & ab omni omnem ad  
 „ partem de superscripta Canonicam,  
 „ vel cui pars jam dicta Canonica  
 „ dederint, aliquit de superscriptis  
 „ rebus non defensaverimus; quod si  
 „ defendere non potuerimus, & omni  
 „ tempore jam dicti Presbiteri &  
 „ Clerici prefatis rebus quiete abere  
 „ & tenere non permiserimus, tunc  
 „ in daplum omnibus superscriptis  
 „ rebus, qualiter superius legitur,  
 „ vobis restituamus, sicuti pro tem-  
 „ pore fuerint meliorate, aut pro  
 „ estimatione valuerit in consimilis  
 „ locis, & insuper de bono argen-  
 „ tum Libras sexaginta; & post  
 „ penam solutam anc Cartula offer-  
 „ tionis in sua permaneat firmitatem  
 „ & roborem cum superscripta pena,

A „ & obbligo..... inter vobis tali-  
 „ ter convenit, & vobis necesse fue-  
 „ rit, liceat vobis anc Cartula po-  
 „ stea ostendere..... causa agere,  
 „ quomodo inter vobis juxta Legem  
 „ melius potueritis facere. Quam ve-  
 „ rò Cartulam offerstionis nostre, qua-  
 „ liter supra legitur, Wido Notario  
 „ ad scribendum.....  
 B „ Actum Sena.  
 „ Facta est ista Cartula intus Ca-  
 „ stro de Sancto Quirico.  
 „ Signum manuum de superscri-  
 „ ptis Jugalibus, qui anc Cartula  
 „ offerstionis. ut supra legitur scribe-  
 „ re rogaverunt; & de superscripto  
 „ Rainerio Comitem, qui a supra-  
 „ scripta Conjuge sua consensum de-  
 „ di, & manu sua scribere roga-  
 „ vit.....  
 „ ..... & Corbitio filio quon-  
 „ dam..... Rainerio filio quon-  
 „ dam Lulli de Bibbiano.  
 „ Wido Notarius postadita com-  
 „ plevi, & dedi.

---

 N U M. K I V.

Dal detto Archivio dell'Opera, al nu-  
 mero 1319. Circiter Annum 1105.

E „ **I**N nomine Patris & Filii & Spi-  
 „ ritus Sancti. Incipit Breve re-  
 „ cordationis pro futura memoria de  
 „ Testamento, quod fecit Bernardi-  
 „ nus (53) Comes Canonice Sancte  
 „ Marie, in manu Domini Grego-  
 „ rii (54) venerabilis Prepositi, eo  
 „ tenore, ut nulli venturo Praelato  
 „ vel Canonico liceat vendere vel  
 „ donare, aut in Feudo alicui tri-  
 buere.

(53) Bernardina Conte stimo, che sia figliuolo di Berardo, qui fuit Saligo ex genere Francorum, come si legge nel Capitolare della mentovata Abbazia.

(54) Gregorio Propolito viveva nel 1100, e 1108.

buere. Sed (55) semper ad Canonicorum communiter viventium in Canonicà utilitate maneat. Locorum verò nomina infra leguntur. Masia (56) videlicet de filiis Serici de Ristano. Terra de Kargiolo, quam tenet Ubertellus & Bonattinus germani, & filii Azzonis Clerici, & filii Petri Clerici. Masia de Bracalania. Terra, quam tenent filii Ferruccii de Ristano, & filii Jovanitti. Masia de Piscina Casa, quam tenet Gualpuccius cum consortibus suis. Masia de Tigiari de Canucii, que fuit retenta per Albericulum, & Pantum. Terra, quam tenet Zoticus Cunnetta. Quicquid filii Stephani retinent in Dominicato. Masia, quam retinet Jovanniculus filius Johannis filii Stephani. Quod retinuit Johannes pro Casa Bernardini de Orgia. Terra de Valcerasiu. Terra, quam retinent filii Beriuguli de Cinnano. Masia de Kavina. Terra de Scazucavato. Masia Giki de Arnano. Masia Johannis de Pino. Partem filii Bernardini, quam tenuit Pinciulus de Campora. Quod tenuit Alligrittus cum suis consortibus a Persenate. Masia, quam tenuit Presbiter Albertus de Persenate cum consortibus suis. Terra, quam tenet Stephanus filius Johannis de Ilci. Masia de Nottuli in Sancto Justo in Valle. Masia Paganelli de Fultignano. Masia de Talsi de Misriano. Masia de Aquatiku, quam

Tom. X.

tenet filius Guidonis Columbe, cum aliis (57) Lombardis. Terra, quam retinet Presbiter Johannes de Sancta Columba. Masia, quam retinent filii Petri Clerici de Magiano. Masia, quam retinet Donatus de Fultiniano. Masia de Vulpello. Terra & vinea prope Plebem Sancti Justi, quam retinent filii Presbiteri Petri, & Mannarino. Masia de Termine, quam retinent Ubertus & Bonattinus partem Bernardi. Masia Galignanise, quam retinet Albericus & Pantus. Masia de Momiule, quam retinet Ubertus & Bonattus. Terra, quam tenet Ubertus & Bonattus de (58) Malipassi. Masia de Sancto Quirico, & Vaccarizza, quam retinet Ubertellus, que fuit Fuscolini filii Broccoli. Terra de Maginardi a Monte Sindari, quam retinet ille Ubertus. Terra de Mitilliano, quam retinet Ubertus & Bonattus. Masia de Romanci. Terra de Terzole, quam retinet Presbiter Petrus de Sancta Christina. Terra, quam retinet Martinus de Garpinita. Terra, quam retinet Senucius filius Corbuli de subtus Sancto Quirico. Masia de Medani, quam retinet Ildibrandus filius Ciguli. Masia, quam retinet Pantus all' Isula de Petrasicta usque a Petraminucula. In his terminis Terra modiorum quinque. Terra de Casalini, quam retinent filii Mufcule de Magnattule. Masia de Cudelonguli, quam retinent Albericus

D d d

,, cus

(55) Sed semper ad Canonicorum communiter viventium in Canonicà utilitate permanent: parole del Testamento del Conte Bernardino, dalle quali osservisi quanto s'inganni il Du-Pin, quale ragionando di San Brunone Vescovo di Segni, va pensando, ch'ei non fusse Canonico Saneese, perchè non credeva, che i nostri Canonici vivessero in tal torno in comune.

(56) Masia. Noi crediamo, che significhi Casa; e venga dalla parola Francese Maison.

(57) Cum aliis Lombardis. Lombardi, cioè Nobili. Sicchè queste Case erano concesse dal Conte Bernardo e Bernardino a diversi Nobili.

(58) Da Mali passi, voce pretta Italiana.

„ cus & Pantus. Terra, quam retinet Albertus filius Amaranduli a le Palagie. Tertia pars de tenimento Sancte Marie de Treffa, cum Ecclesia, quam retinent filii Benzi Clerici. Terra, quam retinent filii Erizi de Meltu. Casa, quam retinent filii Commi..... ullia. Masia da Rupefodo in Monte Luco, quam retinent filii Gerardi de Camullia (59). Terra & vinea, quam retinent filii Eosomuli a Sancto Dalmatio. Bernardus filius Beringeri Denarios VI. De Vinea & Terra Piscarie, quam retinent filii Martini Biccarii Denarii II. De Terra de Campo Riggi filii Rolandi, & Macarelli, Denarios VI. Filii Charliti Denarios XII. De Hospitio Sancti Donati, Denarii II. Tenimento Fusculi filii Broccoli, quam retinent filii Crescentii filii Meli apud Sanctum Abundium. Masia de Sartiano, quam retinet Bernardus da filiis Petri Clerici. Masia de Partina, quam retinet Guiduccius filius Tresfule. Masia de Tracano, quam retinent filii Paganelli Bassabutte. Terra Bernardini de Anchajano, quam retinet Berarduccius filius Barittuli. Terra de Lasciano, quam tenet Balduccius cum confortibus suis. Masia Johannis de Fino. Terra, quam tenet Berarduccius filius Ildizzelli dal Colle. Terra de Fungaja, que tenetur per filios Petri Clerici. Pars Bernardini de Festule. Pars Bernardini Comitis de Prato Azonis Mariscalki de Fonte Rocculi. Masia, quam detinet filius Pinci de Cerrito. Filii Rustici Ju-

A „ dicis Denarios VI. Uxor Fidelis „ Denarios VI. Scavizza & Staficca „ Denarios VI. Filius Algisi Denarios IV. Filius Baruncini de Sancto Vigilio Denarios IV. Ugolinus „ Faber Denarios III. Filius Petri „ Gocii III. Denarios. Albertinus „ (60) Mignanelli III. Denarios. „ Rolandus de Scifcano Denarios III. „ Guillelmus Prudens..... Denarios VI. Filius Petri Fastelli VI. „ Denarios. Filius Mingulli Denarios XII. Silvani Guiduccius Denarios III. Presbiter Sancti Christophori Denarios VI. Albifinda „ filius Petri Malageta..... Martinus Lari Denarios XII. Dominicus Barbotus Denarios VI. Filii „ Rolandi filii Gerardi Denarios XII. „ Filius Makarelli Denarios III. Filii Aquiligni Denarios VI. Gaipi „ Denarios III. Presbiter de Sancto Petro in Camullia Denarios II. „ Brancittus Denarios VI. Majulus „ Denarios VI. Ciote Denarios VI. „ Pedrinus Denarios VI. Filius Morellini Denarios IV. Petrus Sartor „ Denarios III. De Terra de Scalire, „ quam tenet filius Lamberti Judicis. „ Denarium unum. Nepos Azonis „ filii Faide Denarios XII. De Campo Sancti Mauricii Denarios II.

## N U M. X V.

*Dal detto Archivio dell'Opera, al num. 1409. Anno 1108.*

„ **T**ibi Domino Gregorio Praeposito, Rectori, & Custodi Canonicae Sanctae Mariae Senensis Eccle-

(59) *Camullia* oggi un Terzo della Città. Il nostro Teofilo Gallacini in un suo MSto spiega ragionevolmente *Casa Mulierum*.

(60) *Albertinus Mignanelli* crediamo, che dia origine alla Famiglia Mignanelli, Famiglia Magnatizia: e forse è un ramo di questi Conti Berardeschi.

„ Ecclesiae. Ego Opizellus (61) fi-  
 „ lius quondam Alberici, qui pro-  
 „ fessu sum ex natione mea Lege (62)  
 „ vivere Saliga, praesens praesenti-  
 „ bus dixi: quapropter a praesenti  
 „ die dono & trado, atque offero  
 „ tibi Deo & Canonicae Sanctae  
 „ Mariae, omnes res in integrum,  
 „ mobiles & immobiles, se seque-  
 „ moventes tam de Servis, quam de  
 „ Ancillis, Allodum, & Libellarias,  
 „ sicuti eas abeo. & teneo per me,  
 „ & per alios, & mihi quolibet ti-  
 „ tulo vel jure pertinere videtur in

A „ integrum tam per successionem,  
 „ quam per conquestum, tam in  
 „ Comitatu Senense, quamque in A-  
 „ retino, & in Florentino. Videli-  
 „ cet in ea pars de Castello & Cur-  
 „ te de Valle de Platta, & Castel-  
 „ lo & Curte de Dofano, atque de  
 „ Castello & Curte de Orgiale, &  
 „ de Castello & Curte de Campi,  
 B „ & de Castello & Curte de Mon-  
 „ teluco, & de Castello & Curte  
 „ de Monte, & de Castello & Cur-  
 „ te de Moncilliano, & de Castello  
 „ & Curte de Rapratufa: vel pro  
 „ aliis

(61) *Opizellus filius quondam Alberici.* Costui fu senza dubbio uno di questi Conti Perardeschi. Nel gran laluto, che fece alla nostra Canonica, ne rende il motivo: *ut faciat exinde pars superscriptae Canonicae secundum Legem quicquid sibi placuerit pro animae meae mercede, & parentum meorum.* Dal che si vede, che in questo tempo per anco non erano introdotte le Limosine tassative delle Messe. Io non credo però, che questi Signori, o altri, nello frogliarsi di tanti Beni e Signorie, intendessero di spogliarsi di ogni cosa; ma mi giova credere, che più tosto intendessero di porre sotto la protezione della Chiesa i loro Beni, e per tale protezione riconoscessero d'un tanto le Chiese sotto la protezione delle quali stavano. E ciò dovevano far volentieri, riconoscendo, che stante i Privilegi, che Carlo Magno diede alle Chiese, i Beni loro stavano presso che sicuri. Di ciò me ne dà indizio la Legge degli Alemanni fatta al fogl. V. del Primo Tomo de i Capitulari de i Re di Francia, ove si legge: *Si quis Liber res suas ad Ecclesiam dederit, & per Chartam firmitatem fecerit, sicut superius dictum est: & post haec a Pastore Ecclesiae per Beneficium susceperit, ad virtualem necessitatem conquirendam diebus vitae suae, & quod spondit, persolvat ad Ecclesiam censum de illa Terra, & hoc per epistolam firmitatis fiat, ut post ejus discessum ullus de heredibus non contradicat. Et si contigerit, ut post mortem ejus, qui dedit illas res, filium relinquat, & forsitan ipse filius vult dicere, quod hereditas paterna sibi sit legitima ad possidendum, & pater ejus non dedisset, nec firmitatem fecisset, non liceat ei jurare: sed ipsa Charta, quam pater ejus fecit, praesens veniat, & illi testes, qui manus suas in Charta miserunt, una cum Presbytero Ecclesiae, & sicut Lex habet, ita testificentur, quod ipsi ad praesens fuissent, & oculis suis vidissent, & auribus audissent, quod Pater ejus illas res ad Ecclesiam dedisset, & Chartam fecisset, & illos advocasset. Hoc per sacramentum dicant: quod nos veri teste sumus. Post haec Pastor Ecclesiae res suas possideat, & ille praesumptor, qui contradixerit, illam multam, quam Charta continet, ad Ecclesiam persolvat.*

(62) *Lege vivere Saliga.* I nostri Maggiori si trova, che vivevano solo con tre Leggi, Salica, Longobarda, e Romana. Con questa ultima fuora de Cherici, pochi stimo che vivessero intorno al Mille. Ma era assai grande il numero di coloro, che vivevano colla Legge Salica. Colla Legge Longobarda stimo, che vi fossero tre singolari famiglie, e sono i Conti Ardenghi, i Conti Aldobrandeschi, e i Signori di Staggia. Di questi Signori di Staggia, come fondatori dell' Abadia dell' Isola, che è venuta in potere de' Monaci di Santa Eugenia, il loro Albero è fatto intorno al Mille dugento dopo Cristo. Il quale Albero essendo assai curioso, ne noterò il principio, ed è il seguente: *Reinfrido. Gisobrando. Adalberto. Alfredo. Udebrando. D' Udebrando ne viene Berizzo, e Teuzo. E si legge: Qui Tegrimus fuit vocatus. Ava fu moglie d' Ildobrando o Aldibrando, della quale si legge: Ava uxor Aldibrandi cum Berizzo & Teuzo filiis suis constituit haec Abbatiam de Insula, & ditavit eam de suis Bonis. Berizzo ebbe per moglie Adalberta, e da amenduni ne nacque Benifazio. Teuzo o Teuzo ebbe per moglie Rannieri, di cui si legge: Qui dictus fuit Falco filius Teuzi. E di Tegrimo ivi si legge: Tegrimus filius Teuzi, qui fuit Episcopus de Massa. Genealogia, che a mio credere passa il 900.*

„ aliis locis, & vocabulis, ubicun-  
 „ que invenitur esse de rebus meis  
 „ propriis, & de Libellariis in in-  
 „ tegrum, excepto antepono mea  
 „ pars de Castello & Curte de Mon-  
 „ talto. Nam de aliis istis rebus meis  
 „ propriis, mobilibus & immobili-  
 „ bus, & de Libellariis, cum casis,  
 „ ortis, terris, & vineis, & silvis,  
 „ una cum accessionibus & ingressio-  
 „ nibus & inferioribus suis, cum  
 „ omni jure & adjacentiis ac perti-  
 „ nentiis earum rerum, sicut supra  
 „ legitur, in integrum, ab ac die  
 „ tibi Deo & Canonicae Sanctae  
 „ Mariae do & trado atque offero,  
 „ ut faciat exinde pars superscriptae  
 „ Canonicae, secundum legem quic-  
 „ quid sibi placuerit, pro animae  
 „ meae mercede, & parentum meo-  
 „ rum sine mea, qui supra Opizzel-  
 „ lo, & eredum meorum contradi-  
 „ ctione. Sic tantum, ut de supra-  
 „ scriptis Libellariis dent tantam  
 „ pensionem, quantam & ego exin-  
 „ de dare debeo per singulos annos  
 „ intra statutum inter se, ad illam  
 „ scilicet partem, cui ego eam dare  
 „ debeo. Equidem spondeo, atque  
 „ promitto me ego, qui supra O-  
 „ pizzello, una cum meos credes ti-  
 „ bi prefato Gregorio Preposito, tui-  
 „ sque successoribus predictae Cano-  
 „ nicae, aut cui vos dederitis supra-  
 „ scripta mea oblata, sicut supra le-

A „ gitur, in integrum, ab omni omni-  
 „ ne defendere. Quod si defendere  
 „ non potuerimus, aut si vobis e-  
 „ xinde aliquid quovis ingenio per  
 „ me, vel per summam personam sub-  
 „ traere quesierimus, tunc in du-  
 „ plum superscripta mea oblata re-  
 „ stituamus, sicut pro tempore fue-  
 „ rit meliorata, aut valuerit in con-  
 „ similibus locis. Et insuper me fo-  
 „ ras expuli, & aprensus me feci, &  
 „ corporalem investituram tibi supra-  
 „ scripto Preposito feci per manum  
 „ Uberti venerabili Vicedomino.  
 „ Actum Senae in superscripta Ca-  
 „ nonica, Anno ab Incarnatione Do-  
 „ mini nostri Jesu Christi Millesimo  
 „ Centesimo Octavo, mense Junii,  
 „ Indictione Prima.  
 C „ Signo manuum superscripto O-  
 „ pizzello, qui superscripta oblata  
 „ scribere rogavit.  
 „ Signa manuum Uberto & Anto-  
 „ lini (63) germani filii Johannis  
 „ Vicedomino, & Petri Bonfilli. &  
 „ Pagani dicto Bonfellaio, & Pantì  
 „ filio Rolandini, & Guidonis filio  
 D „ Gualkieri, & Leucio filio Rodolfi  
 „ testium.  
 „ Ego Jeronymus Judex Imperato-  
 „ ris interfui & subscripsi.  
 „ Ego Rolandus Judex sacri Pala-  
 „ tii interfui & subscripsi.  
 „ Ego Tebaldu Notarius postra-  
 „ dita complevi & dedi.

FINIS TOMI DECIMI,

(63) In questo torno i Vicedomini, cioè i Protettori delle Chiese erano Laici, come s'osserva in questo luogo. *Signa manuum Uberto & Antolini germani filii Johannis Vicedomino.* Gli Antolini, e i Forteguerris, Famiglie de i Grandi, erano del medesimo ceppo nella cacciata de' Grandi, fatta nel 1276. e 1277. descritta a fol. 91. del Libro de i Consigli della Campania, dove si legge, che nel Terzo di Città fra gli altri furono cacciati *Casamentum de Forteguerris, & Antolinis*: Famiglia oggi estinta. La facoltà di mettere in possesso il Vescovo dagli Antolini fu lasciata allo Spedale, e da i Forteguerris a Casa Malavolti: E quest'uso anco è rimasto in piedi: E in altro ruolo, che dalla forma del dire dovrebbe essere più antico, si legge: *de Domo filiorum Forteguerrae Antolini.* E da questo modo di dire ne sono venuti i Casati, e s'è incominciato a dire *de i Forteguerris, e degli Antolini.* Ma i Casati sono incominciati un poco più tardi da noi, che altrove.



11

11/11/11

83-1117

1944

1944

